Visto cibao

¶ Questiones euangeliorum tam de tempore q̄ de sanctis collecte per Reuerendū dominum Johannem de Turrecremata Episcopum Sabineñ. sancte Romane ecclesie Cardinalē sancti Sixti Incipiūt feliciter

Sacro et colendissimo reuerēdissimo rum patrum sancte romane ecclesie dominorum cardinaliū collegio. suus humilis seruitor Johannes de turre cremata Epūs Sabineñ. sancte romane ecclesie cardinalis sācti Sixti vulganter nominatus. seipsum cū humili recōmēdatōe ꝛc. Cogitanti mihi quid de sudoribus mei studii dignum amplissimis dñationibus vestris tanq̄ memoriale offeram. attento q̄ omnibꝰ summis nostris pontificibꝰ varia dedicauerim opera. scilicet Eugenio Nicolao Calixto Pio ꝛ Paulo. nunc presenti occurrisset mihi illa honestissima prelatorum consuetudo qua post refectionem eorum maxime in prandio habitaꝫ collationes siue disputationes de sacris litteris soliti sunt habere. Uidi enim apud plures clarissimos patres cōsuetudineꝫ hanc obseruari. Et de celeberrimo sancto Augustino legitur q̄ in mensa sua lectionem aut disputationem semper diligebat. Disputatio enim inuestigande veritatis gratia / aut vt veritas ipsa illustrior fiat licite cum moderamine inter partes admittitur. Sane visa est mihi hec dominorꝫ prelatorum obseruantia plurimum habere honestatis et vtilitatis. Honestissima quideꝫ est ꝛ ordo pulcherrimus. vt post q̄ corpori cibos corruptibiles dedimus: ita anime spiritualia alimenta ministremꝰ. Nullus eniꝫ est cibus scientia et doctrina dulcior. Naꝫ vt ait Isidorus noster. scripturarꝫ sācrarꝫ altitudo quasi montes pascue sunt. ad quos cum quisqꝫ iustorum conscenderit pascue indeficientis refectioneꝫ inuenisse gaudebit. Quocirca sic nos hortatur clarissimus Ambrosius. Tu ergo ede scripturarum celestes cibos. ede vt maneant tibi in vitam eternam. ede continue vt non esurias. ede vt repleraris. ede vt verborum celestium eructes saginam. Spirituales epule non obesse solent sꝫ prodesse saciatis. Plane bene p̄latis congruit honestissimuꝫ huiusmodi exercicium quibus dñs ait. Uos estis sal terre. vos estis lux mundi. Debet autem episcopus tanta pollere sapiētia: vt dicit Ambro. vt non solum creditum sibi populuꝫ sufficienter doceat: verūetiam in ceteris queat hereseꝫ contradictiones a catholica repellere ecclesia. Ceterū vtilis est predicta obseruātia. quia menteꝫ disponit ad perfectioneꝫ



virtutis. Unde Damascenus libro 4º inquit. Optimum est et vtilissimum inuestigare diuinas scripturas. ⁊ sicut est lignum sec⁹ decursus aquaꝝ plantatum ita anima diuina irrigata scriptura inpinguatur et fructum temporaneum tribuit. ⁊ semper virentib⁹ foliis deo acceptabilibus decoratur actionibus. Et infra. Pulsemus ergo in optimuꝫ paradisuꝫ sacrarum scripturarum qui odoriferus / qui dulcissimus / qui speciosissimus est. Secundo vtilis est ad illuminationem intellect⁹. Dicit enim Isidorus noster. Geminum donum confert lectio sacrarum scripturarum. siue ꝙ intellectum mentis erudit. siue ꝙ a mundi vanitatibus abstractū hominem ad amorem dei perducit. Tercio vtilis est. quoniā per eam amputantur aliqua in que sepe post refectionem corporaleꝫ lingua indisciplinata prorumpit scilicet murmurationis et detractionis verba / sup̄fluitates locutionis / leuitatē operis / ⁊ similia ꝗ omnia vitantur cum persolutis graciaꝝ actionibus deo aliqua de sacris litteris sequitur disputatio siue collacio. Quib⁹ pensatis nihil mihi in mente dignius se obtulit vestris. R. D. per me offerendum. ꝙ questiones quasdam de euangeliis omnium dominicarum ac festoꝝ principaliuꝫ toti⁹ āni quasi ingenio meo tenui non tñ sine magno labore ac vestrarum. R. D. amore collegi sub numero. 317. Amplex⁹ autem suꝫ quasi in omnib⁹ sancti Thome dicta. nam eius profundior firmiorqꝫ est sententia. Abstinui etiam a questionibus ⁊ subtilitatibus inutilibus ⁊ obscurioribus argumentis / planioribus contentus. Tum qꝛ religioso intellectu nobis opus ē: vbi aut maxime de deo loquimur vel audimus vt inquit Ambrosius. Tum quia inter prelatos pauciores sunt qui sacre theologie p̄fundioribus rebus operam dent studiū. Sequimur autem ordinē euangeliorum tam dominicarū ꝙ festiuitatum secundum vsum fratrum predicatorum. qꝛ nobis rationabilior visus est. Suscipiant ergo. U. R. D. hoc exiguuꝫ munus paruumqꝫ opusculuꝫ in senio meo pro omnium vtilitate exiguis meis virib⁹ elaboratuꝫ. qđ vtinā tanta beniuolentia ab eis suscipiatur: quanta cuꝫ affectione sit insudatum. Poterit obseruari libellus iste in manibus Reuerēdissimi domini Roibomageñ. qui p̄ sua dulcissima humanitate copiaꝫ prestabit cupiētibus scribere. Recōmendo me D. U. R. quas longo tempore ad felix vniuersalis ecclesie regimen deus conseruet.

IN prima dominica aduēt⁹ apud fratres

predicatores dicitur illud euangelium Mathei. 21. Cum appropinquasset ihesus iherosolimis. In quo fit mẽtio de aduẽtu xp̄i in carnem: dum dicitur. Dicite filie syon. Ecce rex tuus venit tibi zc. Unde in hac dominica possunt sequentes questiones disputari. ¶ Prima. Utrum pro redemptione generis humani necessarium fuit deum incarnari. ¶ Secunda. Utrum si homo non peccasset deus incarnat⁹ fuisset. ¶ Tercia. Utrum conuenientius fuit filiuz dei incarnari q̄ aliquam aliam personam.

AD primam sic proceditur. et videtur q̄ nō fuerit necessarium deum incarnari ¶ Primo sic. Deus enim cuz perfectus nihil virtutis accreuit sibi per carnem assumptam. si ergo incarnatus naturam reparauit etiam absq̧ carnis assumptione eam potuit reparare. g° nō fuit necessarium zc. ¶ Secundo sic. Cum deus sit summe misericors imo miserationes ei⁹ super omnia opera eius: magis decuit vt deus ostenderet immensitatem misericordie sue q̄ seueritatem iusticie. sed ad magnitudinem misericordie sue pertinet vt peccata sine satisfactione dimittat. ergo deus humanam naturam reparare potuit z debuit nō expectando satisfactionem. ergo non fuit necessariuz zc ¶ Tercio sic. Quicunq̧ potest satisffacere ꝑ maiori peccato: potest satisfacere pro minori. sed mortale peccatuz actuale est mai⁹ quā originale: quia habz plus de voluntario. ergo cum homo possit satisffacere pro mortali peccato. multo fortius pro originali satisfacere poterit. et sic non est necessariū deū incarnari ¶ In oppositū arguitur sic. Illud per quod humanuz genus liberatur a perditione est necessariuz ad humanam salutem. sed misterium diuine incarnationis est huiusmodi secundum illud Johannis. 3°. Sic deus dilexit mundū vt vnigenitum filium suum daret: vt omnis qui credit in eum non pereat sed habeat vitam eternam. ergo necessarium fuit ad reparationem generis humani deuz incarnari. ¶ Secundo sic. Non erat conueniēs vt vna natura nobilissimarum creaturarum a suo fine totaliter frustraretur. sed humana natura est inter nobilissimas creaturas. cum g° tota corrupta fuerit per peccatum in primo parente z ita beatitudine priuata ad quā instituta erat: congruum fuit ipsaz reparari. sed reparatio non potest fieri nisi peccatum dimittatur. nec iustum est vt peccatum sine satisffactione dimittatur. ergo necessarium fuit pro peccato toti⁹ nature humane satisffieri. sed satisffactio decenter fieri non potest nisi ab eo qui

debet satisfacere et potest sed nõ debet nisi homo qui peccauit. Cum autez nullius creature bonum excedat bonuz humane nature totius vt recompensationez pro tota natura facere possz. Patet q nulla creatura pro homine satisfacere posset. nec ipse pro se cũ peccator indignus reddatur. ergo necessariuz fuit vt deus homo fieret ad satisfaciendum pro hominibus ¶ Respondeo. Dicendum q deum incarnari aliquo modo fuit necessariuz. & aliquo modo non ¶ Pro quo notandum iuxta sanctum Thomã q ad finem aliquid dicitur necessariuz dupliciter. Uno modo sine quo finis haberi non potest sicut cibus est necessarius ad cõseruationem humane vite. Alio modo dicitur necessariuz per qd' melius & conuenientius peruenitur ad finem. sicut equus est necessarius ad iter. Primo modo necessitatis deum incarnari non fuit necessarium ad reparationẽ humane nature. Deus enim per suam omnipotentem virtutẽ poterat humanam naturaz multis aliis modis reparare. 2° autem modo necessitatis necessariuz fuit deum incarnari ad reparationem humane nature. Hanc conclusionez ponit Augustinus. 13. de tri. c. Ostendamus non aliuz modum possibilem defuisse deo cuius potestati omnia equaliter subiacent. sed sanande miserie nostre conuenientiorem moduz alium non fuisse cuius incarnationis necessitas siue conuenientia ex tribus sumitur scilicet ex plenitudine diuine misericordie. ex immutabilitate iusticie ipsius et ex decenti ordine sapientie eius. Quia enim deus est summe bonus & misericors decuit nulli creature negari hoc cuius est capax. Unde cum natura humana lapsa esset et nihilominus reparabilis foret decuit vt eaz repararet. quia et iusticia eius immutabilis est cuius lege sancitum est vt nunquam peccatum sine satisfactione dimittatur. decuit vt in humana natura esset qui satisfacere posset. et quia hoc purus homo per se facere non poterat vt dictum est: decuit vt deus qui sũme sapiens est aliquem conuenientissimum reparationis adinueniret modum. Unde conuenientissimus est vt integre natura repararetur et faciliter ad id qd' amiserat homo peruenire posset. si autem hominem per angelum repararet non integra esset reparatio. quia homo semper angelo salutis sue debitor esset. et ita in beatitudine ei equari non posset qd' tamen assecutus fuisset si non peccasset. sicut etiã nunc cõsequuntur homines per graciaz reparationis vt sint sicut angeli dei in celo Mathei. 22. Et ideo

decuit vt non angelus sed ipse deus hominem repararet. Multe alie conuenientie assignantur incarnatõnis quas nos breuitatis causa et quia communes in sermonibus sunt pertransimus.

¶ Ad rationes in oppositum dicendum. Ad primam respõdetur. quod ratio illa procedit secundum illum modum necessarii sine quo ad finem peruenire non potest. hoc autem necessitatis modo dictum est non esse necessarium deum incarnari. ¶ Ad secundam respondetur negando cõsequentiam. Et ratio est. quia licet deus sit summe misericors. sua tamen misericordia nullo modo obuiat sue iusticie. Misericordia enim que iusticiam tollit magis stulticia quam virtus dici debet. et per consequens talis deum non decet propter quod deus misericordiam suam infinitam sic manifestare voluit vt in nullo iusticie eius derogaretur. quod factum est dum pro nobis homo factus est vt pro nobis satisfaceret. in quo etiam habundantior misericordia ostẽsa est ad nos quam si sine satisfactione peccatum dimisisset in quantum nostram naturam magis exaltauit et pro nobis mortem pertulit. ¶ Ad terciam respondetur negando quod peccatum originale sit minus malum. Pro quo notandum quod quantitas originalis et actualis mortalis peccati potest dupliciter attendi. vel quantum ad principium vel quantum ad bonum quod per vtrunque priuatur. Principium autem actualis peccati voluntas propria est. principium autem originalis in illo est origo eius viciata. vnde originale quodammodo ẽ necessarium. sed actuale ẽ omnino voluntarium. vnde habet plus de ratione culpe et est magis vituperabile. Bonum autem quod actuali peccato corrumpitur ẽ bonum huius persone cui preponderat bonum totius nature quod per originale corrumpitur. quia bonum gentis est diuinius quã vnius hominis bonum. vt dicitur. 2° Ethicorum: vt sic posset dici quod actuale est magis culpa. originale vero magis malũ. Actio autem satisfacientis est proporcionata quantitati culpe ex parte boni quod per culpam corrũpitur. et ideo cum omnis actio sit persone: quia actus singularium sunt. ideo ad satisfactionem pro actuali sufficit actus cuiuscunque hominis cum gracia diuina. nõ autem ad satisfactionem pro peccato originali: nisi actio illius hominis plus valeret quam totum bonum humane nature. et sic non posset esse purus homo. et ideo oportuit esse deum et hominem qui pro originali satisfaceret.

AD secundam questionẽ sic proceditur. Et

videtur q etiaz si homo nō pec
casset deus incarnatus fuisset:
Primo sic Deutro.32.dei perfec
ta sunt opera. sed perfectio non
potest esse nisi vltimum coniun-
gatum principio vt sic quasi qui
dam circulus concludatur et ad
diuio alterius fieri nō posset. Cū
ergo ipse deus sit principium: et
homo sit vltima creaturarum: de
cuit ad perfectionem vniuersi vt
etiam si homo non peccasset de-
us homo fieret. ¶ Secundo sic.
ad Roma.1. Inuisibilia dei p ea
que facta sunt intellecta conspi-
ciuntur. sed potentia. sapientia.
z bonitas dei infinita sunt. ergo
decuit etiam si homo non peccas
set ista in aliquo effectu manife-
stari. sed potentia infinita nō ma
nifestatur nisi per effectum infi-
nitum. nec sapientia infinita nisi
per decorem infinitum. nec boni
tas infinita nisi per communica
tionem infinitaz. Cum ergo nul
la creatura sit infinita. nec in ea
infinitus sit decor ex forma z pro
portione partium. nec iterum ali
qua creatura communicationez
infinitam boni recipiat. videtur
q decuit etiam homine non pec
cante vniri deum homini vt ex
parte hominis ratio essz z ex par
te dei infinitas et ex coniunctio-
ne dei ad creaturaz infinitus de
cor resplenderet et infinitum bo
nuz ipsi humane nature commu
nicaretur scilicet persona increa-
ta que in ea subsisteret. ¶ Ter

tio sic. Non est in aliquo capaci
tas humane nature per peccatuz
ampliata. sed post peccatum hu
mana natura inuenta est capax
tanti boni vt a deo assumeretur
in vnitate persone. ergo et ante
peccatum huiusmodi dignitatis
capax fuit. sed ad deum qui infi
nito amore diligit ea que sunt p
tinet vt nullum bonum creature
deneget cuius est capax. ergo ip
se humanaz naturam assumpsis
set etiam si homo non peccasset.

¶ Quarto sic. Non est creden
dum q homo ex peccato aliqd
commoduz reportauerit. sed ma
xima dignitas humane nature ē
in hoc q assumpta est in vnitate
persone diuine. ergo hoc per pec
catuz hō consecutus nō est. z sic
idez quod prius ¶ Quinto sic
Cum homo ad beatitudinez sit
creatus ante peccatum totus be
atificandus erat. sed beatitudo
hominis quantum ad partē sen
sitiuam erit in aspectu humani-
tatis assumpte. quantū vero ad
partem intellectiuam in intuitu
diuinitatis assumentis. Sic eniz
ingredietur homo et egredietur:
vt Augustinus exponit. et pas-
cua inueniet Johannis.1. ¶ In
oppositum est Augustinus in li.
de verbis domini exponēs illud
Mathei.18. Venit filius homi-
nis querere et saluum facere qd
perierat. si homo non peccasset fi
lius hominis non venisset: et lo
quitur de aduentu in carnem.

¶ Respondeo. Dicendum ꝙ vt tangit sanctus Thomas in tercio et in tercia parte super hoc diuersi diuersimode opinati sunt. Quidam enim dicunt ꝙ etiā si homo non peccasset dei fili⁹ fuisset incarnatus. Alii vero contrarium asserunt quorum assertioni magis videtur consentiendum. Cuius ratio est. quoniam ea que ex sola dei voluntate veniunt super omne debitum creature nobis innotescere non possunt nisi quatenus in sacra scriptura traduntur per quā diuina voluntas innotescit. Unde cum in sacra scriptura vbiq; incarnationis ratio ex peccato primi hominis assignetur. conuenientius dicitur incarnationis opus ordinatum esse a deo in remedium peccati: ita ꝙ peccato non existẽte incarnatio non fuisset quāuis potẽtia dei ad hoc ñ limitet. potuisset enim etiam peccato nõ existente deus incarnari. Hanc ergo assertionem siue opinionem tanquā veriorem sequentes dicimus ad questionē respondentes. Quod si homo non peccasset deus incarnatus non fuisset. Ista conclusio probatur. Primo sic: super illud. i. Thimothei. i. Ihesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere: dicit glosa. nulla causa fuit veniẽdi christo domino nisi peccatores saluos facere. Tolle vulnera: tolle morbos et nulla est causa medicine. sed remota causa remouetur et effectus. ergo conclusio vera. Secundo sic. dicit Leo papa in sermone de natiuitate. Si enim homo ad ymaginem et ad similitudinem dei factus in suo honore mansisset creator mundi creatura non fieret: aut sempiternus temporalitatem subiret. aut equalis deo patri dei filius formam serui assumeret. ergo conclusio vera. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia licet vniuersū perficiatur in coniunctione vltimi ad principium primi. non tamen oportet ꝙ in coniunctione que est in vnitate persone sed in coniunctione que ẽ in ordine ad finem. Unde ad perfectionẽ vniuersi sufficit ꝙ naturali mõ creatura ordinatur sic in deum sicut in in finem. hoc autem excedit limites perfectiõis creature vt creatura vniatur deo in persona.

¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia in productione minime creature manifestatur potẽtia infinita et sapientia et bonitas dei. quia quelibet creatura ducit in cognitionem alicu⁹ primi et summi qd' infinitum est in omni pfectiõe. nec oportet ꝙ potentia infinita per effectum infinitum manifesteur. nec bonitas infinita per communicationem infinitam. sed sufficit ad osten-

dendam bonitatem infinitā h9
scilicet ꝙ vnicuiq3 secundum su
am capacitatem largitur ¶ Ad
terciaʒ respondetur ꝙ capacitas
alicui9 nature potest intelligi du
pliciter. vel secundum potentiaʒ
naturalem que pertinet ad ratio
nem naturalem. et sic nullam ca
pacitatem nature vacuam deus
dimittit in genere quāuis capa
citatem alicuius creature parti
cularis non impleat propter ali
quod impedimentum. Vel intel
ligi potest secundum potentiam
obedientialem secundum quam
quelibet creatura habetur ꝙ ex
ea posset fieri quod deus vult. ꝛ
hoc modo in humana natura ē
capacitas huius dignitatis vt i
vnitate diuine persone assuma
tur. nec oportet ꝙ deus taleʒ ca
pacitateʒ impleat sicut nec opor
tet ꝙ deus faciat quicquid po
test. sed secundum ꝙ congruit or
dini sapientie eius ¶ Ad quar
tam respondetur negando assūp
tum. quoniam vt dicit Aposto
lus ad Roma. 5. vbi habunda
uit delictum superhabundauit ꝛ
gracia. non est inconueniens vt
aliquod bonum ex peccato de9
eliciat quod sine peccato non fu
isset sicut patet in aliis virtutib9
vt in pacientia ꝛ penitentia. ꝛ eti
am ex peccato hominis hoc op
timuʒ potuit elicere vt filius dei
incarnaretur. Propter quod di
cit Gregorius. O felix culpa que

talem ac tantum meruit redemp
torem. ¶ Ad quintam respon
detur negando minorē. Dicim9
enim iuxta sanctum Thomam
ꝙ beatitudo totius hominis est
ex ipsa deitate in quaʒ virtus in
terius immediate fertur ex quo
redundat gloria i inferiores par
tes anime et in ipsum corpus. in
visione etiam humanitatis erit
quoddam gaudium accidenta
le. sicut etiam in victoria passio
nis eius. tamē constat apud om
nes ꝙ si homo non peccasset de
us passus non fuisset.

AD terciam que

stionem sic proceditur. Et
videtur ꝙ non fuit conuenienti
us filium dei incarnari magis ꝙ
patrem aut spiritum sanctum.
¶ Primo sic. Sicut in miste
rio incarnationis monstrata est
sapientia in decentia recōsiliati
onis. ita etiam monstrata est po
tentia in hoc ꝙ in infinitum di
stantia iuncta sunt. ꝛ etiam boni
tas in hoc ꝙ nō despexit propriī
plasmatis infirmitatem. vt dicit
Damascenus. sed sicut sapientia
attribuitur filio. ita bonitas spi
ritui sancto et potētia patri. er
go non magis decebat filium in
carnari ꝙ patreʒ vel spiritū sanc
tum. ¶ Secundo sic. Victoria
potētie attribuitur patri. sed per
incarnationeʒ secuta est victoria
de hoste. ergo incarnatio magis

decebat patrez cui appropriatur potentia. ¶ Tercio sic arguitur de spiritu sancto. Eorum enim q̄ magis vicina sunt decētior ē cōiunctio. sed spiritus sanctus est persona nobis magis vicina. vt dicit Augustinꝰ libro de spiritu et anima. ergo spiritum sanctuz decebat magis incarnari q̄ filium. ¶ Quarto sic arguitur. Incarnatio dei processit ex maxima caritate quā ad nōs habuit. sed caritas appropriatur spiritui sācto. ergo potissime decebat spiritum sanctuz incarnari. ¶ In oppositum arguitur sic. In mente nostra sunt tria três personas representantia. scilicet mēs que representat patrem. verbum mentis quod representat filium. ⁊ amor qui representat spiritum sāctum. sed inter hec tria verbuz mētis precipue comparabile est secundum qd' extenus per vocem sonat. ergo et incarnatio conuenientissime verbum eternum decuit quod est ipse filius dei.

¶ Respondeo. Dicenduz q̄ decentius fuit filium dei incarnari q̄ patrem vel spiritum sanctum que decentia incarnationis filii dei attenditur et ex propriis et ex appropriatis. In propriis autez possunt quatuor considerari secundum q̄ filius est. q̄ verbum est. q̄ ymago. ⁊ q̄ media in trinitate persona. Secunduz autez q̄ filius est conuenit ad reparationem. tum vt per eum cuiꝰ naturaliter est hereditas alii in filios adoptarentur et coheredes fiant. Secundum autem q̄ est verbum conuenit ad reparationem quia inquantum tale habet cōgruentiam ad officium predicationis et doctrine. quia verbum manifestat dicentem et ipse manifestauit patrez. Johan. 17. Pater manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo. Inquantuz vero ē ymago conuenientiam habet cuz eo qui reparandus erat. scilicet cuz homine qui ad ymaginē dei factus est. Genesis. 1. Unde decuit vt ymago ymaginem assumeret increata creatam. Inquantuz ē media in trinitate persona congruit ad vltimum effectum qui est reconciliatio hominis ad deum. decet enim vt qui est mediꝰ in trinitate etiam sit mediator. Inueniuntur etiam quatuor in filio appropriata. scilicet sapientia et virtus ab apostolo. equalitas ab Augustino. spēs et pulcritudo ab Hilario. Inquantuz autem sapientia est congruit ad restaurationem. quia decet vt q̄ in sapientia facta sunt per sapientiaz restaurentur. Inquantuz autem est virtus ⁊ brachium patris congruit ad victoriaz de hoste capiendam Luce. 1. Fecit potentiam in brachio suo. Inquā tum vero est equalitas congruit

etiaȝ morbo qui sanandus erat. Uterqȝ enim scilicet homo et diabolus peccauerunt appetendo equalitatem dei. i. se potentie/ iste scientie. Inquantum vero species ⁊ pulchritudo est congruit reparationi vt per ipsuȝ deturpatio imaginis per peccatuȝ inducta amoueretur. Patri vero non conuenit incarnatio precipue propter proprietatem innascibilitatis non enim decet vt qui in diuinitate est pater in humanitate sit filius. Sic eniȝ filius dei patris esset nepos virginis si ipsa virgo mater esset dei patris. Similiter etiam nec spiritui sancto conuenit. ne nomen filii in plures personas transferatur. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primaȝ respondetur negando consequentiaȝ. Et ratio est. quia licet in incarnatione ostendatur potentia sapientia et bonitas. et ideo efficacia incarnationis toti trinitati attribuatur: opus tamen qd' deo incarnato debebatur per filium expleri decuit rationibus dictis. et ideo tota trinitas carnem soli filio vniuit. ¶ Ad secundaȝ respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia non ē potentis per potentiam minus potentem vincere. hoc enim violentium est ⁊ non laudabile. sed per iusticiam et sapientiam vincere: et ideo per filium debuit de⁹ pater hostem vincere. ¶ Ad terciam respondetur ꝙ ratio nō procedit. quia spiritus sanctus non dicitur ideo vicinior nobꝭ ꝙ sit coniungibilior carni ꝙ̄ filius. sȝ propter caritatem per quam nobis omnia dona donantur. Procedit enim: vt dicit Albertus. vt donum a patre et filio donabile rationabili creature. talem autē respectum ad nos non importat nomen filii secundum qd' est in patre. filius tamen est nobis magis vnitiuus quantum ad congruentiam incarnationis rationibus dictis. ¶ Ad quartam respondetur negando consequētiam. Et ratio est. quia licet caritas dei sit causa incarnationis. et ideo causalitas diuine incarnationis quāuis communis sit tribus personis appropriatur spiritui sancto: non tamen ex hoc sequitur ꝙ spiritus sanctus debuerit incarnari.

IN dominica secunda cantatur euangeliuȝ. Erunt signa in sole et luna ⁊c. Luce vicesimoprimo. In quo quia tangitur de aduentu christi ad iudicium possunt disputari sequentes q̄stiones. ¶ Prima ē. Utrū generale iudicium sit futurum

¶ Secunda. Utrum omnes iudicandi in iudicio videbunt filium hominis. id est christū in forma humana gloriosa iudicantem ¶ Tercia est. Utrum signa que assignantur in lectione euangelii precedant iudiciū. ¶ Quarta est. Utrum tempus futuri iudicii potest determinate sciri ab aliquo homine.

AD primam questionem qua queritur. Utrum generale aut vniuersale iudiciū futurum sit: proceditur sic. et videtur quod non. ¶ Primo sic. Nāq dicitur secundum aliam litteram Non iudicabit bis deus in idipsum. sed nūc deus iudicat de singulis hominum operibus cum post mortem vnicuiq penas vel premia pro meritis tribuit. ergo non videtur quod aliud sit iudiciū futurum expectandum. ¶ Secundo sic. In nullo iudicio executio sentencie precedit iudicium. sed sententia diuini iudicii quo ad homines est de adeptione regni. vel exclusione a regno. vt patet Mathei. 25. ergo cum modo quidam adipiscantur regnum eternum. Unde dominus latroni in cruce dixit. Hodie mecum eris in paradiso. Luce. 23°. Et quidam excludātur ab ipso perpetue. Unde Luce. 16. dicitur. Mortuus ē diues et sepultus est in inferno. ergo frustra expectatur aliud iudicium futurum. ¶ Tercio sic. Propter hoc aliqua in iudicium oportet adduci quia dubium ē quid de eis diffiniendum sit. sed ante finem mundi determinata ē vnicuiq damnatorum sua damnatio/ et cuiq sanctorum sua beatitudo. ergo videtur quod non oporteat aliquod futurum iudicium esse. ¶ Oppositum colligitur ex presenti euangelio. Colligitur etiā ex illo Johānis. 12. Sermo quē locutus sum vobis ille vos iudicabit ī nouissimo die. ¶ Respondeo. Dicendum sub ista conclusione. quod generale siue vniuersale iudicium futurum ē. in quo christus iudicaturus est omnem hominum multitudinem. Ista conclusio est. primo articulus fidei. qui de christo sit. Iterum vēturus est iudicare viuos et mortuos. Secundo patet ex illo Johannis. 5. Procedent qui bona egerunt in resurrectionem vite. Qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicii. ergo post resurrectionem aliquod futurum est iudicium. Ratione vero sic ōstēditur predicta conclusio ¶ Pro quo notandum iuxta sanctum Thomam quod sicut operatio pertinet ad rerum principium quo producuntur in esse: ita iudicium pertinet ad terminum quo res ad suum finem perducitur. Distinguitur sūt duplex dei operatio. Una que primitus res in esse producit. instituens naturam et distinguēs ea que ad completionem ipsius

pertinent . a quo quidem opere
deus dicitur quieuisse. Genesis.
z. Alia est eius operatio qua o/
peratur in eius gubernatione cre
aturarum. De qua Johannis. 5.
Pater meus vsqz modo operat'
z ego operor. Ita etiam duplex
eius iudicium dicitur: ordine ta
men conuerso. Unum quod re/
spõdet operi gubernationis que
sine iudicio esse non potest. per
quod quidem iudicium vnus/
quisqz singulariter pro suis ope
ribus iudicatur. non solum se/
cundum qd' sibi competit: sz se/
cundum qd' competit gubernati
oni vniuersi. Unde differtur pre
miatio vnius pro vtilitate alio/
rum vt patet ad Hebreos. 9. et
pene vnius ad profectum alteri
us cedunt. vnde necesse est q alı
ud sit iudiciuz vniuersale respõ
dens ex aduerso prime reruz pro
ductioni i esse. vt videlicet sicut
omnia processerunt immediate
a deo ita tunc vltima completio
mundi detur vnoquoqz accipi/
enti finaliter quod ei debet' secũ
dum seipsum. Unde z in illo iu/
dicio apparebit manifeste diui/
na iusticia quantum ad omnia
que tũc ex hoc occultãtur. qd' in
terduz de vno disponitur ad vti
litatem aliorum aliter q mani/
festa opera exigere videãtur. vn
de etiaz z tunc erit separatio vni
uersalis bonoruz a malis. quia
vlterius non erit locus vt mali
per bonos z boni per malos pro
ficiant. propter quem profectum
interim commixti inueniũtur bo
ni malia quoadvsqz status hu/
ius vite per diuinam prouiden/
tiam gubernatur ¶ His habi/
tis dicendum est ad rationes in
oppositum. ¶ Ad primam re/
spondetur q deus non iudicat
bis in idipsum secundum idem
in illo iudicio ¶ Pro quo notã
dum q quilibet homo est singu
laris quedam persona z est pars
totius generis humani. Unde z
duplex iudicium sibi debet'. vnũ
sigulare qd' de eo fiet post mor/
tez quando recipiet iuxta ea que
in corpore gessit: quãuis non to
taliter. quia non quo ad corpus
sed quo ad animam tantum.
¶ Aliud iudicium debet esse de eo
secundum qd' est pars totius hu
mani generis: sicut aliquis iudi
cari dicitur secunduz humanaz
iusticiam. etiam quando iudici
uz dicitur esse communitatis cu
ius ipse ẽ pars. vnde z tunc quã
do fiet vniuersale iudicium toti
us humani generis per vniuer/
salem separationem bonorum a
malis et quilibet per consequẽs
iudicabitur. nec tamen deus bis
iudicabit in idipsum. quia non
duas penas pro vno peccato in
fert. sed pena que ante iudiciuz
complete inflicta non fuerat in
vltimo iudicio complebitur. post
quod impii cruciabũtur quoad
corpus z quoad animam simul.
¶ Ad secundam respondetur



in nocte veniet. ergo signa non debent ipsum precedere. ¶ Tercio sic. Tempus primi aduentꝰ fuit precognitum a prophetis qđ non est de secundo aduentu. sed primum aduentum Christi non precesserūt aliqua signa. gͦ nec secundum precedent. ¶ Quarto sic. Corpora celestia inalterabilia sunt. ergo non obscurabuntur. ¶ Quinto sic. Cum stelle secundum substantiam et fixionem sint perpetue et immutabiles non videtur ꝙ de celo debeant cadere. ¶ Sexto sic. Angeli sunt beati. beatitudo vero excludit omnem miseriam et mutabilitatē. gͦ videt̃ ꝙ virtutes celorum que dicuntur angeli nullo modo possunt dici timore affici vel moueri. ¶ In oppositum ē euangelium p̄sens. Respondeo Dicendum sub ista conclusione. ꝙ signa que describuntur in hoc euangelio precedent futurum iudicium. Ista conclusio sic declaratur ex dictis in superiori questione. Dictum est enim ꝙ Christꝰ ad iudicandum veniens in forma gloriosa apparebit ꝑpter auctoritatē que iudici debetur. ad dignitatem autem iudiciarie potestatis pertinet habere aliqua indicia que ad reuerentiam et subiectionem inducant. et ideo aduentus Christi ad iudicium venientis multa signa precedēt vt corda hominum in subiectionē venturi iudicis adducātur et ad iudiciū preparentur. et inter alia hec que in euangelio describunt. ¶ Ad rationes in contrarium. Ad primam respondetur ꝙ sicut dicit Augustinus in li. ad Esigiū. Circa finē mundi erit vniuersalis persecutio malorum cō tra bonos. Unde sic aliqui timebunt scilicet boni. et aliqui securi erunt. s. mali. Quod gͦ dicitur. Cum enim dixerint pax et securitas etc. Ad malos referendum est. qui signa futuri iudicii paruipendent. Ad bonos vero pertinet qđ hic in euangelio dicitur Arescentibus hominibus pre timore etc. ¶ Ad secundam respōdetur. ꝙ dies domini dicitur sicut fur venire in nocte. non ꝙ dn̄s ad iudiciū sit venturus de nocte immo veniet de die in luce clarissima sicut ascēdit. sed quia ignoratur tempus determinatū qđ per signa illa cognosci poterit. ¶ Ad terciam respondet negando ꝯsequentiā. Et ratio est. quia non est simile de primo aduentu et secundo: In primo enim aduentu xp̄s venit occultus ꝙuis determinatum tempus esset priꝰ precognitum a prophetis. et ideo non oportebat huiusmodi signa in primo aduentu apparere sicut apparebunt in secūdo aduentu in quo manifestus veniet ꝙuis determinatum tempus sit occultū. ¶ Ad quartam respondet. Quia corpora celestia ñ obscurabūtur per priuationē proprii luminis

cum sit eis naturale. corpora autez celestia manebunt in sua natura integra. sed ista obscuritas erit respectu nostri per interpositionem alicui⁹ corporis opaci quemadmoduz fit in eclipsi. Luna vero dicitur non datura lumen suuz. Math. 24. Qd' potest dupliciter intelligi. Uno modo quia erit interposita inter terram ꝛ solem. et para lune que est versus terram obscurabitur. cuz nō habeat lumen nisi a sole. Alio mō per interpositionem nubium obscurantium. ¶ Ad quintam de stellis. ꝙ stelle non cadent de celo quātum ad eoꝝ substantiam cum sint incorruptibiles sed sꝫ⁹ apparentiaz. quia vere stelle abscōdentur nubiuz densitatē. ꝛ de nubibus ve. sus terram descendent exalationes ignite que dicuntur stelle cadentes. Uel vt dicit Albertus magnus. ꝙ stelle dicunt' cadere non quantum ad substātiam suam sed ꝙtum ad casum sue virtutis quā habent modo. ¶ Ad sextam respondetur. Qꝛ virtutes celoꝝ dicuntur moueri quia tunc multa terribilia facient ad terrorem hominum. Hec aūt motio in nullo cōtradicit statui beatitudinis angeloꝝ vt patet. ꝛ ita ratio in nullo procedit.

AD questionem quartam qua queritur. Utruz tempus futuri iudicii potest determinate sciri ab aliquo homine. sic proceditur. Et videt' ꝙ sic. Primo sic. Sicut eniz sancti patres expectabant primū aduentum ita nos 2ᵘ expectamus. sed sancti patres sciuerunt tempus aduentus primi sicut p numerum ebdomadarum que describuntur Danielis. 9º ergo videtur ꝙ ꝛ nobis est possibile scire tempus secundi aduentus determinatū. ¶ Secundo sic. Per signa deuenimus in cognitionē signatorum. sed de iudicio multa signa in hoc euangelio nobis describuntur. ergo in cognitionē illius temporis possumus deuenire. ¶ Tercio sic. Secūdū Augusti. in fine de ciuitate dei. sexta etas currit ab aduentu Christi vsqꝫ ad finem mundi. sed sciꝰ ꝙtum precedentes etates durauerunt. ergo sciri potest ꝙtuz ista etas durare debeat: per comparationem ad alias. ¶ Quarto sic. Magnum ꝛ paruum / diuturnum et breue relatiue dicunt' de vno per comparationem ad aliud. sed tempus illud quod ē ab aduentu xp̄i vsqꝫ ad finem mundi dicitur esse breue. vt patet. 1. Cor. 7º. Tempus breue est. Et in eadem. 10. nos sum⁹ in quos fines seculorum deuenerunt. Et. 1. Johan. 2º. Nouissima hora ē ergo hoc dicit' per comparationē ad tempus precedens. ergo saltē hoc videtur sciri posse ꝙ multo breuius est tempus ab aduentu Christi vsqꝫ ad finem mundi ꝙ

a principio mundi vsq3 ad xp̄m

¶ In oppositum est illud Mathei.24. De die illa et hora nemo scit nec angeli celorum. Secundo sic. Si deberet aliquibus reuelari precipue reuelatū fuisset querentibus apostolis qui doctores totius mundi instituebantur. sed eis de finali aduentu domini querentibus responsum est Actu.1° Non est vestrum nosse tempora vel momenta que pater posuit in sua potestate. ergo multominus est aliis reuelatum.

¶ Respondeo. Dicendum sub ista ɔclusione. ꝙ tempus determinatum futuri iudicii non potest cognosci ab aliquo puro homine. a solo enim deo et ab homine xp̄o cognoscitur. Probatur enim ista ɔclusio iuxta sanctum Thomam in q̄stionibus de potentia dei. quia duplex est modus quo possumus cognoscere futura. sc3 per cognitionem naturalem. et per reuelationem: naturali quidem cognitione cognosci non potest determinate finis mundi. q2 ei9 non est alia causa nisi voluntas diuina ꝙ quidem causam naturali cognitione cognoscere non possumus. Per reuelationem vero licet sciri posset si deus vellet reuelare. non tamen congruum esset ꝙ reuelaret nisi homini christo. et hoc quia finis mundi nō erit nisi completo numero electorum. cuius completio est quedā executio totius diuine predestinationis. Unde nō competit reuelationem fieri de fine mundi nisi ei cui fit reuelatio de tota p̄destinatione diuina. scilicet homini christo. per quem tota diuina predestinatio totius humani generis quodāmodo impletur. Unde dicitur Johan.5° Pater enim diligit filium et oīa demonstrat ei que ipse facit. ¶ Ad rationes in oppo9. Ad primam respondetur negando ɔñtiam. Et ratio est. q2 non est simile de primo aduentu et 2° quia primus aduentus xp̄i nobis parabat viam ad merendum per fidem et alias virtutes. et ideo ex parte nostra requirebatur primi aduent9 noticia. vt credendo in eum qui venturus erat et per eius gratiam mereri possemus. In secundo autem aduentu premia reddentur pro iustis. et sic ex parte nostra nō requirit quid agamus aut quid cognoscamus sed quid recipiamus. Unde non oportet precognoscere determinate tempus illius aduentus. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et rō est. quia illa signa posita sunt ad manifestandum ꝙ quandoq3 mund9 finietur. non autem ad manifestandum determinatum tempus quando finietur. Ponuntur autem inter illa aliqua signa que quasi a mūdi exordio fuerunt. sicut ꝙ surget gens contra gentem. et ꝙ terremotus erunt per loca. sed instante

mundi finebec babundantius
euenient. Que autem sit illa mē
sura horum signorum que ante
finem mundi erit manifestū nobis
esse non potest. ¶ Ad terci/
am respondetur negando ꝯñtiā
Et rō est. q2 sicut Augusti. dicit
.88. questione vlti. Etas mun
di comparatur vltime etati hoīs
que determinato numero anno/
rum non definitur sicut alie eta
tes definiuntur. sed quandoq3
tantū durat ꝙtum omnes alie
vel etiam amplius. Unde etia3
ista vltima etas mundi non pōt
determinato numero annoꝝ ge
nerationē definire. ¶ Ad quar
tam rñdetur negando ꝯñiam.
Et ratio est. q2 ex hoc ꝙ dicitur.
nouissima hora/vel ex similibus
locutionibus que in scriptura di
cuntur nō videtur aliqua deter
minata quantitas temporis sci/
ri. non enī3 illa sunt dicta ad sig
nificandum breuem horam ipi⁹
temporis .sed ad significandum
statum mundi qui est quasi no/
uissima etas que ꝙto tēpore du
ret non est diffinitum. non enim
legi euangelice alius status suc/
cedet que ad perfectū3 adducat
sicut ipsa succedit legi veteri ⁊ lex
vetus legi nature.

In dominica ter
cia est euangelium. Cum
audisset Johannes in vinculis
opera xp̄i. Mathei. 11°. Circa qd'
occurrunt sequentes questiones
disputande. ¶ Primo. Utrum
beatus Johannes baptista du/
bitauerit an xp̄us esset qui mit/
tendus erat saluator mundi.
¶ Secundo. Utrum xp̄us con/
uenienter respondit ad questio/
nem Johannis cum ait. Dicite
Johanni: ceci vident ⁊c̄. ¶ Ter
cio. Utrū3 beatus Johannes fu
erit plus ꝙ propheta.

Ad primā3 que
stionem qua queritur.
Utrum beatus Johannes dubi
tauerit an xp̄us mittendus erat
saluator mūdi. sic proceditur. Et
videtur ꝙ sic. Primo. quia que
stio est dubitabilis propositio. ip
se autem quesiuit vtrum ipse xp̄s
esset qui venturus erat saluator
mundi: ergo videtur dubitasse.
¶ Secundo. Dicit sic Gregori⁹
in omelia ꝙ beatus Johannes
petiuit. an sicut pro hominibus
nasci dignatus est: an etiam pro
hominibus mori et ad inferos
descendere dignaretur. ergo vi/
detur ꝙ dubitauerit. ¶ In op/
positum est ꝙ ipse testimoniū3 de
eo perhibuit ꝙ esset agnus dei q̄
peccata mundi tolleret. Johan/
nis. 1°. ergo non dubitauit. Re/
spondeo. Dicendum ꝙ circa hāc
questionem fuerunt varii modi
dicendi. Beatus Gregori⁹ dixit
ꝙ beatus Johannes non dubi/
tauit vtrum xp̄us esset saluator
mundi. sed dubitauit vtrū3 sicut

nitia testa adverg

natus erat in humanitate nostra ita etiaz moreretur pro salute humana. sed hec responsio non videtur conveniens. qz Johannes non fuit minus illuminatus ꝙ prophete veteris testamenti. prophete autem cognouerunt xp̄m non tantum nasciturum in carne propter nos. sed etiam moriturum vt habetur Isaie. 53. Tanꝙ ouis ad occisionem ductus ē. ergo multofortiꝰ Johānes qui fuit plus ꝙ propheta cognouit. Item Johannes de xp̄o predixerat sicut dictuz est. Ecce agnꝰ dei Johan. 1º. qd' nō dixisset vt videtur nisi vidisset eum immolandum pro salute mundi. Alii vt Ambro. dicunt ꝙ triplex est dubitatio. vna infidelitatis q̄ fuit in iudeis. alia tarditatis que fuit in discipulis. alia est pietatis que fuit in Johanne baptista vt Ambro. videtur dicere: ꝙ beatꝰ Johānes non fecit illam questionez xp̄o. Tu es qui venturus es dubietale. sed quadam pietate: modo quo dixerat Petrus quādo audiuit xp̄m iturum iherusalem ⁊ passurum ⁊ moriturum ibi Absit a te dn̄e vt hoc fiat. sciebat enim Johānes xp̄m moriturum pro humano genere ⁊ ad infernum descensurum. sed compaciendo morti eius q̄siuit per modum dubitantis. sed hoc non exprimitur in verbis Johannis. et ideo tercii dicunt vt Augusti. et Chriso. cum quibus tenenduz ē ꝙ Johānes non dubitauerit de predictis. qz certitudinaliter cognouit. sed discipuli eius qui nō erant sic illuminati dubitauerūt et ideo Johānes per discipulos suos questionem proposuit. non propter sui dubitationez sed discipulorum hesitationem. quasi diceret. Sepe vos ammonui ⁊ n̄ credidistis mihi ꝙ ip̄e esset. Ecce mitto duos ex vobis ⁊ dicite. tu es qui venturꝰ es ⁊c̄. vt ꝑ vosipsos certificati magis acquiescatis. ego enim non sum xp̄us sed ipse qui spiritum non accepit ad mensuram. et hoc de ista questione. ¶ Ex dictis patet respōsio ad obiecta. ¶ Ad primum dicitur ꝙ non erat dubitatio Johannis sed discipulorum. ¶ Ad secundū respondetur ꝙ expositio Gregorii non recipitur in hac parte.

AD secundam

questionez qua queritur Utruz Christus conuenienter respondit questioni Johannis. Et videtur ꝙ non. ¶ Primo sic. In primo aduentu venturus erat in infirmitate s̄zꝰ illud Isa. 53. Tā ꝙ virum dolorum et scientem infirmitatem. sed opera miraculorum magis pertinent ad virtutē ⁊ maiestatem ꝙ ad infirmitatez. ergo non conuenien̄ter respondit se esse qui venturꝰ erat in carnez per operationem miraculorum. ¶ Secundo sic. Miracula que Christus fecit ab aliis facta sūt ergo per talia non conuenienter

b.z.

respondebat ꝙ ipse erat qui venturus esset ad saluandum mundum. ¶ In oppositum est euangelium p̄sens. et illud Johan. 5º. Opera q̄ mihi dedit pater vt faciam: ipsa testimonium perhibēt de me. ¶ Respondeo. Dicendū ꝙ xp̄us conuenienter respondit: Rn̄dit enim non per verba sed per facta faciēs in conspectu discipulorum Johannis miracula multa manifeste declarantia ꝙ ipse esset xp̄us. hoc est qd' dicitur Renunciate Johāni que audistis in doctrinis ⁊ vidistis in miraculis. Ceci vident ad preceptum meum quod solius dei est. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum. Ad primam respondetur negando consequentiam: Et ratio est. quia licet filius dei venturus erat in primo aduentu in infirmitate carnis. venturus tamen erat in virtute dei. qd' manifestum erat per miracula. Unde Isa. 35. ait propheta. Deus ipse veniet ⁊ saluabit nos. tunc aperientur oculi cecorum: ⁊ aures surdorum patebunt. tunc saliet sicut ceruus claudus ⁊c. Ad secūdam respondetur negando assūptum. Dicimus enim ꝙ a nullo sāctorum facta fuerunt miracula ꝓpria virtute sicut a xp̄o facta sūt Unde manifestum argumentum fuit sue diuinitatis ꝙ ipse erat qui venturus erat saluator mūdi

AD terciam questionem qua querit'. Utrum Johānes fuit plus q̄ propheta: proceditur sic. Beatus Johānes nō fuit propheta vt ipse dicit de seipso Johan. 1º. ergo nō fuit plus q̄ propheta. ¶ Secundo sic. Math. 11º dicitur. Lex ⁊ prophete vsq3 ad Johannem. ergo videtur ꝙ Johannes non fuerit ꝓpheta. ¶ Tercio. Propheta dicitur qui procul in futurum fatur sed beatus Johannes non prophetauit procul de xp̄o in futurum sed presentem digito ostendit. ergo videtur ꝙ non potest dici propheta. ¶ In oppositum est presens euangelium. Respondeo. Dicendum sub ista conclusione. ꝙ beatus Johānes fuit propheta ⁊ plus q̄ propheta. patet conclusio. Primo testimonio xp̄i. ¶ Secundo sic. Qz fuerit propheta dicitur Luce primo. Tu puer propheta altissimi vocaberis. ꝙ vero fuerit plus q̄ propheta patet primo. quia prophete est futura predicere. iste autem non solū futura sed etiam presentia ostendit dicens. Ecce agnus dei ⁊c. Hec ratio tangitur in hymno cū dicitur. Ceteri tantum cecinere vatum corde presago iubar affuturum. Tu quidem mundi scelus auferentem indice prodis. ¶ Secundo. quia ante vsum vite motum ostendit prophete Luce. 1º. Ut facta est vox salutationis tue in auribus meis exultauit i gaudio infans i vtero meo ¶ Tercio. qz non solum ꝓpheta

dnica .4. advētꝰ

ſed baptiſta xp̄i fuit. ¶ Quarto qꝛ ſuper hoc ꝙ propheta fuit fuit etiaꝫ precurſoꝛ xp̄i. Lu. primo Preibis enim ante faciem domini parare vias eius. ¶ Quinto ſic. quia ſicut xp̄us prophetiſatꝰ eſt ab eo et ab aliis ꝓphetis ita beatus Johannes ab aliis prophetis nunciatus eſt. Unde ſaluatoꝛ ipſe volens oſtendere qualiter Johannes plus ꝙ propheta fuiſſet ſtatim ſubdit. Hic eſt de quo ſcriptum ē ſcꝫ Malachie. 3°. Ecce mitto angeluꝫ meum ante faciem tuaꝫ. ꝛ ſunt verba patris ad filiuꝫ. ¶ Ad rationes in oppoſitum. Ad primam reſpondet negando añs. ad probationem dicimus ꝙ Johannes non negauit ſe eſſe prophetam abſolute. nec prophetam miſſuꝫ ante xp̄m ſed negauit ſe eſſe illum prophetam de quo loquitur ſcriptura Deutro. 18. Prophetam ſuſcitabit vobis deus de fratribus veſtris ipſum audietis ꝛc. que quidem auctoritas ſꝫꝰ veritateꝫ intelligenda eſt ad litteraꝫ de xp̄o licet iudei vt dicit magiſter Nicolaus de lyra intelligant de alio propheta. ¶ Ad ſecundaꝫ reſpōdetur negando conſequentiam. ꝛ ad auctoritatem Math. 11. reſpondetur ꝙ per illud verbū nō eſt intelligendum ꝙ poſt ſe non fuerint alii prophete cum deus dicat Math. 23. Ecce mitto ad vos prophetas ꝛ ſcribas ꝛc. Itē Luce. 2. Anna prophetiſauit. ſꝫ ideo dicitur lex ꝛ prophete vſqꝫ ad iohannem. quia in lege ꝛ prophetis veritas de xp̄o erat ſub figuris ꝛ enigmatibꝰ tradita. ſed a Johanne eſt manifeſte oſtenſa dicente. Ecce agnus dei ꝛc.

Ad terciā reſpondet iuxta Albertum ꝙ propheta capit dupliciter. Uno mō ſtricte et proprie ſcꝫ qui ꝓcul in futurum fatur de verbo ꝛ ſacramentis. ꝛ hoc accipit per diuinaꝫ īſpirationē. Alio modo dicit ꝓpheta large. ſ. hñs diuinaꝫ inſpirationē de verbo ꝛ ſacramentis eius. ꝛ hoc mō beatus Johānes fuit ꝓpheta ꝛ non primo modo.

In dominica

quarta legit euangeliuꝫ Ja illo tpe. Miſerūt iudei a ierosolimis Johan. 1°. Circa quod poſſunt diſputari ſequentes queſtiones. Prima eſt. Utꝝ beatꝰ Johannes bene reſpondit ad interrogationem ſacerdotum et leuitarum querentium. Tu quis es. ¶ Secunda eſt. Utrum fuerit conueniens Johanem baptiſare. ¶ Tercia eſt. Utrum conueniens fuit vt xp̄us inter homines conuerſaretur.

Ad primaꝫ queſtionem in qua queritur. Utꝝ Johannes bñ rñdit ad interrogationē ſibi factam per ſacerdotes ꝛ leuitas. Tu quis es. Et videtur ꝙ non. ¶ Primo in hoc ꝙ reſpondit. Non ſum ego

Christus cum de hoc non videatur fuisse interrogatus. ¶ Secundo videtur male respondisse cum dixit se non esse Heliaz cuz Math. 11° Christus dicat de eo ipse est Helias. ¶ Tercio videt male respondisse cum interrogatus si esset propheta respondit se non esse prophetam. ¶ Quarto videtur male respondisse cum interrogat⁹ dicat se esse vocez clamantis in deserto. ¶ In oppositum est. quia Johãnes cuz essz repletus spiritu sancto ex vtero matris sue/ et per consequẽs illuminat⁹ a deo/ congruum fuit vt nõ responderet nisi bene. ¶ Ad rationes in oppo. Ad primam dicitur. q licet expresse non fuerat interrogatus an esset xpus: ista tamen erat intentio illorum querendi et sciendi an esset xpus Cum enim tẽpore quo viuebat Johãnes esset famosa opinio/ et maxime in iherusalem vbi vigebat studium legis et pphetarum q tempus aduentus messie esset de proximo et messiam de proximo expectabant. Preterea videbant Johãnis baptiste mirabilẽ natiuitatem et eius excellentem sanctitatem. ideo erant moti ad opinandum ipm esse xpm. propter qd miserunt solẽniores nuncios ad Johãnem volentes sup hoc scire voluntatem eius. et ita recte beatus Johãnes dicens se non esse xpm respondit intentioni eorum. Hoc enim querebant Tu quis es. vt responderet eis si esset xpus vel non. ¶ Ad secundã dicit q optime respondit negando se esse Heliaz. quia ita erat in veritate q n erat Helias in persona. xpus autẽ dixit eum Heliaz non in persona sed in spiritu et virtute. qr scz similitudinẽ Helie in suis operib⁹ demõstrabat. Et h° specialiter in tribus. Primo in officio. qr sicut Helias z⁹ dñi aduentuz pueniet: ita Johãnes pcessit primũ. Unñ angelus dixit. Ipse precedet ante illum. Secundo in austeritate vite. qr Helias in deserto morabatur. parce vtebatur cibo. et duris vestibus coopertebat vt dicit. 3. Regũ. 17. Ita iohãnes in deserto esca eius erãt locuste et mel siluestre et zona eius de capillis camelorz. Tercio qtuz ad zelum qr Helias maximi zeli fuit. Unñ dicebat. 3. Regũ. 19. Zelo zelatus sum. sic et Johãnes zelo veritatis mortuus est. ¶ Ad terciã rñdetur q bene rñdit negando se esse pphetaz. Negauit quidez se esse pphetaz non absolute sed illum excellentissimũ de quo ipi querebant. et de quo scriptura loquit Deutro. 18. Suscitabit vobis dñs pphetam de fratrib⁹ vestris. etc. que scriptura ad litteram ẽ intelligenda de xpo. Ul negauit se esse pphetam. qr non fuit ppheta simpliciter siue tantuz. sz plus q ppheta. alii nãqz pphete sola futura pdicabant et a re-

motis. Johãnes vero xp̄m p̄sentem nũciauit digito oñdens. d. Ecce agn⁹ dei. ecce qui tollit peccata mundi. ¶ Ad quartam respondet᷑ ꝙ etiã bene rñdit dicẽs ꝙ esset vox clamantis in deserto ꝛc. Beatus enĩ Johãnes cũ essꝫ deuotissimus adimplens quod apostolus dicit ad Gal᷑. 2.º scilicꝫ Viuo ego iaꝫ. non ego sed viuit in me xp̄us. Nõ rñdit ego suꝫ filius Zacharie vl᷑ talis ꝛ talis. sꝫ illud ꝗ quo xp̄m seq̄batur. vnde dixit Ego vox clamãtis in deserto ꝛc. Dicit aũt se vocem esse qꝛ vox origine posterior ẽ verbo. sꝫ noticia prior. Naꝫ v̄bum in corde conceptum p̄ vocẽ prolatũ cognoscim⁹ cuꝫ sit signũ eius. Deus aũt pater p̄cursorẽ misit Johãnẽ in ꝑe factuꝫ vt verbum suũ ab eterno conceptuꝫ ãnunciaret. et iõ congrue dicit Johannes. Ego vox clamãtis in deserto scꝫ iudee dirigite viaꝫ dñi. i. ego sum ille de quo scriptura sancta loquit᷑ Isa. ie. 40. Ego vox clamãtis in deserto. vt hoĩes se ad aduentum xp̄i in mundũ p̄pararent. Et sic ptꝫ ꝙ Johãnes in oĩbus bene respondit ad interrogationeꝫ sibi factam. Tu quis es.

D Secundaz

q̄stionẽ q̄ q̄rit᷑. Utrũ fuit conueniẽs Johãneꝫ baptisare. sic p̄ceditur. Et videt᷑ ꝙ nõ ¶ Primo sic. Ois eniꝫ rit⁹ sacramẽtal᷑ ad aliq̄ ꝑtinet legẽ. sꝫ Johãnes nõ introduxit nouaꝫ legeꝫ. g.º inconueniẽs fuit ꝙ Johãnes nouũ ritum baptisandi introduceret. ¶ Secundo sic. Johannes fuit missus a deo in testimoniũ tã q̄ p̄pheta. sꝫ᷑ illud Lu. 1.º Tu puer p̄pheta altissimi vocaberis. sꝫ p̄phete qui fuerũt ante xp̄m nõ introduxerũt nouũ rituꝫ sed ad obseruantiam legalium inducebant. vt ptꝫ Math. v ti. Memẽtote moysi serui mei. g.º nec Johãnes nouũ ritũ baptisandi introducere debuit. ¶ Tercio sic. Ubi ẽ aliqui⁹ rei sup̄fluitas nõ est ad illud aliud addenduꝫ. sed iudei excedebant in sup̄fluitate baptismatum. vt dicit᷑ Mathei. 7.º ꝙ pharisei et oẽs iudei nisi crebro lauent manus nõ mãducant. ꝛ in sero nisi baptisent᷑ non comedunt. ꝛ alia multa q̄ tradita sunt illis seruare. vt baptisma calicum. ergo inconueniens fuit ꝙ Johãnes baptisaret ¶ Quarto sic. Baptism⁹ Johãnis nõ videtur esse a deo. g.º inconueniẽs fuit Johãneꝫ taleꝫ ritũ introducere. cõñia ptꝫ. añs probatur sic Nihil eniꝫ sacramentale qd᷑ est a deo denominatur ab hoĩe puro Uñ baptismus noue legis non dicit᷑ Petri aut Pauli. sꝫ baptismus denoĩatur a Johãne. dicit᷑ enim baptismus Johãnis. ergo nõ est institut⁹ a deo. ¶ Quinto sic. Alia sacramẽta nõ habuerũt assuefactoria. g.º nec baptism⁹ xp̄i debuit habere baptismuꝫ

quod in aurora legitur in secunda missa scilicet In illo tempore Pastores loquebantur ad inuicem etc. Luce. 2°. vbi de pastoribus fit mentio quibus per angelum facta fuit annunciatio natiuitatis xpi. possūt queri ea que sequuntur ¶ Primo. Vtruȝ cōuenienter pastoribus primo manifestata est natiuitas Christi. ¶ Secunda. Utrum conferentia illa qua dicitur Maria erat conferēs que audierat. fuerit cōferentia alicuius dubitationis.

Ad primaȝ questionem qua q̄ritur. Utrum conuenienter pastoribus primo manifestata est natiuitas xpi. sic proceditur. Et videtur q non. ¶ Primo sic. Debuit primo manifestari natiuitas Christi illis qui propinquiores Christo fuerunt. sed iusti propīquissimi erāt Christo per fidem et maxime eius aduentum desiderabant. Unde dicitur de Symeone. Luce. 2°. q erat homo iustus et timoratus expectans redemptionem israhel. ergo prius debuisset manifestari Christi natiuitas Symeoni q̄ pastoribus et magis. ¶ Secundo sic. Omnia sacramenta veteris legis erant Christi figura. s3 sacramenta veteris legis dispensabantur per ministerium sacerdotum. ergo Christi natiuitas magis debuit manifestari sacerdotibus in templo q̄ pastoribus in agro. ¶ Tercio. Reges sūt precaliis honorandi iuxta illud. 1. petri. 2°. Regem honorificate

ergo regibus magis prius Christi nativitas erat manifestanda.
¶ In oppositum est evangelium presens. et etiam quia omnia a deo ordinata sunt sapienter et convenientissime disposita.
¶ Respondeo. Dicendum sub quatuor conclusionibus. ¶ Prima est. Necesse fuit ut Christi nativitas aliquibus manifestaretur. Ista conclusio probatur ex eo quod Christi nativitas nulli fuisset proficua si omnibus fuisset occulta. sed oportebat xpi nativitatem esse proficuam alioquin frustra natus fuisset. ergo videtur quod aliquibus manifestari debuit xpi nativitas. ¶ Secunda est. quod convenientissime electi sunt quibus Christi nativitas erat manifestanda. Ista conclusio primo patet ex illo Johan. 15. Ego scio quos elegi. que autem fiunt secundum dei sapientiam convenienter fiunt. ergo convenienter sunt electi quibus est manifestata Christi nativitas. ¶ Secundo sic. Salus que erat futura per Christum ad omnem diversitatem hominum pertinebat. quia sicut dicitur Col. 3. In xpo non est masculus et femina. gentilis et iudeus. servus et liber. et sic de aliis huiusmodi. et ut hoc in ipsa Christi nativitate prefiguraretur omnibus conditionibus manifestatus est. quia ut dicit Augustinus in sermone de epiphania. Pastores erant israhelite. Magi gentiles. isti prope. isti longe. utrique tanquam ad angularem lapidem concurrerunt. Fuit etiam inter eos alia diversitas. Nam magi quia fuerunt sapientes et potentes. pastores autem simplices et viles. Manifestatus est etiam iusto Symeoni et Anne. et peccatoribus scilicet magis. Manifestatus est etiam viris et mulieribus scilicet anne ut per hoc ostenderetur nullam conditionem hominum excludi a Christi salute.
¶ Tercia conclusio. Inter omnes istos convenientius primo manifestata est Christi nativitas pastoribus. Ista conclusio ostenditur triplici ratione. Primo quia erant simplices absque cautela malicie occupati in officiis sanctorum patriarcharum qui dicuntur fuisse pastores. Genesis. 47. Talibus enim solent divine illuminationes et consolationes revelari. et non hominibus in sapientia huius mundi que stulticia est apud deum occupatis secundum quod dicit salvator. Mathei. 11. Confiteor tibi domine pater celi et terre. quia abscondisti hec a prudentibus et sapientibus et revelasti ea parvulis. Secunda ratio. quia illa manifestatio Christi nativitatis fuit quedam prelibatio plene manifestationis que erat futura. et sicut in secunda manifestatione primo annunciata est gratia xpi. per xpm et eius apostolos iudeis et postea gentilibus

ita ad xp̄m primo peruenerūt pa
stores qui erant primitie iudeo-
rum tanq̄ prope existentes. et po
stea venerunt magi a remotis q̄
fuerunt primitie gentium. vt di-
cit Aug⁹. Tercia ratio est. quia
per hos pastores significant̄ doc
tores ecclesie quib⁹ xp̄i misteria
reuelantur que latebant iudeos
Quarta conclusio. conuenient̄er
pastoribus manifesta est xp̄i na-
tiuitas per angelos. patet ista cō
clusio sic Deutro. 32. Dei perfec-
ta sūt opera. sed talis manifesta
tio fuit opus diuinum. ergo per
conuenientia signa fuit effecta.
¶ Secundo sic. Sicut manife-
statio silogistica fit per ea q̄ sunt
magis nota ei cui ē aliquod ma
nifestandum. ita manifestatio q̄
fit per signa deberet fieri per ea
que sunt familiaria illis quib⁹
manifestatur. et quia iudei con-
sueti sunt diuina responsa per an
gelos accipere per quos etiaꝫ le
gem acceperunt. secunduꝫ illud
Actu. 7°. Accepistis legeꝫ in dis
positione angelorum. Gentiles
vero et maxime astrologi consue
ti sunt stellarum cursus aspicere.
iō pastorib⁹ tanq̄ iudeis apud
quos frequenter facte sunt appa
ritiones angelorum reuelata est
xp̄i natiuitas per angelos. Ma
gis autem assuetis in considera
tione celestium corporum mani-
festata est per signum stelle. Est et
alia ratio Grego. in omel. iude-
is tanq̄ ratione vtentibus ratio
nale animal. i. angelus predica-
re debuit. Gentiles vero qui vti
ratione nesciebant ad cognoscē-
dum deum non per vocem sed p̄
signa perducuntur. ¶ Ad rati
ones in oppositum. Ad primaꝫ
respondetur iuxta sanc. Tho. q̄
ratio non procedit. Et ratio ē. q̄
sicut Aposto. dicit ad Roma.
9°. Israhel sectando legem iusti
cie in legeꝫ iusticie non peruenit.
sed gentiles qui non querebant
iusticiam iudeos conuenienter i
iusticia fidei preuenerunt. Et in
hm̄oi figuram Symeon qui ex
pectabat consolationem israhel
vltimo xp̄m natum cognouit. et
precesserunt euꝫ magi et pastores
qui xp̄i natiuitatem non ita sol-
licite expectabant. ¶ Ad secun
dam respondetur negando con
sequentiam. Et ratio est. quia vt
dicit Criso. Angelus manife-
stans xp̄i natiuitatē non iuit ihe
rosolimaꝫ. nō requisiuit scribas
et phariseos. erant enim corrupti
et pre inuidia cruciabantur. sꝫ pa
stores erant sinceri tanq̄ conuer
sationem patriarcharum et moy
si colentes. per hos enim pasto-
res etiam significantur doctores
ecclesie quibus xp̄i misteria reue
lantur. et ex isto patet responsio
ad terciam. prelati enim et docto
res ecclesie per pastores designa
ti regibus preferuntur.

AD secundaꝫ que
stioneꝫ qua queritur. Utrꝫ

conferentia illa qua beata Maria dicitur conferēs in corde suo fuerit conferentia alicuius dubitationis aut questionis in mente super illis que audiebat. rñdetur ꝙ non. sed erat delectabilis et admirabilis cōtemplatio: prudentissima attentio quomodo ꝓphetie implebantur in puero nato. Conferebat enim vt ait Beda ꝙ acta videbant᷑ conformia his que agenda legerat. videbat nanqȝ se de stirpe dauid ortam in nazareth de spiritu sancto cōcepisse legerat ꝓphetiam Isa. xi. Exiet virga de radice yesse. et flos de radice eius ascendet et requiescet super eum spiritus domini. legerat etiā Michee. v.º et tu bethleēȝ effrata nequaꝙ paruula es in milibus iuda. Ex te enim egredietur qui sit dominator in israhel. et egressus ei⁹ ab initio a diebus eternitatis. Videbat se in bethleem peperisse filium et vocasse nomen eius Jhesum. Legerat in prophetiis Isa. vii.º Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius emanuel. legerat Isa. i.º Bos cognouit possessorem suum et asinus presepe domini sui. Videbat dominum in presepe quo bos et asinus solet nutriendus aduenire. Meminerat sibi dictum ab angelo Luce. i.º Spiritus sanctus superueniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi. ideoqȝ quod nascet᷑ ex te sanctum vocabitur fili⁹ dei. Legerat modum natiuitatis eius non nisi reuelante angelo potuisse cognosci dicente. Isa. v.º Generationem eius quis enarrabit. Legerat scilicȝ Michee. iv. Et tu turris gregis nebulosa filia syon ad te veniet. et veniet potestas prima regnum filie iherusalem. Audiebat angelicas virtutes que sunt filie superne ciuitatis apparuisse pastoribus in loco. qui a conuentu pecoruȝ antiquitus turris gregis vocabatur et est vno miliari ad orientem a bethleem. vbi etiaȝ nunc tria pastorum illorum monumenta in ecclesia monstrant᷑. Nouerat tūc in carne venisse dominū cui vna eterna est cuȝ patre maiestas qui regnum daret ecclesie filie scilicet celesti iherusalem. Conferebat ergo maria hec que fienda legerat cum his que iam facta cognouit. non tñ hec ore promens sed clauso seruans in corde. hec autem collatio non soluȝ fuit beatissime virgini valde delectabilis sed etiam totiꝰ ecclesie summe vtilis. quia secundum ꝙ dicit Hieronimus in sermone de assumptione beate virginis. Nam post ascensionem filii remansit ad tēpus in terris cū apostolis vt eos plenius instrueret de verbo incarnato de quo erat plenius edocta per spiritum sanctum et familiarius viderat et tractauerat. de quib⁹ apostolos plenius instruebat de verbo incarnato propter

quod melius exprimere poterat. secundū ꝙ dicit Hiero. Quod melius nouimus melius proferimus. Et tantū pro nunc de ista conclusione.

E Uangelium in tercia missa est. In principio erat verbum. Johan. I°. Circa quod potest disputari sequēs questio. Utrum vera sit ista ꝓpositio. Uerbum caro factū est

¶ Circa quam questionem sic proceditur. Et videtur ꝙ non. Primo sic. De quocunqꝫ predicatur id quod ipm̄ est dicitur et esse factum. sed verbum non est caro. ergo non est factum caro. ꝯsequētia patet. si dicas ꝙ ibi ps ponitur pro toto. i. pro homine. vt sit sensus. Uerbum homo factum est. tunc quero quare euangelista solam nominauit carnē

¶ Secundo. dato ꝙ ibi caro ponatur pro hoīe. vt caro factum ē id est homo. arguit̄ ꝙ hoc sit falsum. q2 homo significat substantiam. fieri hominem esse fieri simpliciter. sed hoc est falsum deus factus est simpliciter. ergo h° est falsum deus factus est homo.

¶ Tercio sic. Fieri hominem ē mutari. sed de⁹ nullo modo pōt dici mutatus. Dicitur eni Mal. 3°. Ego dn̄s et non mutor. ergo videtur ꝙ hec propositio sit falsa. Deus factus est homo.

¶ Quarto. Hoc nomine homo non possunt intelligi nisi duo. s. natura humana ⁊ suppositū nature. sed dicta propositio non potest verificari r. ōe humane nature. q2 deus nunꝙ̄ ē vel fuit humana natura. Similiter nec ex parte suppositi. q2 hoc nomē hō quod de xp̄o predicatur non importat nisi suppositum eternum filii. sed semper fuit veru dicere ꝙ deus est persona filii. ergo nullo modo potest illa propositio verificari. q2 falsum est ꝙ deus sit factus persona filii. ergo ⁊c̄

¶ In oppo⁹ est euangelium presens vbi dicitur. Uerbum caro factum est. Respondeo. Dicēdū pro conclusione ꝙ propositio illa est vera. Uerbum caro. i. homo factum. sicut dicitur in simbolo fidei. Et homo factus est. que conclusio probatur sic. Omne quod est ⁊ non fuit prius dicitur esse factum. sed hec est vera. deus est homo. et non fuit semꝑ vera. q2 nō conuenit deo esse hominem ab eterno sed ex tempore per assumptionem humane nature. g° hec est vera. deus factus est homo ¶ Pro quo notandū ꝙ cum dicitur verbum siue de⁹ factus est homo. hoc participiū factus. tripliciter se potest habere in locutione ista. Uno modo ꝙ referatur ad totā propositionem vt sit sensus. Factum est ꝙ deus sit homo. ⁊ sic vera est illa propositio. Secundo. ꝙ dictum participium factus potest determinare absolute subiectum vel predi-

catum.ꝛ quodcunqꝫ eoꝝ deter-
minat ꝑposito ē falsa. qꝛ nec de
us est factus. nec hō ille demon
strato xp̄o est fact⁹. nisi addatur
aliquid. qꝛ supponit suppositū
eternum. Tercio. dictum partici
pium potest determinare subiec-
tum in comparatione ad predi-
catum n sic locutio vera ē. Nec ob
stat ꝙ videtur po iere fieri circa
deum. qꝛ hoc fieri qđ participiū
importat non est nisi fieri ratōis
vt dicemus infra in responsione
ad argumenta. ¶ Ad rationes
in oppositum. Ad primam respō
detur ꝙ ibi caro ponitur pro ho
mine sicut pars ꝑ toto. sicut Jsa.
40. Videbit omnis caro saluta
re dei. quēadmodum aliquādo
anima ponitur pro toto homine
Gen. 45. Omnes anime q̄ egres
se sunt in egyptum ꝛc. Et ad que
stionem que mouetur. quare euā
gelista solam carnem nominauit
Ad hoc respondetur ꝙ multipli
ci ratione. Primo qꝛ per carnem
visibilis apparuit. vnde subdit.
Vidimus gloriam eius ꝛc. Se-
cundo vt ostenderet per locuꝫ a
minori nihil in hominis natura
esse qđ verbum dei non assump
serat. Tercio ad ostendendaꝫ ve
ritateꝫ incarnationis contra ma
nicheos qui dicebant verbum n̄
assumpsisse veram carnem ſꝫ fan
tasticam tantum. et ideo ad hoc
excludendum fecit mentionē spe
cialiter de carne. Quarto. ad de
monstrandum magnitudinē be

nignitatis. Constat enim ꝙ ani
ma rationalis magis conformis
est deo ꝙ caro. equidem magnū
pietatis sacramentum fuisset si
verbum assumpsisset animaꝫ hu
manam. vtpote sibi magis con-
formem. sed assumere etiam car-
nem elongatam a singularitate
diuine nature fuit multo ampli
oris immo inestimabil' pietatis
indicium. secundum qđ dicit a-
postolus. i. Thimo. 3° Et mani-
feste magnum est pietatis sacra-
mentum quod manifestatum est
in carne. ¶ Ad secundā ratio-
nem respondetur negando conse
quentiam. Et ratio est. quia licet
fieri hominem sit fieri simpliciter
in omnibus his in quibus hu-
mana natura incipitur esse i sup
posito de nouo creato. deus dici
tur factus homo eo ꝙ humana
natura incipit esse i supposito di
uine nature ab eterno preexisten
te. ꝛ ideo deum fieri hominem n̄
est deum fieri simpliciter. ¶ Ad
terciam respondet̄ negando vni
uersaliter assumptum. Dicimus
enim ꝙ quando aliquid predi-
catur de nouo de altero cum mu
tatione eius de quo dicitur tūc
fieri estimatare. sicut conuenit in
his que absolute dicuntur. Ea
vero que relatiue dicuntur pos-
sunt de nouo predicari de ali-
quo absqꝫ etiaꝫ eius mutatione
sicut ipse homo de nouo fit dex-
ter absqꝫ eius mutatōne per mo
tum illius qui seꝫ fit ei sinister.

Unde in talib9 non oportet om
ne quod dicitur fieri esse muta/
tu, quia hoc potest accidere per
mutationem alterius. Et p hunc
modum dic.mus. Dominus re/
fugiu3 factus est nobis. Esse au
tem hominem predicatur de no
uo de deo absq3 eius mutatiõe
per mutationem humane natu/
re que assumitur ad diuina3 per
sonam. τ ideo cum dicitur. deus
f.ccus est homo. nõ intelligitur
aliqua mutatio realis ex parte
dei. sed solum ex parte humane
nature. ¶ Ad quartam respon
detur q ratio non procedit. Dici
mus enim q propositio illa veri
ficatur ratione vtriusq3 simul. s.
suppositi τ nature. quãuis enim
illud suppositu3 semper fuerit. ñ
tamen semper fuit suppositu3 hu
mane nature secundu3 qd' signi/
ficatur per hoc nomen homo.

Circa Domini

cam infra octauas na/
tiuitatis domini est euangelium
In illo tempore. Erant Joseph et
Maria mater Jhesu mirãtes τc.
Luce. 2°. Et possunt disputari se
quentes questiones ¶ Prima
Utrum sit verum q xpus sit po
situs in ruinam multorum.
¶ Secundo. Utru m beata ma
ria ita gladio cõpassionis mor/
tis christi fuerit perforata vt ve/
re martir xpi appellari possit.

AD primam que
stionem qua queritur. Utru3 sit
verum q xpus sit positus in rui
nam multorum. sic proceditur.
Et videtur q non. ¶ Primo sic
Christus nunq̃ prebuit occasio
nem ruine alicui ex aliquo dicto
vel facto suo. ergo non fuit posi
tus in ruina3 alicuius. consequẽ
tia est bona. τ assumptum patet.
quia prebere occasionem ruine
aliquorum est contra caritatem
τ ita peccatum. xpus autem pec
catum non fecit: nec inuent9 est
dolus in ore eius. ¶ Secundo
sic. Christus positus est a deo pa
tre in lucem gentium vt sit salus
vsq3 ad extremum terre. Isa. 49
ergo non est positus in ruinã ali
cuius. ¶ Tercio sic. Christ9 ve
nit vt homines vitam habeant.
vt ipse dicit Johan. 4°. ergo nõ
est positus in ruinam mortis ali
cuius. ergo non videtur veru3 q
positus sit in ruinam. ¶ Quar
to. Qui occasionem damni dat
damnum dedisse videtur. sed si
xpus est positus in ruinam mul
torum ipse videtur esse causa pec
cati hominum. ¶ In oppositũ
est euangelium hic. τ Isa. 8°. τ. i.
petri. 2°. dicitur de xpo q erat in
lapidem offensionis τ in petram
scandali. ¶ Respondeo. Dicẽ
dum q euangelista dicit verum
q xpus positus est in ruinã mul
torum. sed diuersimode secundũ
duas expositiones. Exponit enim
dupliciter ille text9. Uno modo
secundu3 glo. quandam. i. in rui

nam multorum scȝ viciorum et in resurrectionem virtutum. Plane hoc verum est. ipse enim ē cui in persona Jeremie dictuȝ est. Jere. 1° a deo patre. Ecce constitui te super gētes ⁊ regna vt euellas scȝ vicia ⁊ plantes virtutes. vbi inquit glo. Non enim poterant edificari bona nisi destructa extiterent mala. nec plantari optima nisi eradicarentur pessima. vñ Math. 15. Omis plantatio quam non plantauit pater meꝰ celestis eradicabitur. Alio modo exponitur respectu bōrum malorum. ⁊ tunc dicitur ꝙ etiam dictū euangelii est verum ad aliam intellectum scȝ ꝙ positus est in ruinam multoruȝ. non ꝙ dicto aut facto suo minus recte pbuerit occasionem ruine alicui. sed quia ex doctrina ⁊ operibꝰ sanctis suis multi mali ex malicia sua occasionem receperunt ruine. Unde sanctꝰ Tho. in. 4. dis. 28. inquit. Quodqȝ aliqui ex factis vel dictis xp̄i sumpserunt occasionem ruine dicit̄ esse positus in ruinam ⁊ in scandaluȝ. nō ꝙ ipse dederit aliquā vel modicam occasionem ruine. Uñ non legitur ꝙ aliquos scandalisauit. sed ꝙ aliqui ex dictis vel factis eius scandalisati sunt. ¶ Ad ratiōes in oppositū. Ad primam respōdetur negando consequentiam. Et ad probationem dicimus. ꝙ bene concedimus ꝙ christꝰ non est positus in ruinam ꝙ ipse dederit occasioneȝ ruine alicui. vnde nemineȝ scandalisasse legitur vt dictum est. sed bene modo exposito. ¶ Ad secundam respondetur ꝙ ratio procedit ꝙ nō sit positus in ruinam sicut prebens occasionem ruine. ¶ Ad terciam respondetur eodem modo.

¶ Ad quartam respondetur negando minorem. Christus enim nulli dedit occasioneȝ ruine. nec causa fuit peccati. Pro quo notandum ꝙ duplex est occasio. scȝ data ⁊ accepta. Dicitur auteȝ occasio data quando fit aliquod opus minus rectuȝ ex quo per exempluȝ alii prouocantur ad peccandum. si autem aliquis facit opus rectum ⁊ alii inde prouocētur ad peccandum non erit occasio data sed accepta. ⁊ talis fuit occasio phariseorum qui scandalisabantur de doctrina christi. et sic etiam intelligenda sunt illa q̄ inducuntur de Isa. 8° et. 1. petri 2°. Unde sanctus Thomas dicit in. 4. ꝙ Christus non dicitur petra scandali ꝙ per se fuerit scādali causa. quia ipse non dedit alicui occasionem scandali. sed dicitur in petram scandali ita ꝙ prepositio in. non ordineȝ cause sed consecutionem importat. quia ex his que xp̄us fecit consecutuȝ est scandalum iudeorum. Hec ille.

AD Secundam questioneȝ qua queritur Utruȝ beata Maria ita gladio

compassionis mortis xpi fuerit perfossa vt vere martir possit appellari. sic proceditur. Et videtur quod sic. ¶ Primo sic. Dicit Iheronimus in sermone de assumptione beate virginis Marie. Recte dixerim dei genitrix virgo et martir fuit quamuis in pace vitam finiuerit. ¶ Secundo sic. Dicit Grego. Iure enim plus quam martir est que nimio amore vulnerata testis extitit saluatoris. et pro merore in animo cruciatum sustinuit passionis ¶ Tercio sic. Dicit Bern. Longe eam plus quam martirem censemus in qua passionis sensum compassionis superauit affectus.

¶ Quarto. Idem Bernardus super illud. In plenitudine sanctorum detentio mea. Merito in plenitudine sanctorum detentio eius erat cui nec puritas angelorum/nec fides defuit patriarcharum. nec spiritus prophetarum/nec apostolorum zelus/nec constantia martirum/ nec sobrietas confessorum/ nec castitas virginum/nec coniugatorum fecunditas. ergo videtur quod beata virgo habuit omnes proprietates gratuitas aliorum sanctorum. ergo martir dicenda est. ¶ In oppositum autem arguitur sic. Mors est de ratione martirii. Unde maximus in quodam sermone dicit de martire quod vincat pro xpo moriendo. qui vinceretur sine fine viuendo sed beata virgo non sustinuit pro xpo mortem. ergo non est dicenda martir. minor patet. Dicit enim Ambro. tractans hoc euangelium. Nec historia nec littera docent beatam Mariam gladio vitam finiuisse. ¶ Respondeo. Dicendum iuxta sanctum Thomam in secunda secunde. q. zz. Quod de martirio loqui possumus dupliciter. Uno modo secundum perfectam eius rationem. et sic de ratione martirii est mortem sustinere actu pro nomine xpi. Istud patet sic. Martir grece dicitur quasi testis fidei christiane per quam nobis visibilia propter inuisibilia contemnenda proponuntur. vt dicitur ad Heb. 11. Ad martirium ergo pertinet vt homo testificetur fidem se opere ostendens cuncta presentia contemnere vt ad futura inuisibilia bona perueniat. quamdiu autem hominis in hac vita remanet vita corporalis nondum opere se ostendit temporalis cuncta despicere. Consueuerunt enim homines et consanguineos et omnis bona possessa contemnere. et etiam dolores corporis pati vt vitam conseruent. Unde et sathan contra Iob induxit. Pellem pro pelle et cuncta que habet dabit homo pro anima sua. i. pro vita corporali. et ideo ad perfectam rationem martirii requiritur quod aliquis mortem sustineat et hoc modo beata virgo non fuit vere martir cum vitam gladio non finierit. Secundo modo possumus loqui de martirio secundum quandam simi-

litudinem. Unde Isidorus in libro ethimo. dicit. Duo sunt genera martirii. Unum in aperta passione. alterum in occulta animi virtute. et hoc modo beata virgo propter immensum amorem eius ad Christum in passione xpi martir fuisse dicit. Unde Aug. in sermone quodam de ea ita dicit. Maria quia mente passa est plus q̄ martir fuit nimirum. q2 eius dilectio amplius fortis q̄ mors. quoniam mortem Christi suam fecit. Hec ille ¶ Ad rationes in oppositum respondetur q̄ vt dicit sanctus Thomas tam in secunda secunde q̄ in quarto omnes auctoritates ille sanctorum intelligende sunt de martirio secundum quandam similitudinem. Ad rationem vltimam respondetur eodem modo q̄ procedit de martirio dicto secundum similitudinem.

IN festo circumcisionis est euangelium. In illo tempore. Postq̄ consummati sunt rc. Luce. 2°. Circa qd' possunt hec questiones disputari. ¶ Prima. Utrum Christus debuit circumcidi. ¶ Secunda. Utrum circumcisio nunc tempore gracie cessare debuit ¶ Tercia. Utrum conuenienter nomen xpo fuit impositum Jhesus.

AD primam questionem qua queritur. Utrum Christus debuit circumcidi. sic proceditur. Et videtur q̄ non. ¶ Primo sic. Circumcisio fuit ordinata in remedium originalis peccati. sed Christus non cōtraxit originale peccatum. ergo Christus non debuit circumcidi ¶ Secundo sic. Christus non fuit decimatus in lumbis Abrahe quia figurabat medicinā originalis. ergo nec debuit circumcidi eadem ratione. ¶ Tercio sic. Sabbati obseruatio videtur erat preceptis moralib9 inter que etiam computatur q̄ circumcisio. sed Christus sabbata litteraliter nō obseruabat. Unde dicebant iudei de ipso. Johannis nono capitu. Non est hic homo a deo qui sabbatum non custodit. ergo non debuit seruare circumcisionem. ¶ In oppositum est euangelium presens. ¶ Respondeo. Dicendum sub ista cōclusione. q̄ Christus debuit circumcidi non propter indigentiam aliquam sed propter decenciam. Cuius potest multipliciter ratio assignari. Primo quidem vt ostendat virtutem carnis humane. contra manicheum qui dixit eum habere corpus fantasticum. et contra appollinarem qui dixit corp9 diuinitati esse consubstantiale. et etiam contra Ualentinum qui dixit Christum corpus de celo attulisse. Secundo vt approbaret circumcisionem

quaꝫ olim deus instituerat. Tercio vt ostenderet se esse de genere Abrae qui circumcisionis mādatum acceperat in signum fidei quā de se ipso habuerat. Gene. 17. Et cui facta est promissio de xp̄o. Quarto vt iudeis excusationem tolleret ne eum reciperent si esset incircumcisus. Quinto vt obedientie virtutem nobis suo exemplo cōmendaret. Unde octaua die circumcisus ē sicut erat in lege preceptum. Sexto vt qui in similitudinem carnis peccati venerat in remedium quo ceterorum peccati consueuerat emundari n̄ respueret. Septimo vt legis onus in se ostentans alios a legis onere liberaret. secunduꝫ illud Gal. 4°. Misit deus filium suum factum sub lege vt eos qui sub lege erant redimeret. ¶ Ad rōes in oppoᵘ. Ad primam respōdetur negando ꝯn̄am. quoniā xp̄s sicut propria voluntate mortem nostram suscepit que est effectus peccati nullum in se habens peccatum vt nos a morte liberaret ita ⁊ circumcisionem que erat remedium originalis peccati suscepit absq; hoc ꝙ haberet originale peccatum vt nos a legis iugo liberaret sicut dictum est. ¶ Ad secundaꝫ respondetur negando ꝯn̄am. Et ratio est. qr decimacio erat actus tantuꝫ figuralis quātuꝫ ad illos qui ī lumbis abrae decimabantur. et ideo xp̄o non competebat qui immunis fuit ab originali peccato. sꝫ circumcisio etiam habet alias causas preter decimationem in illis qui circū ciduntur. et ideo non est similis ratio de vtroq;. ¶ Ad terciam respondetur negando consequētiam. Et ratio est. quia xp̄us in puericia sua in nullo ab aliis pueris segregatus fuit quantuꝫ ad exteriorem conuersationem. ⁊ ideo omnia que ad pueros pertinebant in veteri legi impleri voluit sed quando iam ad perfectaꝫ etatem peruenit ostendere se debuit dominum esse legis. ⁊ legeꝫ vsq; ad ipsum positam fuisse. et ideo in quibusdam supra legeꝫ operatum esse sicut de obseruatione sabbati ⁊ in tactu leprosi ⁊c.

Ad Secundam

questionem qua queritur Utrum circumcisio nunc tempore gracie cessare debuit. sic proceditur. Et videtur ꝙ non. ¶ Primo sic. Omnis xp̄i actio nostra est instructio. Unde dicitur Johan. 13. Exemplum eniꝫ dedi vobis vt quemadmodum feci vobis ⁊ ita faciatis. sꝫ xp̄us fuit circumcisus vt in precedenti questione. g° exemplo suo debemus circumcidi. ⁊ per consequens circumcisio cessare debuit. ¶ Secūdo sic. Dicitur Gen̄. 17. ꝙ circūcisio dabatur in fedus eternum sed eternum est quod nullo fine clauditur. ergo circumcisio cessare non debuit. ¶ Tertio sic. Fi

guralis que signat id quod semper faciendum est non debet cessare. sicut de thurificatione que signat deuotionem. patet. sed circumcisio cordis cuius laus ex deo est ad Roma. 2°. semper facienda est et hanc signat exterior circumcisio. ergo cessare non debuit. ¶ In oppositum est illud Gal. 5°. Si circumcidimini xpus vobis nihil proderit. ¶ Secundo sic. ad Heb. 7°. dicit apostolus De translato sacerdotio necesse est vt legis translatio fiat. Sed oportuit sacerdotium transferri. ergo et legem. et si hoc tunc et sacramenta legalia. sed inter hec precipuum est circumcisio. ergo etc.

¶ Respondeo. Dicendum sub ista conclusione. quod circumcisio cessauit et debuit cessare. que conclusio ostenditur sic. Cum venit quod perfectum est euacuari debet quod imperfectum est si ad idem ordinentur. quia gracia non facit per duo quod per vnum potest facere. sicut nec natura. Circumcisio autem imperfecta erat respectu baptismi. Et hoc tripliciter. Primo quantum ad significationem. quia non significabat ita expresse emundationem totius hominis ab immundicia culpe originalis sicut ablutio baptismalis. Secundo quantum ad efficatiam. quia non ita habundans gracia ad operandum et reprimendum fomitem in circumcisione dabatur sicut in baptismo. Tercio quantum ad vtilitatem. quia non erat eius vtilitas ita communis sicut baptismi cum haberet determinatum populum determinatum sexum. determinatum tempus. quod in baptismo non accidit. et ideo adueniente tempore plenitudinis debuit cessare baptismo substituto ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia licet xpus in omnibus operibus suis nos erudiuit. non tamen omnia fecit ad imitationem sicut opera miraculosa et alia plura. Quare autem xpus circumcidi voluit rationes supra in questione precedenti fuerunt assignate. Vnde xpus non voluit circumcidi vt alii imitarentur eum quo ad hoc. sed magis vt ex hoc erudirentur de aliis que tacta sunt in rationibus superius assignatis ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia cum dicitur quod circumcisio sit data in fedus eternum. non oportet ita intelligi eternum quod careat fine. Vnde in eadem littera dominus dicit quod dabit eis terram in possessionem eternam. et constat tamen quod terram promissionis iudei non possident. Vnde eternum distinguitur et dicitur tripliciter. aut quantum ad durationem. aut quantum ad finis indeterminationem. aut quantum ad significationem. Primo modo dicitur dupliciter. aut quia caret principio et fine. et sic Ecclesiastici 18. dicitur. Qui

f

viuit in eternum creauit omnia
simul. aut quantum ad priuatio
nem termini tantum. sicut illud
psal. Statuit eam ineternum et
in seculum seculi. Eternum secun
do modo quantum ad indetermina
tionem dicitur sicut sacerdotium
Aaron dicitur eternum: quia deus
non determinauit quando cessa
ret. Eternum quantum ad significa
tionem. et sic circumcisio dicitur
fedus eternum. quia tempus dura
tionis non est determinatum no/
bis. vel dicendum est quod est eter/
num quantum ad significatum su
um. et quantum ad id quod ei succe/
dit. ¶ Ad tertiam respondetur negando
consequentiam. Et ratio est. quia principalis sig
nificatio ob quam instituta est est ab
lutio originalis peccati. quia circum
cisio sacramentalis refertur ad ef/
fectum. hoc autem non semper faciendum
erat per circumcisionem. et ideo non
oportebat quod circumcisio semper
maneret. Alia autem significatio est
ex consequenti. et secundum illam non oportet accipi
iudicium de duratione circumcisi
onis. thurificationis autem signifi
catio numquam fuit ad significandum
aliquid vt effectum eius. et ideo
non est similis ratio.

Ad terciam que
stionem qua queritur. Utrum
conuenienter christo fuit nomen im/
positum ihesus. sic proceditur. Et videtur
quod non. ¶ Primo sic. Ueritas prophe
tica debet pronunciationi prophetice cor
respondere. sed prophete aliud nomen
de christo pronunciauerunt. Dicitur enim
Isa. 7°. Ecce virgo concipiet et pa/
riet filium. et nomen eius vocabi
tur emanuel. et Isa. 8°. Uoca no
men eius accelera. spolia detra/
he et cetera. et Isa. 9°. Uocabitur nomen
eius admirabilis. consiliarius. de
us fortis. et Zacha. 6°. Ecce vir
oriens nomen eius. ergo inconue
nienter vocatum est nomen eius
ihesus. ¶ Secundo. Isa. 42. dici
tur. Uocabitur nomen tibi nouum
quod os domini nominauit. sed hoc nomen
ihesus non est nomen nouum sed plu
ribus fuit in veteri testamento im
positum. vt patet de ihesu filio Jo
sedech. et de ihesu naue. vt patet etiam
ex ipsa genealogia christi. Lu. 3°. ergo
videtur quod inconuenienter sit vo
catum nomen eius ihesus. ¶ Ter
cio sic. Hoc nomen ihesus salutem
significat. sed salus per christum non est
facta solum in circumcisione sed etiam
in principio. vt patet per apostolum ad
Roma. 4°. ergo inconuenienter
hoc nomen est impositum in circum
cisione. ¶ In oppositum est euangelium
vbi dicitur. Postquam consumati sunt
dies octo vt circumcideretur pu
er. vocatum est nomen eius Jhesus
¶ Respondeo. Dicendum sub ista con
clusione. quod conuenientissime vo
catum est nomen eius ihesus. Ista
conclusio probatur et eius conuenientia
ostenditur sic. Nomina enim si conuenien
ter imponantur debent proprietatibus
respondere. hoc patet in nominibus
generum et specierum. de quibus dici
tur. 4°. metha. Ratio enim quam

signat nomen est diffinitio q̄ de
signat propriam rei naturaȝ. No
mina aūt singularium hōim sp̄
imponuntur ab aliqua ꝓprieta-
te eius cui nomen imponit̄. vel
a tempore sicut imponunt̄ noīa
aliquoꝝ sanctoꝝ his qui in co-
rum festis nascunt̄. vel a cognati
one sicut cuȝ filio īponit̄ nomen
patris vel alicuꝰ de cognatione
vel etiaȝ ab euentu sicut Joseph
vocauit primogenitū suum Ma
nassen. d. Obliuisci me fecit deꝰ
omnium laboꝝ meoꝝ. Gen̄. 41
vel etiam ex aliqua qualitate ei
us cui nomen īponit̄ sicut Gen̄.
25. Ꝙ qui primo egressꝰ ē de vte
ro matris ruffus erat et totus in
morem pellis hispidus vocatum
est nomen eius Esau qd̄ interpre
tatur rubeus. Noīa aūt que im-
ponunt̄ diuinitus [redacted] semp̄
significant aliqd̄ gratuitum do-
num eis diuinitus datum. sicut
Gen̄. 17. dicitur abrahe. Appel-
laris Abraham q2 pater multa
rum gentiuȝ ꝯstitui te. ꝛ Math.
16. dictum est Petro. Tu es Pe
trus ꝛ super hanc petraȝ edifica
bo ecclesiam meam. q2 igitur ho
mini xp̄o hoc munus collatum
erat vt per ipsum omnes saluarē
tur. ideo conuenienter vocatuȝ ē
nomen eius Jhesus. i. saluator.
Unde hec ratio assignat̄ ab an-
gelo Math. 1º cuȝ ait ad ioseph
Uocabis nomen eius Jhesum.
ipse enim saluum faciet populuȝ
suuȝ a peccatis eoꝝ. conueni
enter ergo vocatum est nomē ei-
us Jhesus. Est quidem nomen
multe excellentie et sublimitatis
ita vt in nomine Jhesu omne ge
nu flectatur celestium terrestriuȝ
ꝛ infernoꝝ. Est nomen multe
virtuositatis ꝛ efficacie. Nam est
nomen qd̄ vt inquit Petrus ra-
uen̄as. dedit cecis visum/surdis
auditum/gressuȝ claudis/sermo
nem mutis/vitam mortuis/to-
tamqȝ diaboli potestatem de ob
sessis corporibus virtutis̄ huius
nominis effugauit. Est preterea
nomen magne clementie ꝛ reue-
rentie cum non sit aliud nomen
datuȝ hominibus sub quo opor
teat nos saluos fieri. Actu. 4º
¶ Secunda conclusio. Conueni
enter in die circumcisionis voca
tum est nomen eius Jhesus. pro
batur hec conclusio. Tuȝ primo
q2 ista erat mos apud iudeos.
vnde sicut legitur Gen̄. 17. Si-
mul Abrahaȝ suscepit impositio
nem nois a deo ꝛ circumcisionis
mandatum. ꝛ ideo apud iudeos
consuetuȝ erat vt ip̄o die circum
cisionis nomina pueris impone
rentur. sicut etiaȝ nunc pueris in
baptismo noīa īponuntur. Tuȝ
2º q2 hodie primo legitur effu-
disse sanguinem pro nobis qui
fuit archa redemptionis nostre.
vt dicit Bern̄. Tercia conclusio
Conuenienter hoc nomen est im
posituȝ xp̄o non ab homine sed
ab angelo. Patet ꝯclusio. q2 vt
dicit glo. interlinearis sup̄ illud

Luce.2°. Vocatum est ab ange
lo.non decuit taz gloriosum no
men prius ab hominibus appel
lari. sed ab excellentiori natura
ne homo videretur machinator
huius nominis. Et Origenes in
quit. Vocabulum Jhesu glorio
sum omni omni odoratu cultu-
qz dignissimuz nomen quod est
super omne nomen. non decuit
primo ab hominibus appellari.
nec ab eis inferri in mundum.sz
ab excellentiori maioriqz natu-
ra. Unde singulariter euangeli-
sta addidit. z vocatum ē nomen
eius Jhesus. qd' vocatum fuerat
ab angelo anteq̃ cōciperetur in
vtero. ¶ Ad rationes in oppo
situm. Ad primam respondetur
q ratio nō procedit. quia in om
nibus illis nominib⁹ quodam
modo significat hoc nomē Jhe
sus quod est significatiuum salu
tis. Nam in hoc q dicitur Ema
nuel. qd' interpretatur nobiscum
deus designatur causa salutis q̄
est vnio diuine z humane natu-
re in persona filii dei per quā fac
tum est vt deus esset nobiscum.
Per hoc q dicitur Uoca nomen
eius accelera spolia detrahe zc.
designatur a quo nos saluamur
quia a diabolo cuius spolia ab
stulit. secundum illud Coll.2°.
Et spolians principatus z pote-
states traduxit confidēter. In h°
etiam q dicitur. Uocabitur no-
men eius admirabilis z cetera.
designatur via et termin⁹ nostre
salutis. inquantum admirabili
diuinitatis consilio z virtute ad
hereditatez futuri seculi perduci
mur in quo erit pax perfecta fili
orum dei sub ipso principe deo.
Ut vero dicitur. Ecce vir oriens
nomē ei⁹ ad id refert'. ad qd' iaz
primum. i. ad incarnationis mi-
sterium sz⁹ qd' exortum est in te-
nebris lumen rectis corde.
¶ Ad secundaz respondetur ne
gando consequentiam. Et rō est
qz licet aliquibus qui fuerūt an
te xp̄m conuenire potuit hoc no
men Jhesus sz⁹ aliq̄ aliam rōez
puta qz aliq̄ particularem salu-
tem attulerunt. vt ihūs naue sal
uabit populum israhel hostes ei
us debellando. vt legitur in li-
bro Josue. sed sz⁹ rōem spiritua
lis et vniuersalis salutis hoc no
men proprium ē xp̄us et sz⁹ hoc
dicitur esse nouuz inq̄tum ē im-
positū ei ab hac ꝓprietate quod
est saluator. ¶ Ad terciam re-
spondetur negando ꝯñam. Et
ratio est. quia licet salus facta p
xp̄m communis sit z iudeis z gē
tibus. nihilominus principali-
ter dicitur esse missus ad oues q̄
perierunt domus israhel.

IN vigilia epi
phanie est euangelium.
In illo tempore. Defuncto hero
de zc. Mathei secundo. Circa
quod potest disputari sequens
questio.

¶ Utrum xpus conuenienter vocatur nazarenus. et videtur q non. Et primo arguitur q nõ ratione illius glo. interlinearis qua exponitur .i. sanctus. ¶ Primo sic. Christo non conuenit sanctificari. quia in quolibet ordine primum mouens est immobile. sed xpus est principium totius bõa ne sanctificationis. ergo ipse sãctificatus non est. ¶ Secundo sic. Omne quod fit fit ex contrario. cũ generatões secundũ philosophum ex contrariis fiunt. sed xpus ab omni peccato qd' sanctitati contrariatur immunis fuit ergo xpus sanctificatus non est dicendus. ¶ Tercio arguitur. q nõ debeat dici nazarenus. qz in nazareth fuit conceptus. et pari ratione dicendus esset bethleemita. quia in bethleem fuit natus sed hoc non dicitur. g° nec aliud est dicendum. ¶ Quarto sic. Non videtur verum q per prophetas dictum sit q nazarenus sit nominandus. ergo non videtur dicendum. Assumptum patz quia non inuenitur in scriptura tale dictum. ¶ In oppositum ẽ euangelium presens. Respõdeo Dicendum sub ista conclusione. q conuenientissime xpus appellatus et nominatus est nazarenus. Ista conclusio ostenditur ex multiplici ratiõe. Primo ratione sãctitatis. Interpretatur enim nazarenus .i. sanctus siue sanctificatus. Christus autem fuit sanctus sanctorum Danielis .9. Dicitur etiam ab angelo beate Marie. Luce .1°. Quod enim ex te nascetur sanctum vocabitur filius dei. et Johan. 10. dicitur. Quem pater sanctificauit et misit in mundum. Secundo conuenienter dicitur nazarenus ratione interpretationis. quia interpretatur floridus Jsa. 11. Egredietur virga de radice yesse. et flos de radice eius ascendet. Uirga vt dicit Hiero. est dei genitrix. flos filius eius. et bene flos. quia ad modum floris natus mira pulchritudine venustatus. grato odore diffusus in fructu dulcissimus. Flos enim lumine solis nascitur quod est lumen celeste nõ habens generãs aliquod nisi diuinum. sic floruit quando sol eternus virtute caloris et luminis in vterum congessit virginis. hic flos picturatus est venustate virtutis. Unde bene nazarenus dicitur qui interpretatur floridus. hic flos gratus ẽ odore. Cãti. 4°. Emissiones tue paradisus. hoc est effragationes odorum tuorum in fama tue virtutis videntur esse odoramenta florum paradisi. hic floris spes ẽ dulcissimi fructus in adeptione gaudii eterni. Canti. 2°. Fructus dulcis ẽ gutturi meo. Tercia ratio. conuenienter xpus nominatur nazarenus. quia conceptus est in nazareth. vt dicit Albertus magnus q conceptus xpi multum congruebat nomini nazareth

quia sicut divine generationi ita et humane generationi. flores de flore assimulantur. Flos enim pullulat de viro germine in decore et colore. similiter filius secundum divinam generationem procedit ab vno qui est in celis sine matre. et secundum generationem humanam de vna in terra sine patre. bene ergo in nazareth conceptus fuit flos noster. qui sicut flos de flore sine virili commixtione de vna matre salvo virginitatis decore et matris integritate processit. Quarto nazarenus dicitur: quia ibi nutritus fuit et educatus. xpus enim sicut in flore concipitur ita et in floribus sanctitatis nutritur et educatur et pascitur. Lectulus noster floridus est. Canti. 1º Quinta ratio. quia in nazareth domicilium fuit parentibus suis. sicut Joseph qui pater eius putabatur. et beatissime virginis marie que verissime mater fuit. vnde Luc. 2º Postquam perfecerunt omnia secundum legem domini reversi sunt in civitatem suam nazareth que dicebatur eorum civitas vt inquit glo. Quantum ad habitationem. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur. quod sanctificari est sanctum fieri. Potest autem aliquis sanctus fieri dupliciter. vel ex sancto vel non sancto. Ex sancto iterum dupliciter. vel ex minus sancto magis sanctum. vt dicitur Joan. 17. Pater sanctifica eos in veritate. Apostoli enim tunc sancti erant. vel secundum continuationem sanctitatis eadem quantitate servata. et hoc modo xpus potest dici sanctificatus. sicut ibidem dicit. Ego pro eis sanctifico meipsum. sed iste modus loquendi non videtur consuetus. Unde sic de sanctificatione non videtur loqui hic. Ex non sancto dicitur aliquis sanctus fieri dupliciter. Uno modo ex non sancto contrarie aut privative. sicut per graciam sanctificari dicitur. et hoc modo xpus non potest dici sanctificatus esse quia non potest accipi cum consistentia subiecti defectus sanctitatis in eo fuisse. simul enim fuit homo et sanctus. Alio modo potest dici fieri sanctus de non sancto negative et tunc bene dicitur ex non sancto sanctus factus ratione sanctitatis create que homis est. et ita concedi potest in aliquo consensu xpm esse sanctificatum. ¶ Respondetur ergo ad primam rationem in oppositum negando consequentiam. Et ratio est. quia primum movens in aliquo ordine mobilium non oportet esse immobile simpliciter sed immobile secundum genus motus. sicut celum quod est primum alterans movetur quidem sed non alteratur non enim est primum movens simpliciter. Similiter etiam xpus secundum quod homo non est primum sanctificans simpliciter sed deus trinitas. Est autem primum sanctificans inquantum homo non per modum satisfa

cientis pro peccato ⁊ sic sanctificatus non est. aliquo tñ mõ sanctificatus est. ¶ Ad secundam respondetur negando assumptum Non. n. õe qd' fit ex cõtrario fit sed solum qd' fit per viam generationis ⁊ alterationis. Oportet tñ omne qd' fit ex contingenti fieri. vt dicit. 1º phisicoꝝ. i. ex eo qd' non conuenit simul inesse. sic aũt ꝯtingens est non solum contrarium vel priuatio q̃ requirũt subiectum sed etiaꝫ negatio que consistentiam subiecti non requirit. ⁊ sic ex non sancto xp̃us fact9 est vt dictum est. ¶ Ad terciam idem negat ꝯña. Et ratio patet ex dictis ¶ Ad quartam rñdet negando ꝯñam. q2 licet sic i forma non reperiat' scriptuꝫ. ex multis locis tñ intelligitur. nam nazarenus interpretatur sanctus. ⁊ q̃ xp̃us dicat' sanctus hoc habetur Daniel. 9º. Item interp̃tatur floridus. ⁊ hoc habetur Isa. 11º. Egredie' virga ⁊c. et concordat cum eo qd' dicit' Canti. 2º. Ego flos campi ⁊c. Vñ signanter dicit euãgelista per prophetas. Et tantum de illa conclusione.

In festo epiphanie est euangelium illud. Cuꝫ natus esset Ihesus. Math. 2º. Circa quod possunt sequentes questiones disputari. ¶ Primo. Utrum xp̃i natiuitas fuit conuenienter per stellam magis manifestata. ¶ Secundo. Utrum stella magis apparẽs fuerit vna de celestibus stellis. ¶ Tercio. Utruꝫ magi ꝯuenienter venerũt ad adorandũ ⁊ venerãdũ

Ad primaꝫ questionem qua q̃ritur. Utrũ xp̃i natiuitas fuit conuenienter per stellam magis manifestata: sic proceditur. Et videtur q̃ non

Primo sic. Hoc enim videt' esse occasio erroris quantum ad illos qui existimant sidera natiuitatibus hominuꝫ dominari. sed occasiones peccandi sunt hominibus auferende. ergo non fuit conueniens q̃ per stellam magi xp̃i natiuitas manifestaretur.

¶ Secundo sic. Signum oportet esse certum ad hoc q̃ per ipm aliquid manifestetur. sed stella non videtur esse signum natiuitatis xp̃i. ergo inconuenienter fuit natiuitas xp̃i per stellaꝫ manifestata ¶ In oppositum est euangelium presens. Respondeo. Dicendum sub ista conclusione. q̃ conuenienter xp̃i natiuitas est magis per stellam manifestata. Ista conclusio patet. Primo. quia vt dicitur Deutrono. tricesimosecundo. Dei perfecta sunt opera. talis manifestatio fuit opus diuinuꝫ. ergo per conuenientia signa fuit effecta. Secundo ostendit' Sicut manifestatio silogistica que fit per ea q̃ sunt magis nota ei cui ẽ aliquid ma

nifestandum. ita manifestatio q̃
fit per signa debz fieri per ea que
sunt familiaria illisquibus ma
nifestantur. Manifestum ẽ autez
ꝙ viris iustis est familiare ⁊ con
suetuz interius spiritus sancti in
stinctu edoceri absq; signorum
sensibilium demonstratione scili
cet per spiritum prophetie. Alii
vero corporalibus rebus dediti
per sensibilia ad intelligibilia de
ducuntur. Iudei autem consueti
erant diuina responsa per ange-
los suscipere per quos etiam le-
gem acceperant. secundum illud
Actuum. 7°. Accepistis legez in
dispositione angelorum. Genti-
les vero ⁊ maxime astrologi cõ-
sueti sunt stellarum cursus aspice
re. ⁊ ideo iustis Symeoni et An
ne manifestata est xp̄i natiuitas
per interiorem instinctum spirit⁹
sancti. secundum illud Luce. 2°.
Responsum acceperat Symeon a
spiritu sancto nõ visuruz se mor
tem nisi prius videret xp̄m domi
ni. Pastoribus autem ⁊ magis
tanꝫ rebus corporalib⁹ deditis
est maifestata xp̄i natiuitas per
apparitiones visibiles. ⁊ qr nati
uitas non erat pure terrena sed
quodammodo celestis. ideo per
signa celestia vtrisq; natiuitas
xp̄i reuelatur. vt enz Augustin⁹
dicit in s̃mone de epiphania do
mini. Celos angeli habitant ⁊ si
dera ornant. vtrisq; g°. celi enar
rant gloriam dei. Rationabili-
ter pastorib⁹ tanꝫ iudeis apud
quos frequẽter facte sunt appa-
ritiones angelorum. reuelata est
natiuitas xp̄i per angelos. Ma
gis autem consuetis in conside
celestium corporum ma
i est per signum stelle. qr
it Chriso. Per consueta
eos deus vocare voluit eis con-
descendens. ¶ Ad rationes in
oppositum. Ad primam respon
detur negando assumptum. Di-
cimus enim ꝙ stella que natiui
tatem xp̄i manifestauit omnem
occasionem erroris subtraxit. vt
enim Augustinus dicit contra
Faustum. Nulli astrologi consti
tuerunt ita nascentium hominũ
fata sub stellis vt aliquaz stella
rum homine aliquo nato circui-
tus sui ordinem reliquisse et ad
eum qui natus est perrexisse asse
uerent. sicut accidit circa stellam
q̃ demonstrauit natiuitatem xp̄i
⁊ ideo per hoc non confirm. ẽr
ror eorum qui sortem nascentiuz
hominum astrorum ordini colli
gari arbitrantur. Non autez cre
dunt astrorum ordinem ad ho-
minis natiuitatem mutari. Ad
secundaz respondetur negando
minorem. Dicimus enim ꝙ stel-
la illa fuit signum certum natiui
tatis xp̄i. Tuz primo. quia sicut
Chriso. refert. In quibusdã scrip
tis apocriphis legitur ꝙ quedaz
gens in extremo orientis iuxta
oceanum quandam scripturam
habebat ex nomĩe Seth de hac
stella ⁊ muneribus huiusmodi of

ferendis que gens diligenter ob seruabat huius stelle ortum posi tis exploratoribus.12.qui certis temporibus ascendebant in mō tem in quo postmodum viderūt eam habentē in se quasi paruuli formam et super se similitudinez crucis.τ sic fuit certuz signuz. ¶ Vel secundo dicendū ꝙ magi illi tra ditionem balaam sequebantur qui dixit. Orietur stella ex iacob vnde videntes stellam extra or dinem mundi hanc esse intellexe runt quaz Balaam futuram in dicem regis iudeorum prophetizauerat.τ ita certum signum erat ¶ Tercio sic. Dicit Augustinꝰ in sermone de Epiphania. ꝙ ab angelis aliquam monitionez re uelationis audierūt magi ꝙ stel la natum xp̄m significaret. τ ita certum etiam fuit signum.

¶ Quarto. vel sicut Leo papa in sermone de Epiphania preter illam speciem que corporeuz in citat obtutum fulgentior verita tis radius eorꝫ corda perdocuit qd̄ ad illuminationem pertine bat.τ ita certum signum fuit.

Ad Secundam

questionem qua queritr. Utrum stella magis apparens fuit vna de celestibus stellis. sic proceditur. Et videtur ꝙ sic. Di cit Augusti. in quodaz sermone Epiphanie. Dependet ad vbera τ vilium patitur deus inuolumē ta pannorum repente nouum si dus effulsit. fuit gꝰ stella illa ce lestis que apparuit. ¶ Secun do sic. Dicit Augꝰ. in quodam sermone epiphanie. Pastoribus angelus/Magis stella xp̄m de monstrat. loquitur lingua celorꝫ quia lingua cessauerat propheta ruz. sed angeli apparentes pasto ribus fuerunt vere de celestibus angelis. ergo etiam stella magis apparens fuit vna de celestibus stellis. ¶ Tercio sic. Stelle que non sunt in celo sed in aere dicū tur stelle comete que non appa rent in natiuitatibus regum sed magis sunt indicia mortis eorꝫ. ſꝫ illa stella designabat regis na tiuitatem. vñ magi dicunt. Ubi est qui natus est rex iudeorum: vidimus stellam eius in oriente τc. ergo stella illa fuit vna de ce lestibus. ¶ In oppositum ē cuā gelium presens. Secundo dicit Augꝰ. contra Faustum. Non ex illis erat stellis que ab initio cre ature itinerum suorum ordinem sub creationis lege custodiunt. ſꝫ nouo virginis partu nouum si dus apparuit. ¶ Respondeo. Dicendum sub ista conclusione. ꝙ stella illa apparens magis nō fuit vna de illis celestibus. Ista conclusio est Chriso. super Ma the. Que cōclusio ostenditur ex multiplici distinctione qua ista stella illa distinguebatur a celestibus. vt dicit taꝫ sanctus Tho. ꝙ Al bertus magnus. Et precipue in quinqꝫ. sciꝫ natura/situ/motu/

claritate/z significatione. Natu
ra quidem quia erat corruptibi
lis z non denatura celi. z ideo p
facto officio conuersa fuit in pre
iacentem materiam. et hoc con
ueniens fuit. quia lumine vero
inuento alio lumine non indige
mus. Distinguebatur etiam in si
tu. qr non fuit in alto cum aliis
stellis in firmamento sed in spa
cio huius aeris vicina loca tene
bat. Patet. qr isti per eam deter
minate distinxerunt domu. Ter
cio. distinguebatur motu. qr cu
alie stelle in circuitu rotarentur
hec sola recta linea tendebat ab
oriente que est versus aquilonez
ad occidentem declinans ad me
ridiem versus iudeam vbi erat
xpus. Preterea differebat in mo
tu. qr non habebat communem
motum sed cum oportebat stare
stabat. Quarto in claritate diffe
rebat. qr ceteris splendidior erat.
Unde Leo papa in sermone epi
phanie. Tribus magis in regio
ne orientis stella noue claritatis
apparuit. q illustrior ceteris pul
criorq3 sideribus in se tuentium
oculos animosq3 conuerteret vt
confestim aduerteretur non esse
ociosum qd tam insolitum vide
batur. Quinto significatone. vt
dicit Albertus differebat. quo
niam alie stelle que faciles a ma
thematicis dicuntur non sole sig
nificant. sed collectis omnibus
que sunt in proido partibus et
stellis. Hec autem sola dedit glo
rie xpi significationem eo q ille
venerat in cuius dispositione et
prouidentia oia sunt signa stelle
... spositiones. ¶ Ad rationes
ppositum. Ad primam rnde
negando ofiam. Et ro est. qr
... acra scriptura celum quando
q3 dicitur aer. secudu illud psal.
Uolucres celi z pisces maris. et
ita sumitur in dicto Augusti.
¶ Ad secundam rndetur negan
do ofiam. Et ro est. quia ipi cele
stes angeli ex suo officio habent
vt ad nos descendant in mini
sterium missi. sed stelle celestes su
um situm non mutant. vnde no
est similis ratio. ¶ Ad terciam
respondetur negando assumptu
quia sicut nec ista stella fuit sita
in celo ita nec fuit cometa. quia
cometa est sicut facula ardens et
non diu stat. Item vt dictum est
illa stella nec stabat sita in orbe
nec i suprema aeris parte vbi ge
nerantur comete. sed erat in pro
piqua aeris parte. Preterea nec
sequebatur motum stellarum co
metarum. Unde manifeste diffe
rebat ab eis.

AD terciam que
stionem qua qritur. Utru
AD Secundam questionem qua queritur Utrum sit verum q iste leprosus postq̃ fuit sanatus. ideo missus sit ad sacerdotem ad significãdum q mūdatus a lepra peccati per contritionem adhuc teneatur se ostendere sacerdoti per ɔfessionē peccatorum. sic pcedit. Et videtur q non. quia si sic videretur q cōfessio a deo nō esset instituta. sed solum ab homine. Jacobi. 5.° Confitemini alterutrum peccata vestra. ergo nō fuit verum illud. ¶ Secundo sic. Culpa remittitur per gracie infusionem q̃ datur in contritione. Unde super illud psal. Sacrificium deo spūs contribulatus. dicit glosa. Contricio cordis est sacrificium quo abluuntur peccata. ergo nō est necessaria confessio ¶ Tercio sic. Aliquibus remissum est peccatum sine hoc q legantur confessi. sicut patet de Petro et Maria magdalena et de Paulo. sed non est minoris efficacie gracia remittens peccatum nūc q̃ tunc fuit. ergo nec nunc est de necessitate q homo a peccato mundatus per ɔtricionem confiteatur sacerdoti. ¶ In oppositum ē dictum doctorum exponentium hoc euangelium vt sanctus Tho. et magister Nicolaus de lyra. Respondeo. Dicendum sub ista ɔclusione. q verum est q doctores illi dicunt. Pro cuius pleniori noticia ē notandum. q passio xp̄i sine cuius virtute nec actuale nec originale peccatum dimittitur in nobis operatur per sacramentorum susceptionem q̃ ex ipsa efficaciã hñt. et ideo ad culpe remissionem et actualis et originalis requiritur sacramentum ecclesie vel actu susceptum. vel saltem voto quando articulus necessitatis nō ɔtēptus ipm excludit. illa autem sacramēta q̃ ordinãtur ɔtra culpã cū q̃ salus eē nō pōt sūt de necessitate salutis. et ideo sicut baptismus qui delet originale pctm

est de necessitate salutis. ita & sacramentum penitentie. Sicut autem aliquis per hoc quod baptismum petit se ministris ecclesie subicit ad quos pertinet dispensatio sacramenti. ita etiam per hac quod confitetur peccatum suum se ministro ecclesie subicit vt per hoc sacramentum penitentie ab eo dispensatum remissionem consequatur. qui congruum remedium adhibere non potest nisi peccatum cognoscat quod fit per confessionem peccantis & ideo confessio est de necessitate salutis eius qui in peccatum actuale mortale cecidit. Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando minorem. Dicimus enim quod preceptum de confessione non est ab homine institutum quamuis sit a Jacobo promulgatum. sed a deo institutionem habuit Quamuis eius expressa institutio non legatur. tamen quedam prefiguratio ipsius inuenitur sicut hic in hoc quod leprosum mundatum misit ad sacerdotes. qui quamuis non essent noui testamenti sacerdotes. tamen in eis noui testamenti sacerdotium significabatur. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quoniam ad gracie infusionem consequendam ordinata sunt gracie sacramenta ante quorum susceptionem vel actu vel proposito aliquis graciam non consequitur. sicut patet in baptismo. Et similiter est de confessione sine qua actu vel proposito culpa non remittitur Unde vt dicit Albertus magnus in. 4°. Omnes tres penitentie partes coniunctim operantur circa peccatum. sed non oportet quod assint in actu sed vnam vel duas sufficit esse in actu & aliam vel alias sufficit esse. ¶ Ad terciam respondetur negando consequentiam. Et ratio est duplex. Prima quod licet non legatur confessio Petri & Magdalene tamen confessi creduntur. Multa enim facta sunt que scripta non sunt. sicut innuitur in fine Johan. Secunda ratio: quia christus habet potestatem excellentie in sacramentis. vnde sine his que ad sacramentum pertinent potest rem sacramenti conferre.

AD terciam questionem qua queritur circa secundum miraculum. Utrum in christo fuit admiratio. sic proceditur. Et videtur quod non potuit in eo esse ¶ Primo sic. Admiratio sicut colligitur primo Metha. non est nisi ignorantis. sed in christo non fuit aliqua ignorantia qui venit illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent. ergo non fuit in eo admiratio. ¶ Secundo sic. Dicit Aristo. 4°. Ethico. quod magnanimus non est admitatiuus. sed christus fuit magnanimus ergo in christo non fuit admiratio ¶ Tercio. Nullus admiratur de eo quod ipse facere potest. sed christus facere potuit quicquid magnum

erat in rebus. ergo videtur ꝙ de nullo admirabatur. ¶ In oppositum est euangelium presens. Respondeo. Dicendum sub certis conclusionibus. Prima ꝙ in xp̄o non potuit esse admiratō ꝗ̄tum ad scientiam diuinam que est eterna. Probatur conclusio. Admiratio proprie est de nouo aliquo insolito. in xp̄o autem nō poterat esse aliquod nouum ⁊ insolitum quātum ad scientiam diuinam. quia nihil cognoscit de nouo. Secunda ꝯclusio. In xp̄o non potuit esse admiratio quantum ad scientiam hūanam qua cognoscit res in verbo. Patz cōclusio. q̄ anima xp̄i ab instanti conceptionis cognouit oīa in ꝟbo que cognoscit verbum sciētia visionis. Et hec sunt omnia que habent esse secundū quāqz differentiam temporis cuiuslmodi sunt presentia preterita ⁊ futura. ergo ⁊c̄. Tercia conclusio. In xp̄o non potuit esse admiratio secundum scientiam qua cognoscit res per species inditas. Patet conclusio. quoniam anima xp̄i ab hora conceptionis fuit perfecta habitibus omnium scientiarum. Quarta conclusio. Admiratio potuit esse in xp̄o ⁊ fuit secundum scientiam experimentalem. Patet conclusio. quia secundū hanc potuit aliquod nouum insolitum videre ⁊ cognoscere secundum qd̄ poterant quotidie aliqua noua occurrere. Ad rationes in oppositum. Ad primā respondetur negando consequētiam. Et ratio est. quia licet xp̄s nihil ignoraret. potuit tamen de nouo aliquod occurrere experimentali eius scientie ex quo admiratio causaretur. ¶ Ad secundam respondetur negando cōsequentiam. Et ratio est. quia xp̄s admirabatur de fide centurionis non ea ratione ꝙ esset magna ꝗ̄tum ad ipsum sed quia erat magna quantum ad alios. ¶ Ad terciam respondetur negando ꝯsequentiam. Et ratio est. q̄ licet xp̄us poterat facere omnia secūdum virtutem diuinitatis secundum quam admiratio in eo nō erat. scientie tamē eius humane experimentali potest aliquid nouum incurrere, de quo potuit causari in eo admiratio. sicut dictum ē.

AD quartam questionem qua q̄ritur. Utrum sit verum ꝙ xp̄us nō inuenit tā tam fidem in israhel sicut in centurione. sic proceditur. Et videtur ꝙ non. Primo. quia in Abraham Isaac ⁊ Jacob maior fides erat. ergo ⁊c̄. Secundo arguitur de beatissima virgine Maria cui dictum est: Beata que credidisti quoniam perficientur in te que dicta sunt tibi a domino. Lu. 1º. Tercio idem arguitur de apostolis qui dicuntur primitias spiritus habuisse. ¶ In oppositum est euangelium presens. ¶ Re.

spondeo. Dicenduz iuxta Alber-
tuz super Math. ꝙ fides dicitur
magna dupliciter. scilicet intensi-
ue ⁊ facilitate credendi. Intensi-
ue possibile fuit ꝙ maior fides
fuit in multis iudeia secundum
statum etiaz presentem. sed quo
ad facilitatem credendi non in-
uenit tantaz. quia iudei qui cre
diderunt ꝑ miracula inducti sūt
⁊ edocti ꝑ scripturas crediderūt.
iste autem non. ¶ Ad rationes
in oppositum dicenduz. Ad pri
mam respondetur ꝙ non loque-
batur xp̄us de illo priore israbel
in quo prophete ⁊ patriarche fu
erunt. vnde Beda in omelia di-
cit sic. Non inueni tantam fidez
in israbel. non in illo priore isra-
bel in quo nominati sunt ꝓphe-
te ⁊ iusti. sed significat fidem illi
us super israbel. hoc est sup oēs
qui tunc fuerunt tribus israbel ⁊
non super illum qui ab initio fu
it israbel. nec super eos qui post-
ea prophete ⁊ iusti inuēti sunt in
israbel. Et per hoc patet respon-
sio ad argumenta de beata vir-
gine et de apostolis qui sup oēs
alios iusti et sancti inuenti sunt
in israbel. Vel dicenduz vt dicit
Albertus ꝙ cum xp̄us dixit. Nō
inueni tantam fidem in israbel.
non includit illos quibus loque
batur sed alios de israbel.



Ominica tercia

est euangelium. In illo tē-
pore. Ascendente Jhesu in naui
culam ⁊c̄. Math. 8º. Circa qđ
veniunt disputāde sequētes q̄sti
ones. Primo. Utrū ecclesia vni
uersalis iuxta glosaz per nauicu
lam designata tempestate alicu-
ius tribulationis quandoqz ita
concutietur vt naufragiuz patia
tur. ¶ Secundo. Utrū fuit verū
ꝙ mare ⁊ venti obediunt xp̄o.

D primaz que-

stionez qua q̄ritur. Utrū
vniuersalis ecclesia iuxta glosaz
euangelii per nauiculaz designa
ta quandoqz tempestate tribula
tionis ita concutietur vt naufra
gium patietur. Et videtur ꝙ sic.
Primo Daniel. 9º. scribitur. defi
ciet hostia ⁊ sacrificium et erit in
templo abbominatio desolatio-
nis ⁊ vsqz ad consummationem
⁊ finem perseuerabit desolatio. sz
cum defecerit fides ⁊ hostia sacri
ficium deficiet ecclesia. Dicit enī
Augº. Ubi fides ibi ecclesia. er
go ⁊c̄. ¶ Secundo sic. Sicut vni
uersitas iudeorum que prius ec-
clesia dicebatur iam non est in ec
clesia. vnde tota ecclesia iudeoꝝ
videtur defecisse. Dedit enim illi
deus libellum repudii. primo de
cem tribus et postea duabus. vt
dicitur Jere. 3º ⁊ 5º. vbi sic habe
tur. Preuaricata est domus isra-
hel ⁊ domus iuda dicit dn̄s ⁊c̄.
ergo pari ratiōe tota ecclesia xp̄i
anoꝝ est defectibilis. consequen
tia videtur bona. ¶ Tercio sic.

Luce.18.post denuntiationez fu
turarum tribulationum dicitur.
verūtamen filius veniens putas
inueniet fidem in terra: hoc autē
non videtur dictū nisi q fides
ante consummationem seculi de
ficiet. z per consequens ecclesia.
¶ In oppositum est hic glosa.
Respondeo. Dicendum sub du
abus conclusionibus ¶ Prima
est. q ecclesia catholica cōuenī
enter designatur per nauem siue
nauiculaz. Ista conclusio proba
tur primo per illud. prouerbi. vl
ti. Facta est quasi nauis institoⷬ
ris. z hoc quia vt dicit Albertus
magnus. Uirtutum mercibus z
meritorū thesauris amplissimis
onusta est quibus filii sui merca
ti sunt regna celorum. In ea enī
sola sunt virtutes quibus adipiſ
cit felicitas vite eterne. iuxta ca
pitu. Omnes. 28. q. 1. Secundo
patet conclusio. Quoniam eccle
sia est vehiculum quo per mare
huius seculi quacūqz crebris fla
tibus z aquarū fluctibus. i. tēp
tationum plagis z verberibus fa
tigetur. fideles in ea contēti ad
portum future beatitudinis per
ducuntur. vnde sicut extra archā
regnante diluuio nullus saluatꝰ
est. ita nullus extra ecclesiam sal
uatur. Unde extra de sum. trini.
z fi. ca. c. 1º z. 24. q. 1. quoniam
vetus. Et beatus Grego. in mo
ral. z habetur in capitu. quia ea
dem causa. e1. q. ecclesia sola est
qua intra positos valida caritatꝭ
compago custodit. Unde aqua
diluuii archam quidem ad sub
limiora sustulit. omnes autem
quos extra inuenit extinxit. Se
cunda conclusio est. q nauicula
vniuersalis ecclesie nunq tanta
tempestate tribulationis vexabi
tur q naufragium patiatur. Ista
conclusio probatur primo sic.
¶ Augustinꝰ in tractatu de catho
lica veritate dicit. Sicut nauicu
la id est ecclesia xpi in medio ma
ris videlicet mundo diu iactata
est fluctibus sed vexata non dis
soluta aut submersa. q2 ille im
perauit vento et mari qui eidem
ecclesie promisit vsqz in finem af
futurum. ¶ Secundo. coclusio
patet ex illo Ambro. qui ita di
cit in quodam sermone. Nauim
ecclesiam debemus accipere. in
salo mundi huiusmodi constitu
ta in que et si vndarum fluctibꝰ
aut procellis sepe vexetur. tamen
nunquaz potest sustinere naufra
gium quia in arbore eius. id est
in cruce Christꝰ erigitur. in pup
pe pater residet gubernator. pro
ram paraclitus seruat spiritus.
hanc per angusta huius mundi
freta duodecim remiges ducant
id est duodecim apostoli. z simi
lis numerus prophetarum. Ter
cio patet conclusio ex illo Ma
thei. 16. vbi Christus ait. Super
hanc petram edificabo ecclesiaz
meam. z porte inferi nō preuale
bunt aduersus eam. plane hoc nō
esset si ecclesia qnqz tribulation i

bus aut impugnationibus vexa
ta naufragium esset passura.

¶ Ad rationes in oppositum. Ad
primam respondetur negando con
sequentiam. Et ad dictum Dani
elis respondetur dupliciter. Pri
mo quod non videtur loqui de con
summatione totius seculi. sed de
finali desolatione ciuitatis Ihe
rusalem in qua locus sanctifica
tionis erat. et ita non est ad pro
positum. Secundo respondetur quod
dato quod dictum Danielis accipia
tur de consummatione seculi et ab
bominatio rem nominet antichristum
hominem peccati qui in templo
sedens extollens se super omne quod
dicitur deus. 2. Thessal. 2°. Non
est intelligendum quod fides totali
ter deficiat quin semper apud ali
quos fides ecclesie firma atque im
mutabilis usque ad finem seculi
permanebit. ita christus pollicitus
est Petro quem vniuersalis eccle
sie sue pastorem et vicarium con
stituerat dicens. Ego rogaui pro
te Petre vt non deficiet fides tua
Luce. 22. ¶ Ad secundam respon
detur negando assumptum quo
niam ecclesia de iudeis nunquam ita
defecit quin semper in ea aliqui
essent iusti in quibus integra fi
des et caritas inuiolata perseue
ret. sed scriptura ita absolute lo
quitur quia comparatione malorum
illo tempore paucissimus erit nu
merus bonorum. ¶ Ad terciam respon
detur negando consequentiam. Et ad dic
tum quod Lu. 18. habetur. respondetur quod
illud dictum est non quod omnino
fides sit defectura. sed propter pau
citatem fidelium que tempore an
tichristi erit propter maximam tribu
lationem que tempore illo vigebit.

AD Secundam

questionem qua queritur
Utrum fuit verum quod mare et ven
ti obedierunt christo. sic proceditur
Et videtur quod non. quia res sine
sensu et sine ratione non possunt
dici obedire alicui. cum non ca
pere nec intelligere possint precep
tum imperantis. sed mare et ven
ti sunt huiusmodi. ergo non vi
detur posse dici obedire. ¶ Secun
do sic. Qui obedit deo confor
mat voluntatem suam volunta
ti diuine. sed ista cum sint sine in
tellectu et voluntate non possunt
dici conformare voluntatem su
am diuine. ergo etc. ¶ Tercio. Obe
dientia est virtus moralis. sed ma
re et venti non sunt capacia virtu
tis. ergo nec possunt dici obedire ali
cui. ¶ In oppositum est euangelium pre
sens. Respondeo. Dicendum sub
illa conclusione. quod mare et venti
obedierunt christo. ¶ Ista conclusio
patet ex euangelio. Pro cuius in
tellectu est notandum quod obedien
tia dicitur duobus modis. Uno
modo vt dicitur virtus qua ani
mus subicitur mandatis impe
rantis, vt fiant. et hoc modo obe
dientia non cadit nisi in creatura
intellectuali que sola capax est virtu
tis vt arguebatur. Alio modo

dicitur obediētia operatio qua mobile vel subiectum statim expedit ⁊ sine quacunqꝫ repugnantia exequitur ordinem ⁊ dispositionem sui motoris sine principio agentis ⁊ hoc mō est in omni creatura potentia obedientialis ad exequendum ⁊ operanduꝫ quicquid deus qui immobilis manens dat cuncta moueri de creatura ordinauerit vel disposuerit. vnde psal. 148. dicitur. Statuit ea in eternum ⁊ in seculuꝫ seculi. preceptum posuit ⁊ non preteribit. et infra. Ignis grādo nix glacies spiritus procellaruꝫ que faciunt verbum eius. Et amos. 9°. dicit dominus. Mandabo serpenti ⁊ ipse deuorabit eos. et hoc modo dicuntur venti ⁊ mare obediuisse xp̄o sicut creatura suo creatori. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur ꝙ ratio procedit de obedientia primo modo sumpta. licet dicat Albert⁹ magnus sup Matheum. ꝙ omnis creatura sensuꝫ habet naturalem qua imperium percipit ⁊ perficit creatoris quāuis in se sit insensibilis. Et ideo distinguit ysaac phylosophus sensus naturales ⁊ animales esse in rebus insensibilibus. hec Albertus ¶ Ad secundam ⁊ terciam rationes eadeꝫ est responsio. Loquuntur enim de obedientia primo modo sumpta. nos vero de obedientia secundo mō capta.

In quarta dominica post octauas epiphanie est euangelium. In illo tempore. Dixit Ihesus parabolam hanc. simile factum est regnum celoruꝫ homini ⁊c̄. Math. 30. Circa quod possunt disputari sequentes disputationes. Primo. Utrum diabolus superseminauerit zizania. id est hereses. in agro dominico. ¶ Secundo. Utrum heretici sunt eradicandi per mortem de vita presenti.

Ad primaꝫ questionē qua querit̄r. Utrꝫ diabolus superseminauerit zizania ⁊c̄. sic proceditur. Et videtur ꝙ non. ¶ Primo sic. Euangeliuꝫ dicit ꝙ inimicus homo hoc fecit sed diabolus non est homo. g°. non superseminauit zizania.

¶ Secundo sic. Hereses ex libero arbitrio hominis procedunt. Unde vt ait Hiero. ⁊ habet̄r. 24 q. tercia. i. c. heresis. Heresis grece ab electione dicitur. quia cum vnusquisqꝫ eligat disciplinam quam putat esse meliorem. sꝫ diabolus nō potest super libero arbitrio. ergo non potest superseminare aliquid in eo ¶ Tercio sic Omne agens ex proposito cognoscit suum effectum. sed diabolus internas cogitationes nō potest preuidere. vt dicit Aug⁹. li. de Eccl̄. dogmatibus. ergo non potest aliquid seminare. ¶ In oppositum est euangelium p̄ns.

Respondeo. Dicendu; sub ista conclusione. ꝙ diabolus superseminauit in agro dominico hereses ꝛ errores. Ista conclusio patet. Nam postꝙ xp̄us lux mundi ꝛ veritatis in agrum seminauit fidei doctrinaȝ per se ꝛ suos apostolos in agro dominico. pꝰ mortem eoruȝ diabolus inuidens fidei seminate in cordibus fidelium que fundamentum erat, religionis xp̄iane: superseminauit zizania suadendo ꝛ suggerendo errores hominibꝰ. ꝛ ita plures ad perfidiam heresis induxit. q̄ ducit ad mortem. hinc Sapien. 2º dicitur ꝙ inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Et Johan. 8º dicitur de diabolo ille homicida fuit ab initio ꝛ in veritate non stetit quia veritas nō est in eo. Cum enim loquitur. id est suggerit mendacium ex propriis loquitur. quia mendax est ꝛ pater eius. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam dicitur ꝙ ibi in euangelio inimicus homo dicitur diabolus vt exponūt doctores. Dicitur autem diabolus homo tum propter defectum a deitate. psal. Exurge domine nō preualeat homo. Tum quia diabolꝰ vincit hominem. psal. Eripe me domine ab homine malo et dicitur inimicus propter consūmatam maliciam eius ¶ Ad secundam respondetur negando pn̄am. dicimus ꝙ licet diabolꝰ nō possit super libero arbitrio directe mouendo illud potest tn̄ bene per moduȝ suadentis. ꝛ sic diabolus seminat hereses ꝛ erroreȝ in cordibus hominum. vn̄ Augustin. in. 4º de trinitate dicit ꝙ diabolus sua subtilitate malignos affectus inspirat. ꝛ Beda dicit super Acꝰ apostoloꝝ ꝙ animam in affectum malinc trahit

AD Secundam

questionem qua querit. Utrum heretici sunt eradicandi per morteȝ de vita presenti. sic proceditur. Et videtur ꝙ non. Primo ex euangelio presenti vbi dicitur ꝙ permittantur zizania crescere vsqȝ ad messem. messis aūt est finis seculi. sed heretici per zizaniam designantur. ergo heretici tollerandi sunt ꝛ non interficiendi. ¶ Secundo sic. Apostolꝰ 2. Thimo. 2º Seruum dei oportet esse mansuetum. i. cum modestia corripientem eos qui resistūt veritati. neqn̄ det deꝰ illis penitenciam ad cognoscendam veritatem ꝛ resipiscant a laqueis diaboli. sed si heretici non tollerarētur sed morti traderentur auferretur eis facultas penitēdi. ergo tollerandi sunt ꝛ n̄ interficiendi. ¶ Tercio sic. Nihil enim debet impugnari nisi qđ est cōtra amiciciam. sed diuersitas opinionuȝ non est contra concordiam amicicie vt phūs dicit. 4º Ethi. 8º heretici non sunt extirpandi sed tollerandi. ¶ In oppꝰ ē aposto

lus ad Thitum.3°. Hereticum post primam et secundam correctionem deuita sciens quia subuersus est qui eiusmodi est. Respondeo. Dicendum sub illa conclusione. Heretici manifesti quando sine periculo potest fieri exterminandi sunt per mortem de vita presenti. Ista conclusio patet. quia tales sunt corruptiui et infectiui aliorum. secundum illud .2. Thimothei.2°. Heretici multum proficiunt ad impietatem sermo eorum vt cancer serpit. Que conclusio patet per apostolum.1. Cor 5°. Qui precepit exterminare vetus fermentum ne totam massam corrumpat. Et Hiero. vt habetur.1.q tercia. secande sunt carnes putride. et scabiosa ouis a caulis repellenda, ne tota domus massa et corpus et pecora ardeat/corrumpatur/putrescat et intereat. Arrius enim in alexandria vna scintilla fuit. sed quoniam non statim oppressa est totum orbem eius flamma populata est. Secundo probatur sic quia sunt homicide. vita enim spiritualis multo melior est quam corporalis. sed homicide extirpantur qui auferunt hominibus vitam corporalem. vt habetur Exodi.22. Maleficos non patieris viuere. ergo multo amplius heretici qui auferunt hominibus vitam spiritualem. Tercio sic proceditur. Inquantum heretici sunt falsarii christiane fidei. multo grauius est corrumpere fidem per quam est anime vita. Iustus .n. ex fide viuit. Abacuc.2°. et ad Roma.1°. quam falsificare monetam per quam temporali vite subuenitur. sed falsarii pecunie statim per principes seculares morti traduntur. ergo multo fortius heretici statim quando de heresi vincuntur possunt iuste occidi. Quarto probatur conclusio. Inquantum heretici dicuntur lupi. lupi sunt de ouibus arcendi pastoris officio. Iohan.10. sed heretici sunt lupi. Actuum.20. ergo iuste veniunt extirpandi. Quinto probatur conclusio. Inquantum heretici sunt blasphemi in christum. Leuitici.24. dicitur. Qui blasphemauerit nomen domini morte moriatur. sed heretici sunt huiusmodi. ergo merito veniunt extirpandi per mortem magis quam rei crimine lese maiestatis. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam dicitur. quod deus non vult hereticos permitti viuere absolute. sed in casu tantum. scilicet quando non possunt separari a fidelibus sine periculo fidelium. Et hoc conuenit duplici de causa. Vna quando non bene cognoscuntur nec bene distinguuntur a fidelibus. Alia quando habent tantos defensores quod si contra eos procedatur maius periculum in ecclesia probabiliter extimetur. vt scismaticos vel interfectores fidelium a fautoribus hereticorum. tunc enim permittendi sunt propter maius periculum euitandum. vbi autem non occurrunt illa pericula sunt separandi ab ecclesia et iusticie seculari relinquendi vt exterminentur per mortem sicut dictum est. ¶ Ad

cundam respondetur negando consequentiaz. Et ratio est. quia modestia illa vt primo et secundo corripiatur q si redire noluerit iam pro subuerso habetur vt patet in auctoritate apostoli inducta. ¶ Ad terciam respondetur negando consequentiã. Tuz quia philosophus loquitur de opinionibus speculatiuis tantũ. Tum quia consensus in vnitatem fidei est principium coniunctionis in caritate. et ideo discessus a fide excludit amiciciam familiaritatis.

Dominica septuagesime est euangelium.

In illo tempore. dixit parabolaz hanc &c. Math. zo. Circa quod possunt disputari sequentes questiones ¶ Prima. Utrum omnes homines ad eternam beatitudinem a deo sint vocati ¶ Secunda. Utrum requirantur aliqua opera hominum ad beatitudinẽ consequendam a deo. Tercia. Utrum omnium laborantium in vinea domini sit vnum remunerationis premium.

Ad primaz questionem qua queritur. Utrum omnes homines ad eternam beatitudinem a deo sint vocati. sic proceditur. Et videtur q non. ¶ Primo sic. Deus non diligit omnes homines. g° non omnes homines ab eo sũt vocati ad beatitudinem. consequentia est bona. antecedens patz ex illo psal. Iniquos odio habui. Et illud. Odisti omnes qui operantur iniquitatem ¶ Secundo sic. Nullus excecatus a deo potest dici vocatus a deo ad percipiendam beatitudinem. eternam patz. sed deus huius seculi excecauit mẽtes infidelium. vt dicit Apostolus. z. Cor. 4° ergo &c. ¶ Tercio reprobati a deo non possunt dici vocati a deo ad beatitudinem. sed multi sunt a deo reprobati. Un. d: Apostolus ad Roma. 1° Dedit eos in reprobũ sensum. ergo non omnes homines sunt a deo vocati ad beatitudinem. ¶ In oppositum est euangelium presens. Item illud Luce 14. Homo quidam fecit cenam magnam et vocauit multos. per cenam vt dicit glosa. eterna beatitudo intelligitur. Respõdeo. Dicendum sub ista conclusione. q omnes homines sunt a deo vocati ad beatitudinem. que conclusio probatur. Primo ex illo. 1. Thimo. z° Vult deus omnes homines saluos fieri et ad agnitionem veritatis venire. Secundo sic. Omnes homines facit deus capaces beatitudinis. g° omnes sunt vocati ad beatitudinẽ consequentia videtur bona. alias frustra fuissent facti capaces eius. assumptum patet. quia omnes homines sunt facti ad ymaginem et similitudinẽ dei. Gen. 1°

Dicit autem Augusti. ꝙ eo ē homo dei capax quia ad ymaginē dei est. Tercio sic. Omnes homines appetunt beatitudinē, ergo videtur ꝙ ad illaꝫ sint a deo vocati. assumptum probatur per illud Boecii. 3° de consolatione dicentis. ꝙ mentibus omniū hominum veri boniqꝫ cupiditas ē inserta. sed verum bonum est qđ nos beatos facit. ergo conclusio vera. ¶ Quarto sic. Sicut dicit Dionisius. Deus equaliter omnia diligit ꝛ per consequens omnes homines equaliter diligit. sꝫ aliquos vocauit ad beatitudinē. g° omnes homines ꝛc. ¶ Quinto. omnibus hominibus dedit legem mandatorum per quorum obseruantiā acquiritur vita eterna. secunduꝫ illud. Si vis ad vitam ingredi serua mandata dei. Math. 19. ¶ Sexto. Tribuit etiā omnibus consilia ad perfectionē habendam. tribuit remedia scilicet sacramenta ad sananda vulnera peccatoruꝫ. ergo videtur ꝙ omnes homines sint a deo vocati ad eternam beatitudinem.

¶ Ad rationes in contrarium. Ad primam respondetur negando assumptum. ꝛ ad probationē dicimus ꝙ nihil prohibet vnum ꝛ idem secundum aliquid odio haberi. Deus igitur peccatores inquantum sunt nature quedaꝫ amat sic enī ꝛ sunt ꝛ ab ipso sunt inquantum vero peccatores nō sunt sed abesse deficiunt ꝛ hoc in eis a deo non est. vnde secunduꝫ hoc ab ipso odio habent. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. ꝛ ad id quod dicitur ꝙ deus excecat mentes aliquorum. Dicendum ꝙ non dicitur excecare maliciam infundendo. sed ex demeritis hominū graciam non infundendo. Pro quo notandum ꝙ excecatio dicit' priuatio gracie. qꝛ gracia est quoddam lumen anime ꝛ perfectio qͦdam abilitans ad bonum ipsam animam. Aliquem autem carere gracia ex duobus contingit. ꝛ tum quia ipse non vult recipere. tuꝫ quia deus non sibi infundit vel non vult sibi infundere. Dorum autem duorum talis est ordo vt secunduꝫ nō sit nisi ex suppositione primi. Cum enim de⁹ nihil velit nisi bonum non vult istum carere gracia nisi secunduꝫ qđ bonum est. sed ꝙ iste careat gracia non est bonum simpliciter Unde hoc absolute consideratū non est volitum a deo. est tamen bonum ꝙ careat gracia si eā habere non vult. vel si negligenter se ad eam habendā preparat qꝛ iustum est. ꝛ hoc modo est a deo volituꝫ. Patet ergo ꝙ huiusmodi defect⁹ absolute causa prima est ex parte hominis qui gracia caret. Ex parte autem dei non est causa huius defectus nisi ex suppositione illius qđ est causa ex parte hominis. Et per hunc moduꝫ quandoqꝫ inuenitur deus dici causa excecatiōis ꝛ obduratiōis

bus vsum habentibus liberi arbitrii. Tum secundo. quia licet paruulis baptisatis desint ppria merita. meritum tñ xpi eis subuenit eo q per baptismum sunt effecti membra xpi.

AD terciaz quaqueritur. Utrum omniũ laborantiuz in vinea domini sit vnum remunerartonis premiuz. sic proceditur. Et videt q sic. Ex presenti euãgelio vbi singuli qui operati sunt in vinea domini acceperũt singulos denarios. quia vt dicit Grego. Equalem eterne vite retributionem sortiti sunt. ergo videtur q omnium beatoruz sit vnum remunerationis premium. ¶ Secundo sic. Beatitudo est summum bonum. sed summo nõ potest esse aliquid maius. ergo beatitudo vnius hominis ñ potest esse alia maior beatitudine. ergo equaliter sunt beati.

¶ Tercio. sicut quodlibet appetibile est bonum ita et magis bonum. si ergo aliquis esset beatior alio minus beato esset appetibilis beatitudo magis beati secundum rectuz appetitum nec tamen eam haberet. ergo non esset beatus. quia beatus non dicitur nisi qui habet omnia que vult et nihil mali vult. vt dicit Aug9.

¶ In oppositum est illud Johannis. 14. In domo patris mei multe sunt mansiones. per quas vt dicit Aug9. diuerse meritorũ dignitates intelliguntur in vita eterna. Item dicit Apostolus. 1. Cor. 15. Stella differt a stella in claritate. sic etiaz resurrectio mortuorum. ergo vnus resurgentiuz maiorem claritatem habebit q alius. ergo non vnum erit omnium sanctorum remunerationis premium. ¶ Respondeo. Dicẽdum q in ratione beatitudinis duo includuntur. scilicet ipse finis vltimus qui est summum bonuz. et adeptio et fruitio ipsi9 summi boni quantuz ad ipsum summuz bonuz qd' est beatitudinis obiectum et causa. Est ergo cõclusio. q omnium laborantium in vinea domini est vnum remunerationis premium. vna merces. vna beatitudo. quia non est nisi vnum summuz bonum scilicz deus cuius fruitione homines fiũt beati. Si vero loquimur quantum ad adeptionem huiusmodi boni vel fruitionem que dicitur beatitudo formaliter. Est secunda conclusio. q omnium laborãtiuz in vinea domini non ẽ vnũ remunerationis pmium aut merces aut beatitudo quia vn9 potest esse alio beatior quia quanto magis hoc bono fruitur ẽ beatior. Contingit autem aliquem perfectius frui deo. ex eo q ẽ melius dispositus per excellentiora merita. Premium enim respõdet merito. sed constat aliquos esse aliis maioris meriti. ergo cuz beatitudo sit virtutis premiuz qui

fuerint maioris meriti habebūt excellentius premium. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primā respōdetur ꝙ vnitas denarii significat vnitatez beatitudinis ex parte obiecti. et sic beatitudo est vna omnium vt dicit prima conclusio. sed diuersitas mansionuz significat diuersitatem beatitudinis secundum diuersum gradum visionis ꝛ fruitionis. Deus enim omnibus essentiaz suā ostēdit. sed vnusquisqz eam aspicit secundum modum suuz. ¶ Ad secundaz respondetur. Uno modo ꝙ ratiō procedit de beatitudine ex parte obiecti. Secundo respondetur loquendo de beatitudine formali que est adeptio ipsius summi boni negatur consequentia. quia beatitudo hꝰ mō ideo dicitur summuz bonum in quantum est summi boni perfecta possessio siue fruitio non quia vna non possit esse pfectior alia ꝛ maior. sicut ignis est subtilissimus corporuz specie ꝛ tamē vnꝰ ignis altero subtilior esse potest. Ita beatitudo secundum speciē suam considerata est vltimuz bonum desiderabilium humanoꝝ nihilominus nihil prohibet beatitudinem vnius esse perfectiorē beatitudine alterius. Si dicas quilibet sanctus participat deuz in summo. ꝛ quod in summo est est in termino. et quod est in termino non recipit mag. nec minus. ergo omnes equaliter participabunt. Respondetur ad hoc qd' est summū simpliciter ꝛ ē summuz huic. dicimus ꝙ nullus participat in summo simpliciter sed in summo sibi. Quilibet eniz totum participat nō quin possit participari plus sed non plus ab ipso. quia non potest vltra proficere ꝛ contentus est omnino eo qd' habet. ¶ Ad terciaz respōdetur negando consequentiam. Dicimus enim ꝙ miꝰ beato non est appetibilis beatitudo magis beati. Ratio est. quia in beatis est perfecta caritas. vñ ibi plus quilibet diligit deum ꝙ seipsum. et ideo vult magis id qd' conuenientius est deo ꝙ id quod essz melius ei. Et ideo magis vult diuinam iusticiaz saluari in hoc qd' ipse miꝰ habeat qd' est deo ꝯuenientius ꝙ in hoc quod plꝰ habeat quod esset sibi melius.

Dominica sexagesime est euangelium:

In illo tempore. Cum turba plurima ꝛc. Luce. 8º. Circa qd' possunt disputari sequentes questiones. ¶ Prima est. Utrum cōuenienter xp̄us vsus fuerit in predicatione sua parabolis. ¶ Secūda. Utrum parabole ille xp̄i cōtineant veritatem secundum sensum litteralem.

Ad primaz queritur ꝛc. sic procedit. Et videtur ꝙ non conuenienter

vsus fuerit parabolis in predica
tione sua. ¶ Primo sic. Mod⁹
loquendi per methaphoras ꝛ pa
rabolas cum sit proprium scien
tie infime scilicet poetice non vi
detur pertinere ad doctorem di/
uine sapientie; que altissima est.
sed xp̄us predicabat et docebat
diuinam sapientiam. ergo nō ꝯ
uenienter vtebatur in predicati/
one sua methaphoris ꝛ parabo/
lis. quia talis mod⁹ cōuenit poe
tis. Secundo modo sic. Chri/
stus venit ad docendum verita
tem. secundum illud Johan. 18.
Ad hoc veni ꝛ natus sum vt te
stimonium perhibeam veritati.
sed per parabolas videtur veri/
tas occultari. ergo non conueni
enter xp̄us vtebatur in predicati
one sua parabolis ¶ Tercio sic
Christus ad ostendendum ꝙ ip
se esset ver⁹ deus obseruauit mo
dum in miraculis faciendis vt
non posset negari ipsum esse deū
sine peccato infidelitatis. secun/
dum illud Johan. 15. Si opera
non fecissem que nemo alius fe
cit peccatum non haberent. ergo
in predicatione debuit seruare il
lum modum vt maxime; osten/
deretur sapiens. sed iste modus
non est parabolicus. ergo ꝛc.
¶ In oppositum est euangelium
presens. Respondeo. Dicendum
sub ista conclusione. ꝙ xp̄us con
uenienter in predicatione ꝛ doc/
trina parabolis ꝛ similitudinib⁹
rerum corporalium vsus est. veri
tas istius conclusionis colligitur
ex multis. Primo quia predica/
tor bonus debet formare sermo/
nem suum iuxta qualitatem et
capacitatem audientium. vt di/
cit Gregori⁹. sed naturale est ho
mini vt per sensibilia ad intelli/
gibilia veniat. q2 omnis nostra
cognitio a sensu initium habet.
Unde vt Dyonisius dicit in. 7°
c. celestis iera chie. impossibile est
nobis aliter elucescere diuinum
radium. nisi varietate sacrorum
velaminum circumuelatum. g°
conuenienter xp̄s illis in sua doc/
trina ꝛ predicatione vsus ē. Se/
cundo colligitur ex eo ꝙ per hu/
iusmodi parabolas absconden̄t
sacramenta ab infidelib⁹ ne blas
phement. vnde Math. 7° dicit̄
Nolite sanctum dare canibus.
xp̄us autem videns ꝙ multi blas
phemabant. vnde in beelzebub
dicebant eum eiicere demonia. cō
uenienter ergo quandoque vsus
est parabolis ī predicatione sua
Cum tercio. quia per huiusmōi
parabolas homines rudes meli
us docētur ꝛ melius retinent q̄c̄
audiunt. Cum ergo predicatio
xp̄i deberet proponi omnib⁹. se/
cundum illud ad Roma. 1° Sa
pientibus ꝛ incipientibus debi/
tor sum. conueniebat vt xp̄s pa
rabolis in sua predicatione vte/
retur. vt saltem vel sic rudes doc
trinam caperent qui ad intelligi
bilia capienda non sunt ydonei
Unde notandum ꝙ triplex distin

guitur capacitas auditoꝝ. Quidam enim non nisi in porabolis instruuntur qui adhuc habēt rationem totam ad sensum reflexam ꝛ illi dicuntur animales sensu. Quidam habent rationē ad fidei principia aliquantulum in se stantem. ꝛ illi capiunt veritatem interpretationes parabolarum. Quidam autem habent rationem ad intellectum diuinoꝝ eleuatum stantem in lumine et illi sunt perfecti in veritatis contemplatione et magistri in diuinis. Primus gradus est ydiotarum turbarum. Secundus discipulorum imbuendorum proficientium. Tercius perfectoruz. De primis dicitur. I. Cor. 3º. Tanꝙ paruulis in xp̄o lac vobis potum dedi non escam. non enim poteratis intelligere. De secūdis ad Hebre. 12. In disciplina perseuerate tanꝙ filiis vobis offert se deꝰ. De terciis. Math. 10. Sufficit discipulo si sit sicut magister eius. Hos eniꝫ tres status innuit hic dominus in euangelio hodierno. duos in discipulis. ꝛ vᵘ in turbis. vt dicit magnus Albtus super Matheum. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primā respondetur negando consequētiam. Et ratio est. quia scientia poetica siue poete vtūtur methaphoris propter representationem Representatio eniꝫ naturaliter homini delectabilis est. sed predicator bonꝰ cuiusmōi fuit xp̄s vtitur methaphoris propter necessitatem ꝛ vtilitatem vtꝫ dictuꝫ est. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia licet veritas parabolis vestita occultetur in fidelibus non tamen fidelibus. quoniam vt ait Dyonisius. Radiꝰ diuine reuelationis propter figuras sensibiles quibus circumuelatur non destruitur. sed remanꝫ in sua veritate vt mentes quibꝰ reuelatio fit nō permittantur in similitudinibꝰ remanere. sed eleuat eas ad cognitionem intelligibilium vt per eos quibus reuelatio facta est. alii etiā circa hꝰ instruuntur. ¶ Ad terciam respondetur ꝙ Christꝰ vtendo in predicationibus suis parabolis aliquando ꝓfundis rebus ostēdit se sapientissimum predicatorem qui iuxta capacitatem omnium predicationem suam formabat.

AD Secundam questionē qua queritur Utruꝫ parabole ꝛc. sic pceditur Et videtᵘ ꝙ non ¶ Primo. qꝛ falsum est ꝙ verbum dei ad litterā sit semen aut ordei aut tritici. ¶ Secundo falsuꝫ videtᵘ ad litteram ꝙ volucres celi rapiūt verbum dei. ¶ Tercio arguitᵘ idem ꝙ falsum ad litterā videtᵘ esse ꝙ spine suffocant verbuꝫ dei. ¶ In oppꝰ ē illud psal. Principiū verborum tuoruꝫ veritas. Respon

deo ꝙ omnes ille parabole sunt vere secundum sensum litteralē. Pro quo notandum ꝙ vt dicit sanctus Thomas in vltimo arti culo questionis prime partis. Sen sus parabolicus sub litterali cō tinetur. nam per voces significa tur aliquid proprie ⁊ aliquid fi gurate. nec est litteralis sensus ipsa figura sed illud quod est fi guratum. Non enim cum scriptu ra nominat dei brachium est lit teralis sensus ꝙ in deo sit mem brum huiusmodi corporale. sed illud qđ per hoc membrū signi ficatur scʒ virtus operatiua. Sic ad propositum dicimus ꝙ sensꝰ litterales sunt ea que significan tur per istas figurales similitudi nes non ipse figure. ⁊ ita parabo le sunt vere secundum sensū lit teralem ¶ Ad rationes in oppꝰ Ad primam dicendum ꝙ ideo comparatur doctrina xpi semini quia sicut semen in terram bonā proiectum resurgit multiplicatū sic verbum diuinum in corde de uote receptum facit multitudinē bonorum operum. Tum etiam quia tria sunt que iuxta conside rationem arguunt bonitatem semi nis. Si in colore est rubeum in quantitate secundum genus su um est magnum. et si in pondere est in genere suo graue. sic in ver bo diuino. Hoc enim est magnū quia de magnis loquitur rebus Prouer. 8º. De rebus magnis lo cutura sum. Secundo in colore est exterius caritatis igne rubeū et interius puritate simile mira biliter candidum. Canticorū. 5º Dilectus meus candidus ⁊ ru bicundus. Tercio est pondere in telligendi grauissimum ⁊ omnē excedens intellectū. ad Roma nos. 11. O altitudo diuitiarū sa pientie ⁊ scientie ꝙ incompreben sibilia sunt iudicia eius ⁊ inuesti gabiles vie eius ¶ Ad secun dam respondetur. ꝙ verū est ꝙ hy qui figurate intelligūtur per volucres celi comedūt illud. illi sunt demones qui per volucres celi intelliguntur. Tum quia ipsi per peccatum superbie alta sunt petentes. Unde de diabolo scri bitur Job. 41. Ipse est rex super omnes filios superbie. Tum vt dicit glosa ꝙ celestis. i. spiritua lis sunt nature. Tum quia p'ae ra volitant. Hec enim volucres dicuntur comedere. i. impedire se men dei. qz importunitate temp tationum suarū faciunt sepe pe rire fructum diuini verbi ¶ Ad terciam similiter respondetur ꝙ ve rum est ꝙ diuitie eo ꝙ cogitatio num suarum punctione mentem lacerant per spinas significantur suffocant. i. impediunt fructum predicationis. Suffocant enim vt dicit Grego. in omelia. quia importunis cogitationibus suis guttur mentis strangulant ⁊ bo num desiderium intrare ad cor non sinunt quasi aditū flatus vitalis necant.

Dominica i quinquagesima est euangelium. Assumpsit ihesus duodecim discipulos etc. Luce. 18. In quo predicit discipulis suis passionem suam. Circa quod possunt disputari sequentes questiones ¶ Prima. Utrum necessarium fuit xpm pati pro humani generis liberatione. ¶ Secunda. Utrum conuenienter elegit pati in iherusalē. ¶ Tercia. Utrum conueniens fuit vt etiā pateretur a gentibus.

Ad primam sic proceditur. Et videtur quod non fuit necessarium pati xpm pro humani generis liberatione.

¶ Primo sic. Humanum enim genus liberari non poterat nisi per deum. secundum illud Isa. 45. Deus iustus et saluans non ē preter me. sed in deum non cadit aliqua necessitas quia hoc repugnaret omnipotentie ipsius. ergo non fuit necessarium pati xpm. ¶ Secundo sic. Necessarium voluntario opponitur. sed xps propria volūtate passus ē. Isa. 53. Oblatus est quia ipse voluit. Unde vt hoc ostenderet discipulis predixit eis passionem multis diebus ante. sicut in euangelio presenti dicens. Ecce ascendimus etc. ergo non fuit necessarium ipsum pati. ¶ Tercio sic. Sicut dicitur in psal. Uniuerse vie domini misericordia et veritas. sed non videtur necessarium quod pateretur ex parte misericordie diuine que sicut gratis dona tribuit ita videtur quod gratis debita relaxet absque satisfactione. Nec etiam ex parte diuine iusticie secundum quā homo eternam damnationē meruerat. ergo videtur nō fuisse necessarium quod xpus pro liberatione hominum pateretur. ¶ Quarto sic. Natura angelica excellentior est quam humana vt patet per Dionisium. 4. de di. no. sed pro reparatione angelice nature que peccauerat xpus non est passus. ergo videtur quod non fuit necessarium xpm pati pro liberatione humani generis. ¶ In oppositum est euangelium presens vbi dicitur. Ecce ascendimus ierosolimam et filius hominis etc. vbi quia immutabiliter voluit pati. ergo necessario passus est. Unde ad Hebre. 2o dicitur. Decebat eum per passionem consummari. vbi dicit glosa. Nisi xpus pateretur: homo non redimeretur et non redemptus periret. ¶ Respondeo: Dicendum quod cum reparatio humane nature a deo facta sit dupliciter potest considerari necessitas scilicet ex parte dei et ex parte ipsius nature reparande. Ex parte autem dei potest attendi triplex necessitas. Una est necessitas coactionis. et de ista ē conclusio prima quod nullo modo potest cadere in deum. Tum quia non potest in deo esse aliquod violentum nec esse extra naturam cum sit im

mutabilis. Tum quia repugnat omnipotentie diuine. Alia ē necessitas absoluta. et hec cadit in deum respectu ipsoꝝ que in ipso sunt scilicet q̄ naturam suā consequuntur. quia impossibile est ea aliter se habere. sicut necessariū est deum esse vel esse bonum. et alia huiusmodi. Et de ista necessitate ponitur conclusio secūda. ꝙ non fuit necessarium xp̄m pati. quia talis necessitas absoluta in deo non est respectu alicuius effectus. quia nō agit ex necessitate nature sed ex liberalitate voluntatis. Tercia necessitas est ex suppositione finis. Et de ista est conclusio tercia. ꝙ tali necessitate non fuit necessarium ipsum pati. patet. quia non est dicendum quin deus cui⁹ potestati omnia subiacent potuerit alium modū possibilem inuenisse ad liberandum genus humanum. vt dicit Aug⁹. 13. de trinitate. Necessitate vero ex suppositione q̄d est in ipso scʒ prescientie vel voluntatis que mutari non possunt. que necessitas vocatur necessitas immutabilitatis fuit necessarium xp̄m pati. ⁊ est conclusio quarta. patʒ quia ipse preuiderat ⁊ preordinauerat naturam humanam reparandam hoc modo ⁊ preunnciauerat ī scripturis sāctis. De qua necessitate dicitur Luce vlt. Hec sunt verba que locutus sum vobis cum apud vos essem. quoniaʒ necesse est impleri omnia que scripta sunt ⁊c̄. Ex parte autem hominis similiter potest considerari triplex necessitas. Una ē necessitas absoluta que est respectu eorū que naturaliter homini insunt. sicut hominem necessariū est esse risibilem. ⁊ alia huiusmodi. ⁊ sic est quinta conclusio. Nō fuit necessarium humanam naturam reparari. patet. quia reparatio non consequitur ex principiis naturalibus. Alia est necessitas coactionis. et de tali est cōclusio sexta ꝙ non fuit necessarium humanam naturam reparari. quia talis necessitas non fuit in humana natura respectu reparationis. quia deus ad virtutē nō cogit. Tercia ē necessitas ex suppositione finis. sicut necessarium est hominem habere nauem si debet ire vltra mare. ⁊ de tali necessitate est conclusio septima. ꝙ necessarium fuit humanā naturam reparari si ad visionē dei admitti debuit. patet conclusio ex illo Johan. 3⁰. Oportet exaltari filium hominis vt omnis qui credit in eū non pereat sed habeat vitam eternam. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia argumentum illud procedit de necessitate coactionis ex parte dei. vt dicit conclusio prima. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiaʒ. Et ratio est. quia necessitas que est ex suppositio-

ne voluntatis immutabiliter aliquid volentis non minuit rationem voluntarii sed auget. et tantomagis quãto firmius inheret volito vt moueri non posset.

¶ Ad terciam respondetur. q hominem liberari per passionem xpi conueniens fuit et misericordie et iusticie eius. Justicie quidẽ quia per passionem suam xpus satisfecit pro peccato humani generis. et ita homo per iusticiam xpi liberatus est. Misericordie vero. quia cũ homo per se satisfacere non posset pro peccato totius humane nature deus dedit satisfactorem filium suum. secundum illud ad Roma. 3º Justificati gratis per graciam ipsius p redemptionem que est in xpo iesu quem proposuit deus propiciatorem per fidem ipsius. ¶ Ad quartam respondetur negando consequentiaz. Et ratio est. quia peccatum angeli non fuit remediabile sicut peccatum hominis

AD Secundam

questionez sic proceditur Et videtur q non conuenienter passus est in iherusalem. ¶ Primo sic. Medicina debet morbo respõdere. sed passio xpi fuit medicina contra peccatum Ade. Adam autem non fuit sepultus in iherusalez sed in hebron. ergo videtur q conuenienter ibi xps pati debuit. ¶ Secundo sic. xps passus est secundum humanam carnem que quidez concepta fuit ex virgine in nazareth et nata in bethleem. ergo videtur q nõ in iherusalem sed in nazareth vt in bethleem pati debuit. quilibz enim affectat sepeliri in ecclesia natiuitatis sue. ¶ Tercio sic. Contra illud q passus est extra portam ciuitatis. veritas debet respondere figure. sed passio xpi figurabatur per sacrificia veteris legis. sed huiusmõi sacrificia offerebantur in templo. ergo et xps ex quo eligebat pati in iherusalem debuit pati in templo et non extra portam ciuitatis. ¶ In oppositum est euangelium presens. Rndeo. Dicendum. q cõueniẽs fuit xpm pati in iherusalez. Ista conclusio patet primo ex illo Luce. 13. Non capit pphetam perire extra iherusalem. Secundo patz ex illo quod dicit Augustin9 in libro. 83. questionum. Omnia p prius locis et temporibus gessit saluator. quia sicut omnia sunt in manu eius ita et omnia loca. Et ideo sicut conuenienti tempore xpus passus est ita et conuenienti loco. Sit ergo conclusio. q conuenientissime xpus in iherusalem passus est. Que conueniẽtia ostenditur ex pluribus. Primo quidem. quia iherusalẽ erat locus a deo electus ad sacrificia sibi offerenda. Que quidem figuralia sacrificia figurabant cristi passionem quod est verum

sacrificium. secundum ill'ud ad Ephe. 5° Tradidit semetipsum hostiam et oblationem in odorez suauitatis. Secundo patet. Uirtus passionis xpi ad totuz mundū diffundenda erat. ideo ī medio terre habitabilis pati voluit scz in iherusalez. vnde dicitur in psal. Deus autem rex noster ante secula operatus est salutem in medio terre. i. iherusalem que dicitur esse vmbilicus terre. Tercio quia hoc maxime conueniebat humilitati eius vt scz sicut turpissimum genus mortis elegit. ita et ad eius humilitatez pertinuit ꝙ in loco tam celebri confusionem pati nō recusaret. Unde dicitur Actuuz. 4° Conuenerunt ī illa ciuitate aduersus puerū sanctuz tuum ihesum quem vnxisti herodes et pontius pilatus cum gentibus et populis israhel. Quarta conuenientia accipitur ex interpretatione. Interpretatur enim iherusalem visio pacis. ad hoc eniz pati voluit vt nos deo reconciliaret. ad Roma. 5° Reconciliati sumus deo per mortem filii eius. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primaz respondetur negando consequentiam. Et ratio est. q2 cum xpi passio non solum erat in remediuz contra peccatū personale ade. sed contra peccatum totius mundi conuenienti⁹ xpus pati elegit in iherusalez ꝙ̄ iuxta sepulcrum ade. Ad secundaz ridetur negando ꝯñaim rationibus assignatis quare cōuenienter pati in iherusalem xpus elegit ¶ Ad terciam respondet ꝙ xpus non in templo aut in ciuitate sed extra portam passus ē conuenientissime ꝑpter tria. Primo quidem vt veritas responderet figure. Nam vitulus et hircus qui solennissimo sacrificio ad expiationem totius multitudinis offerebantur extra castra cōburebantur. vt precipitur Leuitici. 16. Unde dicitur ad Hebre. 13. Quorum animalium infert sanguis pro peccato in sancta ꝑ pōtificem. horuz etiam corpora cremabātur extra castra. propter qd ihesus vt sanctificaret populum extra portam passus est. Secundo vt per hoc daret exempluz nobis exeundi a mundana conuersatione. vnde ibidem subditur. Exeamus igitur ad euz extra castrum improperium eius portantes. Tercio vt Chrisosto. dicit in sermone de passione. Noluit de⁹ pati sub tecto non in templo iudaico ne iudei subtraherēt sacrificium salutare. nec putares pro illa tantum plebe oblatum. et iō foras ciuitatem fons muros vt scias sacrificium esse cōmune ꝙ totius terre ē oblatio ꝙ communis est purificatio.

AD terciam questionem sic proceditur. Et videtur ꝙ non fuit conueniens ꝙ xps paterer'a gētib⁹. Priso sic

Multi per mortem Jhesu christi homines erant a peccato liberā-di. videtur conueniens vt paucissimi in morte eius peccarent. peccauerunt autē in morte eius iudei ex quorum persona dicitur. Math. 21. Hic ē heres venite occidamus eum. ergo videtur conueniens fuisse q in peccato occisionis Jhesu xpi gentiles nō implicarentur. ¶ Secundo sic. Ueritas debz respondere figure. sed figuralia sacrificia veteris legis non gentiles sed iudei offerebāt ergo nec passio xpi que fuit verū sacrificium impleri debuit p manus gentiliuz. ¶ Tercio sic. Judei querebant interficere xpz. qi dicebant eum esse contra legem iudeorum. vnde ipsi dicebant. secundum legem debet mori. sed peccata quecunqz puniuntur secunduz legem. Leuitici. 20. Uñ falsum videtur dixisse iudei dicētes. Non licet nobis interficere quemqꝫ. ergo videtur q xps pati non debuit nisi a iudeis ¶ In oppositum est euangelium p̄sens cum ait. Tradent enim euz gentibus. Respondeo. Dicenduz q conueniens fuit q xpus etiam a gentibus pateretur. Ista conclusio ostenditur ex processu effect⁹ passionis xpi qui in ipso mō passionis xpi fuit prefiguratus. Primo enim passio xpi effectum salutis habuit in iudeis quorum plurimi ī morte xpi baptisati fūt vt patet Actuum. 2° 1. 4° Secundo vero iudeis predicantib⁹ effectus passionis trāsiuit ad gētes. & ideo ꝯueniens fuit vt xps a iudeis pati inciperet. & postea iudeis tradentibus per man⁹ gētilium eius passio finiretur. Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur q ratio nō militat. Et ratio est. quia xpus ad ostendendum habundantiaz caritatis sue ex qua paciebatur in cruce positus veniam pro persecutoribus postulauit. vt autem huiusmodi petitionis fructus ad iudeos & gentiles perueniret voluit xpus ab vtrisqz pati. ¶ Ad secundam respondet negando cōsequentiaz. Et ratio est. quia passio xpi fuit oblatio sacrificii inqꝫtum xps propria voluntate mortem sustinuit ex caritate. inquantum autem a persecutoribus est passus non fuit sacrificiuz sz peccatum grauissimum ¶ Ad terciū dicendum q iudei verū dixerunt dicentes. Non licz nobis interficere quemqꝫ. quia per romanos quib⁹ erant subiecti erat eis potestas occidendi interdicta.

Dominica prima in quadragesima ē euangelium. In illo tempore. Ductus est Jhesus in desertum a spiritu vt temptaretur a diabolo. Math. 4° Et quia in hoc euangelio fit mentio de duobus. s. de ieiunio et temptatione xpi. possūt

dee questiones disputari. ¶ Prima. Utrum ad ieiuniū quadragesime omnes teneantur. Secunda est. Utrū ieiunium quadragesime debito tempore obseruetur. ¶ Tercia ē. Utrū cōueniens fuit xp̄m a diabolo tēptari.

Ad primaz questionez sic proceditur. Et videtur ꝙ omnes teneantur ad ieiunium quadragesime. ¶ Primo sic ex euangelio. Christus ieiunauit quadraginta diebus et quadraginta noctibus. sed omnes euz imitari debent. secūdū illud Johan. 13. Exemplum eniz dedi vobis vt quemadmodum ego feci vos faciatis. g° omnes ad ieiuniū quadragesime tenētur. Secundo sic. Precepta ecclesie obligant sicut precepta dei Unñ xp̄s ait Luce. 10. Qui vos audit me audit. g° similiter omnes tenentur ad seruandum ieiunia ab ecclesia īstituta inter que est ieiuniū quadragesime. vt habetur de conse. di. 4. c. non licet. et. c. non oportet. ¶ Tercio sic. Illud quod vtiliter statutum est non potest sine nocumēto relaxari sed non sine vtilitate statutū est quadragesime ieiuniū. ergo non potest sine nocumento anime per dispensationem relaxari. ¶ Quarto sic. Dicit Bernhardus li. de dispensatione ⁊ precepto. In precepto superioris nō potest inferior dispensare. sed quelibet singularis persona est inferior ꝙ ecclesia que ieiunium quadragesime sub ꝑcepto statuit. nisi forte papa qui ē caput ecclesie ergo nullus alius potest in ieiunio quadragesime dispensare. et per consequens omnes ad illud tenentur. ¶ In oppositum sic arguitur. Dicit Innocentius ꝙ nō subiacet legi necessitas. ergo necessitate imminente potest aliqs sine peccato ieiunium quadragesime et quodcunqz aliud ab ecclesia institutum pretermittere ꝑ dispensationem. Item precepta legis naturalis non possunt per aliquod statutū immutari. sed preceptum legis naturalis est vt homo ad necessitatem cibum sumat. ergo si necessitas exposceret posset ieiunii abstinentiam non seruare. ¶ Respōdeo. Dicendū sub ista conclusione. ꝙ ad ieiunium quadragesime communiter omnes tenentur nisi in eis fuerit aliquod speciale impedimentū Pro cuius conclusionis euidentia est notandum ꝙ statuta communia proponuntur secundum qd' multitudini conueniunt. Et ideo legislator in eis statuendis attendit id quod communiter et in pluribus accidit. si quid autē ex speciali causa in aliquo inueniatur qd' obseruantie statuti repugnet. non intendit talem legislator ad statuti obseruantiaz obligare. Est autem distinctio adhibenda. Nam si causa euidens est

per se ip̄m licite potest homo sta
tuti obseruantiam preterire. pre-
sertim consuetudine interuenien
te. vl' si non posset de facili recur
sus haberi ad superiorem. Si ve
ro causa sit dubia debet ad supe
riorem recurrere qui habet pote-
statez in talibus dispendi. Et h°
est obseruandum in ieiuniis ab
ecclesia istitutis ad que commu
niter omnes obligant nisi in eis
fuerit vt dictum est aliquod spe-
ciale impedimentum. Ex istis eli
ciunt multa correlaria. Primuz
est q quia pueri indigent multo
cibo ꝛ non simul sumpto quam-
diu sunt in statu augmēti. Tem
pus autem augmenti secundum
philosophum est vsq3 ad finem
tercii septēnii vel plurib⁹. iō nō
tenentur ad ieiunia instituta ab
ecclesia. conueniens tamen est vt
in hoc tempore se ad ieiunandū
exerceant plus vel minus secun-
dum modum etatis sue ꝛ possi-
bilitatem. Secundum correlari-
um est. peregrinantes ꝛ laboran
tes qui sine incommodo ꝛ detri-
mento salutis vel exterioris sta-
tus qui requiritur ad conserua-
tionem corporalis vl' spiritualis
vite deferre non possunt peregri-
nationem aut diminuere labo-
res et simul cuz hoc non possunt
ecclesie ieiunia obseruare nō ob
ligantur ad huiusmodi ieiunia.
videtur tamen in talibus recur-
rendum esse ad superioris dispē
sationem nisi forte vbi ita ē con-

suetum q̄ ex hoc ipso q̄ prelati
dissimulant videntur annuere.
Tercium correlariuz. Pauperes
qui non possunt sufficienter ha-
bere q̄d eos reficiat ad vnam re
fectionem videntur excusari a ie
iuniis ecclesie. Quartum correla
rium. Cursores quoq3 vsus ē do
minis necessarius si non possunt
simul currere ꝛ ieiunare excusari
videntur. secus quando morant
ꝛ non vadunt. Quintum corre-
larium. Mulieres pregnantes et
mulieres lactantes si necessitas
debilitatis corporalis impediat
eas non tenentur ieiunare. Sex-
tuz correlariū. Senes infirmi et
debiles etiaz excusant a ieiuniis
hmōi. s3 p quāta debilitate arbi
trio boni viri stādū est. Ad rō
nes i opp⁹. Ad primā rīdet cō
cedēdo q oēs tenent obs3uare il
la ieiunia q̄dragesime s3⁹ possi-
bilitatē suam. nisi i eis occurrerit
aliqd' speciale ipedimētuz vt dic
tuz ē. ¶ Ad secūdā rīdet negā
do p̄nam. Et rō ē. q2 p̄cepta dei
sunt de eis q̄ sūt de necessitate sa
lutis. ꝛ ideo in quolibet casu ob
seruari illa oportet. sed p̄cepta ec
clesie q̄uis vim obligandi habe
ant ex auctoritate p̄sapientium.
non tñ semper obligant propter
materiā in qua p̄ponunt in qua
possunt plura ipedimenta occur
rere. ¶ Ad terciā respondet ne
gando assumptū. Dicimus enī
q id quod s3⁹ vtilitatem queve
in plurib⁹ accidit institutum est

hoc propter necessitatem aliquo casu emergente utiliter dimittitur sicut in proposito. ¶ Ad quartam respondetur quod non militat. quia inferior potest dispensare in precepto superioris quando dispensatio sibi a superiori relinquitur sicut hic. ut dictum est supra.

AD Secundam questionem sic proceditur Et videtur quod non debito tempore quadragesime ieiunium celebretur. ¶ Primo sic. Legislator novi testamenti christus quadragesimam ieiunavit. et illam statim post baptismum legitur inchoasse. Math. 4°. Si ergo nos in actibus nostris christo conformari debemus statim post epiphaniam quando baptismus christi celebratur deberemus quadragesime ieiunium inchoare. ¶ In oppositum est universalis ecclesie consuetudo. ¶ Respondeo. Dicendum quod quadragesimale ieiunium debito tempore fuit institutum. Pro quo notandum quod ieiunium ad duo ordinatur. scilicet ad deletionem culpe et ad elevationem mentis ad superna. et ideo illis temporibus fuerunt ieiunia indicenda in quibus oportebat homines a peccato purgari et mentem fidelium elevare in deum per devotionem quod quidem precipue imminet ante pascalem solemnitatem in qua et culpe per baptismum relaxentur qui solemniter in vigilia pasce celebratur quando recolitur dominica sepultura. quia per baptismum consepelimur christo in mortem ut dicitur ad Roma. 6°. In festo etiam pasce maxime oportet mentem hominis per devotionem elevari ad eternitatis gloriam quam christus resurgendo inchoavit. et ideo immediate ante solemnitatem pascalem ecclesia statuit hoc ieiunium observandum.

¶ Ad rationes in oppositum respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia christus non ieiunavit quasi ipse ieiunio indigeret. sed ut ad graciam eius suscipiendam exemplo suo per ieiunium nos prepararet. et ideo post baptismum suum in quo plenitudo gracie ipsius declarata est testimonio patris et spiritus. et etiam Johannis baptiste decebat ut exemplum ieiunii sui nobis proponeret. nobis autem competit ieiunium ut preparemur ad suscipiendam graciam ipsius. Et quia sacramenta gracie eius precipue preponuntur circa festum pascale. ideo immediate ante solemnitatem pascalem quadragesimale ieiunium impletur. Et etiam quia tempus veris quod tunc incipit maxime est concupiscentie aptum. et quia significatur quod ad gloriam resurrectionis per tribulationes vite presentis venimus sicut et christus per passionem.

AD terciam que

stionem sic proceditur. Et videt
q̄ nō fuit conueniēs xp̄m temp
tari a diabolo. ¶ Primo sic. Tēp
tare est experimentū sumere. qd̄
quidem non fit nisi de re ignoto
sed virtus xp̄i erat etiam demo-
nibus nota. dicitur enim Luce.
4º q̄ xp̄s non sinebat demonia
loqui q2 sciebant ip̄m esse xp̄m.
ergo videtur q̄ non fuerit con-
ueniens xp̄m temptari ¶ Secū
do sic. Ad hoc xp̄us venerat vt
opera diaboli dissoluerē. secūdū
illud. 1. Johan. 3º In hoc appa-
ruit filius dei vt dissolueret ope
ra diaboli. sed non est eiusdē dis
soluere opera alicuius ꝛ ea pati.
ergo videtur inconueniens fuis
se q̄ xp̄us pateretur se temptari
a diabolo. ¶ Tercio. Triplex ē
temptatio. scilicet a carne. a mū
do. ꝛ a diabolo. sed xp̄us nō fu
it tēptatus nec a carne nec a mū
do. ergo etiam nec debuit temp
tari a diabolo. ¶ Quarto. Om
nis xp̄i actio est nostra instructio
ergo xp̄us permittendo se temp-
tari a diabolo videtur dare nob
viam q̄ exhibiamus nos temp-
tationibus qd̄ est incautum val
de ergo ꝛc. Preterea hic arguit
contra aliqua que dicūtur in lit
tera euangelii. Et primo contra
illud q̄ diabolus assumpsit xp̄ꝫ
supra pinnaculum vel in montē
excelsum. Hoc enim audire hu-
mane horrescunt aures. ergo nō
videtur conueniens. ¶ Quinto
non videtur possibile q̄ xp̄us su
pra pinnaculū templi statui po
tuerit quin ab aliis videretur.
Item nec aliquis mons tam al-
tus inuenitur vt inde totus mū
dus inspici possit et sic ex eo non
potuerunt xp̄o omnia regna mū
di ostendi. ergo videtur q̄ incon
uenienter temptatio xp̄i describa
tur. ¶ In oppositum est euange
lium presens. Respondeo. Dicē-
dum q̄ conueniens fuit xp̄m se
permisisse temptari a diabolo. q̄
conclusio ostenditur ex multis. ꝛc.
Primo vt nobis contra tempta-
tiones auxilium fieret. Vn̄ Gre
gorius in omelia. Non erat in-
dignū redemptori nostro q̄ tēp
tari voluit qui venerat etiam oc
cidi vt sic temptationes nostras
suis temptationibus temporali-
bus vinceret sicut mortē nostrā
sua morte superauit. Secundo
propter nostrā cautelam vt nul
lus quantumcunq3 sanct9 se ex
istimet securum ꝛ immunē a tēp
tatione. Unde etiam post baptis
mum temptari voluit. quia sicut
Hylarius dicit super Matheū.
In sanctificatis maxime diaboli
temptamenta grassantur. q2 vic
toria magis est ei de sanctis ex-
optanda. Unde Eccle. 2º dicitur
Fili accedens ad seruitutem dei
sta in iusticia ꝛ timore. ꝛ prepara
animam tuam ad temptationē
Tercio propter exemplum. vt sci
licet nos instrueret qualiter dia-
boli temptationes vincamus vt
Augustinus dicit. 3º de trinitate

Quarto vt nobis fiduciam de sua misericordia largiretur. vnde dicitur ad Hebre. 4º Non habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris temptatum autem per omnia pro similitudine absqz peccato.

¶ Ad rationes in oppositum: Ad primam respondetur negando minorem scilicz quod virtus xpi esset certitudinaliter nota demonibus sicut dicit Augusti. 9. de ciui. Christus tamen innotuit demonibus quantum voluit non per id quod est vita eterna sed per quedam temporalia sue virtutis effecta ex quibus quandam coniecturam habebant xpm esse filium dei. sed quia rursus quedam signa in eo humane nature infirmitatis videbant non pro certo cognoscebant eum esse filiuz dei et ideo diabolus eum temptare voluit. Et hoc significatur Mathei. 4º vbi dicitur quod postquam esurijt accessit temptator ad euz. quia vt dicit Hylari9. Temptare xpz diabolus non fuisset ausus nisi in eo per esuriei infirmitatez que sunt hominis recognosceret. et idem dicit Gregori9. ¶ Ad secundaz respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia xpus venerat dissoluere opera diaboli non potentia agendo sed magis ab eo et eius membris patiendo vt sic diabolu3 vinceret iusticia non potestate. Ad terciam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia xpus sicut dicit apostolus in omnibus temptari voluit absqz peccato. Temptatio autez que est ab hoste potest esse sine peccato. quia fit per solam exteriorem suggestionem. Temptatio autem que est a carne non potest esse sine peccato. quia hec temptatio fit per delectationem et concupiscentiam. Et sicut Aug9. dicit. Non nullum peccatum est cum caro concupiscat adversus spiritum. et ideo xpus temptari voluit ab hoste non a carne.

¶ Ad quartam respondetur negando consequentiam. cuz dicit quod omnis actio xpi etc. respondetur quod aliqua in xpo imitari debemus et aliqua mirari. quecunqz sunt opera virtutum imitari debem9 que autem sunt potestatis non imitari debem9 sz mirari. et istud est vnum de illis. Unde nos nostre infirmitatis conscii non debemus nobis facere temptationuz occasiones. ¶ Ad quintam de illo verbo quod diabolus assumpsit xpm. respondetur quod vt dicit Albertus magnus super Mathеuz Quidaz sanctorum videntur dicere quod assumpsit eum portando super se corporaliter assumpto corpore. vt dicit Gregorius in omelia. Nec est miruz si se ab illo permisit in montem duci qui se permisit a membris ipsius crucifigi Sz Chriso. dicit quod assumpsit eum ducendo post se. et ita exhortando induxit euz ad hoc vt iret p9

eum.₇xp̄s ex dispositione sue sapientie iuit cum eo vbi ille cupiebat eum habere ad temptandum. Unde dicit sanctus Tho. cum dicitur Assumpsit eum diabolus. non intelligitur quasi ex necessitate. sed quia vt Origen. dicit super Lucam. Sequebatur eum ad temptationem quasi athleta sponte procedens. ¶ Ad sextam respondetur pº q sicut dicit Chrisosto. Diabolus sic xp̄m assumebat in pinnaculum vt ab omnibus videretur. Christus autem nesciente diabolo sic agebat vt a nemine videretur. Quod autē consequenter dicitur de monte excelso ꝛc. non est intelligendum q videret ipsa regna vel ciuitates vel populos vel aurum vel argentum. sed partes in quibus vnūquodque regnum vel ciuitas posita est diabolus xp̄o digito demonstrabat ₇ vniuscuiusque regni honores ₇ statū verbis exponebat

In secunda dominica quadragesime legitur euangelium illud. In illo tempore. Assumpsit Jhesus Petrum ₇ Johānem. Math. 17. Circa quod possunt disputari sequētes questiones. ¶ Prima. Utrū conueniens fuit xp̄m transfigurari. ¶ Secunda. Utrum cōueniencter ibi sunt inuēti testes trāsfigurationis. Moyses. Helias. ₇ Petrus. ₇ Jacobus. ₇ Johānes. ¶ Tercia. Utrum errauit Petrus dicens. Bonum est nos hic esse. ₇ petens tria tabernacula fieri. Christo vnum. Helie vnum. et Moysi aliud.

Ad primam questionem sic proceditur. Et videtur q non fuit conueniens xp̄m transfigurari. ¶ Primo sic Non conuenit vero corpori vt in diuersas figuras mutetur. ſ₃ corpori fantastico. Corpus autem xp̄i non fuit fantasticum sed verum. ergo transfigurari non debuit. Si dicatur q transfiguratō dicatur claritatis assumptio. Cōtra sic. Figura est in quarta specie qualitatis. Claritas autem est in tercia cum sit sensibilis qualitas. ergo assumptio claritatis a xp̄o transfiguratio dici nō debet ¶ Tercio. Impossibile est q idē corpus sit simul opacum et lucidum. sed secundum rei veritatem corpus xp̄i opacum erat. gº claritas non inerat ei secundum veritatem. ¶ Quarto sic. Corporis gloriosi sunt quatuor dotes. scilicet impassibilitas. agilitas. subtilitas. ₇ claritas. sed p assūptionem aliarum trium non dicitꝰ transfiguratus. ergo nec p assūptionem claritatis. ¶ In oppoꝰ ē euangeꝰ pn̄s. Rndeo. Dicendum q ꝯueniens fuit xp̄m transfigurari. que conclusio ostenditꝰ sic. Christꝰ discipulis suis prenūciata sua passione induxerat eos

ad sue passionis sequelaȝ. Opor-
tet autem ad hoc ꝙ aliquis di-
recte procedat in viam ꝙ finem
aliqualiter precognoscat. sicut sa-
gittator non recte iaciet sagittā
nisi prius signum prospexerit in
quod iaciendum est. ⁊ hoc preci-
pue est necessarium quando via
est difficilis ⁊ aspera ⁊ iter labo-
riosum. finis vero iocundus. xp̄s
ergo qꝛ per suam passionem ad
hoc peruenit vt gloriam obtine-
ret non solum anime quā habu-
it a principio conceptionis ȝ eti-
am corporis. secunduȝ illud Lu-
ce vlti. Oportuit pati xp̄m et ita
intrare in gloriam suaȝ. ad quā
gloriam etiam perducit eos qui
vestigia sue passionis sequuntur
secundum illud Actuū. 14. Per
multas tribulatiōes oportȝ nos
intrare in regnum celoruȝ. Et iō
conueniens fuit vt discipulis su-
is gloriam sue claritatis ostende-
ret quod est ipsum transfigurari
cui suos configurabit. secunduȝ
illud Phil. 3º. Reformabit cor-
pus humilitatis nostre configu-
ratum corpori claritatisi sue. vt
sic animarentur ad sequendum
xp̄m in acerbitatem passionis vt
ergo istam felicitatis constancie
fortitudinem apostoli toto cor-
de conciperent ⁊ nihil de suscipi-
ende crucis asperitate formida-
rent claritatem illis sue glorie de-
mōstrauit. Unde Beda dicit su-
per Mathe. Pia prouisione fac-
tum est vt contemplatione super
manentis gaudii ad breue tem-
pus deriuata fortiꝰ aduersa tol-
lerarent. ¶ Ad rationes in op-
positum. Ad primam respondeṫ
ꝙ non procedit. quia xp̄us non
dicitur transfiguratus ꝙ pristi-
nam formaȝ aut faciem aut cor-
poris veritatem perdidisset. Un-
de Diero. super Math. dicit. Ne-
mo putet xp̄m per hoc ꝙ transfi-
guratus dicitur pristinaȝ formā
⁊ faciem perdidisse. vel amisisse
corporis veritatem ⁊ assumpsisse
corpus spirituale vel aereuȝ. Sȝ
quomodo trāsfiguratus sit euā-
gelista demonstrat dicens. Re-
splenduit facies eius sicut sol. ve-
stimenta autem eius facta sunt
alba sicut nix. vbi splendor faci-
ei ostenditur. et candor describi-
tur vestium non substantia tolliṫ
sed gloria commutatur. ¶ Ad
secundam respondetur negādo
consequentiaȝ. Et ratio est. quia
figura circa extremitatem corpo-
ris consideratur. Est enim figura
que termino vel terminis comp̄-
henditur. ⁊ ideo omnia illa que
circa extremitatem corporis con-
siderantur ad figuraȝ quodam
modo pertinere videnṫ. sicut au-
tem color ita ⁊ claritas corporis
non transparentis in eius super-
ficie attenditur. et ideo eius as-
sumptio claritatis transfiguratiō
dicitur ¶ Ad terciam responde-
tur negando assumptum. quoni-
am non ē inconueniēs ꝙ id qđ
in se est opacum intrinsecus ha-

bere claritatem in superficie vel
extensione sicut est corpus politũ
vel etiam ex alio extrinseco super
inducto. sicut ex reuerberatione
solis vel alicuius hmõi. ꝛ sic fu-
it claritas in xp̄o non ꝙ superfu
erit inducta ex aliquo corpore su
pellucente sed miraculose ab ipo
deo vt dicit sanctus Thomas i
tercio. ¶ Ad quartam respon-
detur negando consequentiam.
Et ratio est. quia nõ est simile de
dote claritatis ꝛ de alsa dotib⁹
quia inter alias claritas est qua
litas ipsius ꝑsone in seipsa. Alie
vero tres dotes non participant
nisi in aliquo actu vel motu seu
passione. Ostendit igitur xp̄s in
seipso aliqua aliarum dotiuꝫ in
dicia. puta agilita is cum super
vndas maris ambulauit. Sub-
tilitatis quando de clauso vtero
virginis exiuit. Impassibilitatis
cum de manibus iudeorum pre-
cipitare vel lapidare eum volen
tiuꝫ illesus euasit. nec tamen ꝓp
ter illas transfigurat⁹ dicitur sed
per solam claritateꝫ que pertinet
ad aspectum persone ipsius. Cir
ca quã claritatem nota ꝙ clari-
tas illa quã xp̄s in transfigura
tione assumpsit fuit claritas glo
rie quantum ad essentiam non
quantuꝫ ad modũ essendi. Cla
ritas enim corporis gloriosi peri
uatur ab aie claritate. sicut dicit
Augustinus in epistola ad Dio
scorum. Et similiter claritas cor-
poris xp̄i in transfiguratione de

riuata est a diuinitate ipsius. vt
Damasce. dicit. ꝛ a gloria anime
eius quã a principio conceptio-
nis habuit. Qꝫ enim a principio
conceptionis xp̄i gloria anime
non redundaret in corp⁹ ex qua
dam dispensatione diuina factũ
est vt in corpore passibili nostre
redemptionis expleret misteria.
Et eodem modo ex diuina ordi
natione factum est vt gloria ani
me redundaret in corpus in ho-
ra transfigurationis vt ostende-
ret discipulis gloriam future re-
surrectionis vt dictum est.

Ad Secundam questionem sic procedit
Et videtur ꝙ non conuenienter
ducti sunt testes transfiguratio-
nis. ¶ Primo sic. Vnusquisqꝫ
enim maxime perhibere potest te
stimonium de notis. sed qualis
esset futura gloria tempore trãs-
figurationis xp̄i nulli hominum
per experimentuꝫ erat adhuc no
tum sed solis angelis. ergo cõue
nientius angeli debuerunt duci
testes transfigurationis ꝙ homi
nes. ¶ Secundo sic. Testes ve
ritatis non decet aliqua fictio.
sed secundum veritatem Moy-
ses ꝛ Helias non fuerunt ibi ve
re sed ymaginarie vt dicit quedam
glosa Luce. 9. ergo non fuerunt
conuenientes testes. ¶ Tercio
secundum ꝙ dicitur Actuuꝫ. 10.
Omnes prophete testimoniuꝫ ꝑ
hibent xp̄o. ergo non solũ Moy

ses z Delias debuerunt interesse tanq̃ testes sed etiaz omnes pphete. ¶ Quarto sic. Gloria fidelibus omnibus repromittitur quos per suam transfiguratione ad illius glorie desiderium ascendere voluit. non ergo solos Petrum z Johãnem et Jacobum in testimonium sue transfigurationis assumere debuit sed omnes discipulos. ¶ In oppositum est euangelium presens. Respõdeo Dicendum sub ista conclusione. q̃ conuenienter sunt predicti testes ducti in testimonium transfigurationis xp̃i. Ista conclusio sic declaratur sic. Christ⁹ transfigurari voluit vt gloriam suam ostenderet hominibus et ad eam desiderandam homines prouocaret Ad gloriam autem eterne beatitudinis adducuntur homines p xp̃m. non soluz qui post eum fuerunt sed etiam qui eum precesserunt. Unde eo ad passionez properante tam turbe que sequebãtur q̃ que precedebant ei clamabant osanna. vt dicitur Math. 21. quasi salutem ab eo petentes Et ideo conueniens fuit vt de p̃cedentibus ipsuz testes adessent scz Moyses z Delias. z de sequẽtibus vt Petrus Jacobus z Johannes vt in ore duorum vl' triuin testimonium staret hoc verũ.

Ad ratõnes in oppositũ. Ad primaz respondetur negando cõsequentiaz. Et ratio est. q2 xp̃us per suam transfigurationem manifestauit discipul' corporis gloriam que ad solos homines pertinet. z ideo conuenienter non angeli sed homines pro testib⁹ ad hoc inducuntur. ¶ Ad secundã respondetur negando minorem Dicimus enim q̃ in rei veritate fuerunt adducti Delias de loco quodam eminenti ad quem fuerat raptus. vt habet. 4. Reguz 2°. z sic apparuit in corpore et in anima. Moyses vero adductus est de limbo patruz. non q2 resurrexit s3 quia anima apparuit ibi in corpore sibi aptato. sicut apparent angeli in corporibus assumptis. Ad glosam autem inductaz dicitur. q̃ illa dicitur sũpta de libro qui intitulatur de mirabilibus sacre scripture qui nõ est liber autenticus sed false ascribitur. Augustino. Unñ illi glo. non est standum ¶ Ad terciaz respondetur negando consequẽtiam. Licet enim omnes prophete testimonium xp̃o reddant: nõ debuerunt propter hoc interesse transfigurationi xp̃i. sed sufficiebant iste due persone que capita sunt prophetarum que singulariter inter alios inducti sunt. Tuz primo quia enim turbe dicebãt xp̃m esse Deliam. alii Jeremiam aut vnum ex prophetis / capita p̃phetarum secum duxit vt saltem hinc appareat differentia seruorum z domini. Tum secundo. q2 Moyses legem dedit. Delias p gloria dei emulator fuit secũduz

ꝙ de eo scribitur. 3. Regum. 19. Zelo zelatus sum pro domino exercituum. Unde propter hoc ꝙ simul cum xp̄o apparent excluditur calūnia iudeorum accusantium xp̄m tanꝙ legis transgressorem et blasphemum dei gloriam sibi vsurpantem. Tum tercio vt ostenderet ꝯse habere potestatem mortis ⁊ vite ⁊ esse iudicem mortuorum ⁊ viuorum ꝓ hoc ꝙ moysen iam mortuum ⁊ heliam viuē tem secum duxit. ¶ Ad quartā respondetur negando consequētiam. Et ratio est. quia talia misteria non sunt omnibus exponēda īmediate sed per maiores suo tempore ad alios debent deuenire. ⁊ ideo vt Chrisostom⁹ dicit Assumpsit tres tanꝙ potiores. nam Petrus excellens fuit in dilectione quam habuit ad xp̄m ⁊ iterum in potestate sibi cōmissa. Johānes vero in priuilegio amoris quo a xp̄o diligebatur propter suam virginitatem ⁊ propter prerogatiuam euangelice doctrine. Jacobus autem propter prerogatiuam martirii. fuit enim primus ante alios discipulos passus martirium propter xp̄m.

Ad terciam questionem sic proceditur. Et videtur ꝙ Petrus non errauerit dicendo. Bonum est nos hic esse vel petendo tria tabernacula ⁊c. ¶ Primo sic. dicit glo. Bene nouerat qd' diceret dum ait. Bonū est nos hic esse. q2 reuera solum hoīs bonū est intrare in gaudiū dn̄i sui ⁊ huic ineternū ꝯtēplando assistere. ¶ Secundo sic. dicitur in psal. 72. Adherere deo bonum ē. sed hoc dicit Petrus. g° non errauit. In oppo⁹ videtur illud qd Marcus ⁊ Lucas dicūt ꝙ Petrus hoc dicens nesciebat quid diceret. R̄ndeo. Dicendū ꝙ in hoc Petrus dicitur errasse multipliciter vt colligitur ex glosa sanctorum patrum. Primo in hoc ꝙ credidit ꝙ in solo aspectu humanitatis xp̄i consisteret beatitudo. ⁊ ideo illud sufficere ꝓ finali beatitudine. quod nō est verum. quoniā beatitudo essentialis ꝯsistit in aspectu claro ipsius diuinitatis ⁊ perfecta eius fruitione. Accidētaliter aūt ꝯsistit in aspectu humanitatis xp̄i ⁊ delectatione ꝯsequētie. Isti aūt apostoli qui admissi fuerūt ad transfigurationem nō viderūt ipsius diuinitatē s3 tantū eius humanitatē in forma gloriosa. Un̄ v̄ba Petri nō erant rōnabilia. q2 in solo aspectu humanitat' xp̄i nō ꝯsistit in beatitudinis essentia vt dictū est. 2° dicitur errasse siue male dixisse. q2 credidit in h° esse gloriam sanctoꝝ que non est hic sed in celis. secundum illud Lu. 6° Gaudete ⁊ exultate quia merces vestra copiosa est in celis.

¶ Tercio quia credidit ꝙ in hac vita mortali possit vera beatitudo haberi. ꝯtra illud ap̄li ad he

breorum. 13. Non habemus hic ciuitatem manentem sed futurā inquirimus. Quarto quia credidit q domibus indigerem9 pro beatitudine consequenda cū in illa celestis vite gloria. vt dicit Beda. domus necessaria nō erit vbi diuine contemplationis luce omnia parificante aura aduersitatis alicuius timenda nulla remanebit. testāte apostolo Johāne Apocal. 21. qui eiusdem ciuitatis superne claritatē describēs dicit inter alia. Et templum non vidi in ea. deus enim omnipotens templum illius est et agnus. Quinto errauit siue male dixit q tria tabernacula petit fieri. In hoc errauit dicit Albertus q legis et prophete et euangelii n̄ sunt tres habitationes. sed vna que ē ecclesia Apocal. 21. Ecce tabernaculum dei cum hominib9. vnde glosa marci. 9°. de illis ita dicit. Petrus oblitus sanctis regnum promittu non in terris sz in celis. et se et coapostolos adhuc mortali carne indutos immortalis vite statum subire non posse. domum etiam in anu factam necessariam non esse. legi quoqz et prophetis etiam euangelio tria tabernacula facere cupit cuz nō possunt separari in vnum inicia ta. Tabernaculuz. id est ecclesia dei. Sexto dicitur errasse. qr comparauit christum aliis dicens. tibi vnum. Helie vnum etc. quod non debet fieri quia nihil ē comparabile christo. Job. 32. Deum homini non equabo. Unde vt ait glo. in presenti euangelio. qr Petrus imprudenter quesiuit responsionem domini non meruit sed vox patris testatur de filio etc.

¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur. q Petrus dicendo. bonum est nos hic esse. si vellet pro finali beatitudine sufficere sibi visionem solam humanitatis xpi errabat vt dictum est. ¶ Ad secundam patet eadem responsio.

Dominica tercia

quadragesime est euangelium. In illo tempore. Erat Jhesus eiciens demonium. et illud erat mutum etc. Luce. 11. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. ¶ Prima ē. Utrum Christus sufficienter ostendit se non in beelzebub sed in virtute dei eicere demonia. ¶ Secunda. Utrum sufficiens fuit illud argumentum xpi. Si in digito dei eicio demonia profecto venit in vos regnum dei. id est xpus siue messias promissus in lege venit. ¶ Tercia est. Utrum conueniens fuit vt carnem sumeret de femina. quia dicitur Beatus venter etc.

Ad primaz questionez sic proceditur. Et videtur q xpus non sufficienter ostendit se non in beelzebub ei-

cere demonia sed in virtute dei.
¶ Primo sic. Demones cū in
ter se habeant prelationē vt mi
nor maiori imperanti obediat et
seruiat. non dubium videt᷑ quin
imperio supioris inferior demon
possit expelli ab homine. ergo ꝛc.
¶ Secundo arguitur ex dicto
sancti Thome qui hoc dicit. ꝙ
virtute superiorum demonū alii
demones expellebantur ¶ Ter
cio idem arguitur ꝙ necroman-
tici religare quandoqȝ dicuntur
demones per illicitas incantatio
nes. ergo per easdem possunt sol
uere eos de corporibus hominū
ꝛ sic eicere. ¶ In oppositum vi-
detur esse euangelium presens.
Respondeo. Sciendum autem
est primo. ꝙ pharisei odio habe-
bant xp̄m. quia acriter arguebat
mala ꝛ vicia eorum. ꝛ ideo mira
cula ab ip̄o facta virtute diuina
dicebant esse facta arte magica.
Et eodem mō̄ eiectionem demo
num factā per xp̄m dicebant fi
eri virtute cuiusdā superioris de
monis cui inferiores obediebāt
ad nutum de corporibus exeun
do. Sicut enim in angelis sunt
ordines ꝛ alii aliis sunt superio-
res. sic in demonibus cum in eis
remāserint naturalia integra. se
cundum Dionisiū. Dicebāt enī
pharisei ꝙ xp̄s habebat aliquē
demonem superiorem quem vo
cabant beelzebub sibi familiarē
ꝛ priuatū ꝛ sic demones inferio
res de corporibus obsessis eicie-

bat per illum. Secundo sciendū
ꝙ vt dicit sanct⁹ Tho. in tercia
parte. q. 43. arti. 2. Aliter xp̄s ex
pellebat demones. ꝙ̄ virtute de-
monū expellebantur. Nā cū vir
tute superiorum demonū demo
nes a corporibus expellebantur
sed tamen remanebat dominiū
eorum quantū ad animas. Nō
enim contra regnum suū diabo
lus agit. sed xp̄us depellebat nō
solū a corpore sed multo magis
ab anima. Unde Augustin⁹ li.
83. q. Cum imperio vel inuoca-
tione alterius demonis demon
exit a corpore iam non eicitur sȝ
magis intima ingreditur operā
do secundum apostolum. in fili-
os diffidentie. Christus autē hic
mouebat a corpore ꝛ ab anima.
non enim principaliter intende-
bat sanitatem corporis sed ani-
me vt patet ex illo Johan. 5°. Ec
ce sanus factus es iam noli pec-
care ne deterius tibi aliquid cō
tingat. Istis notatis ponitur cō
clusio responsalis. ꝙ sufficienter
xp̄us se ostendit eicere non in be
elzebub sed in virtute dei eicere
demonia. Prima ratio xp̄i si sa-
thanas sathanam eicit tam sci-
in corpore ꝙ̄ in anima tunc ei in
diuisio sit inter demones quomō
stabit regnum eius. cū omne reg
num in se diuisum desolabitur.
quasi diceret vt dicit Hiero. Re
gnum diaboli stabit in peccato-
ribus vsqȝ ad diē iudicii. quia
tūc euacuabitur oīs ptās. vnde

si hoc iaz esset: esset iaz finis mundi. Vel sic secundum Hylarium. Si de potestate mea est q ego faciam q vnus demon expellat alium. ergo ego destruo regnum diaboli. et ex hoc debetis mihi adherere. ¶ Secundo sic. Si ego eicio in beelzebub demonia: filii vestri scz apostoli de eorum carne descendentes/vel alii quidaz iudei qui non erant de discipulis xpi qui non in nomine xpi eiciebant demonia/in quo eiciunt? sz dicitis illos eicere demonia i virtute dei. idem debetis cfiteri de me. ¶ Tercio sic. Quia demonem expellere de regno suo non possez nisi essez fortior eo. nec eu vincere possem nisi virtute diuina cum non sit potestas in terra que comparetur ei. Joban. 41. ¶ Quarto sic ex illo. Qui non e mecum cc. Ratio est talis. Voluntas eius qui obedit alicui e cformia voluntati illius cui obedit saltem in facto. si ergo xps in virtute demonis faceret miracula sequeretur q xps et demones essent concordes i factis. hoc autem est falsum. quia facta xpi et doctrina erant ad remouendum homines a peccatis. facta autez demonis ad destruendum homines per peccatum. Ex quo sequitur q xpus non operatur in virtute demonis. et hoc est qd dicit Qui non est mecum per concordiam in facto et voluntate cotra me est. et huiusmodi est diabolus

qui non colligit mecum. Christi enim est colligere. demonis e dispergere. et sic regnum xpi cuz regno demonum nullam habet communicationem. Colligit eni xps primo passiones in formam virtutis. actiones ad normam rectitudinis. electiones ad prudentiam rationis. animales vires et motus ad mensuram bone constitute mentis. diuersas et discurrentes et vagas cogitationes ad contemplationem intellectus diuini. multitudinem totam operz in vnum simplicis intentionis. multitudinem credentium i vnitatem cordis. multitudinem hominum in omnibus nationibus ad vnitatem vnius ouilis et cure pastoralis. et sic semper xpus in colligendo est et congregando. Unde Augustinus in. 10. confessionum. In omnibus que mente percurro non inuenio locum tutum anime mee preter te in quo colliguntur dispersa mea. Contrario autem modo vt dicit Albertus magnus. dispergit diabolus qui diuisionis pater est et origo. Dispergit enim in varietatez passionum desideria peccantiuz dispergit in corruptionem actionum multitudinem operum iniustorum. dispergit voluntatem in diuersitatem eligibilium. dispergit mentis mensuram per diuersitatem animalium motuum. dispergit intellectum in euagationes cogitationum inutilium. disper-

Artic. 3. in quadragesim

git intentionem per diuersitatez finium intentorum. dispergit credentes in contrarietatem discordiarum. vnitatem ecclesiaruz in diuersitatem errorum. Johan. 10 Lupus dispergit oues ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primã dicendum. respondetur multipliciter. Primo negando consequẽtiam. Et ratio est. quia licet possibile sit potestati superiorum demonum ꝙ aliquis demon possit eici, aut expelli dẽ corpore solo hominis non tamẽ dẽ anima. Christus autez eiciebat demonia nõ solum a corporibus sed ab anima. vt dictum est ¶ Secundo respondetur ꝙ quando diabolus precepto siue imperio superioris exit non dicitur proprie eici sꝫ voluntarie ex obediẽtia exire. quia eicere dicit quid violentuz. Christus autem eiciebat, demonia violenter ꝛ contra voluntatem eorum. vndẽ gementes clamabant Fili dauid quid nobis ꝛ tibi: venisti ante tempus torquere nos. Math. 8° ¶ Tercio respondetur ꝙ licet demon videatur expelli. non est tamen vera expulsio sed ficta ꝛ simulata ad deceptionem sed tantum a vexatione ꝛ lesione quaz intulerat sicut aliquando ostendunt se egros curare nõ sanitatem conferendo sed a lesionibus quas infirmis inferunt cessando ¶ Ad secundam rationẽ respondetur vt dictum est ex ipso dicto sancti Thome. ¶ Ad terciam respondetur dupliciter. Primo sicut ad primam. Secundo potest dici vt dicit Nicolaus de lyra in hoc euãgelio. ꝙ secundũ ꝙ dicit Hieronimus. Licet arte magica possunt aliqua miracula fieri tamen illa pertinẽt ad curiositatem tantum ꝛ vanitatem. sicut Symon mag⁹ faciebat statuas ambulare loqui ꝛ ridere. et consimilia. vt habetur in itinerario clementis. sed illa que sũt salubria vt curatio languidorum. illuminatio cecorum. ꝛ huiusmodi non possunt magicis artibus fieri. ꝛ ideo oportꝫ talia attribui diuine ṽtuti ꝛ talia faciebat xp̃s

AD Secundam

sic proceditur. Et videtur ꝙ non sit sufficiens argumentuz illud xp̃i. Si in digito dei eicio demonia profecto, venit in vos regnum dei. i. xp̃us siue messias promissus in lege venit. ¶ Primo sic. Legitur ꝙ Salomon vt dicit Beda super actus apostolorũ. 19. excogitauit ꝛ docuit exorcismos quibus immundi spiritus expulsi ab hominibus non audebãt ad hoĩes reuerti. sꝫ illa expulsio nõ fuit argumẽtuz aduentus regni xp̃i. g° nec expulsio demonuz facta per xp̃m. consequẽtia videtur bona. Secundo sic xp̃s opera magis miraculosa fecit ꝙ̃ eicere demonia. sed ex aliis operibus, non intulit hoc argumentuz aduentus regni sui. ergo

nec ex hoc videtur argui. ¶ Tercio ex euãgelio presenti. Filii iudeorum siue dicantur apostoli siue alii exorciste faciebant miracula in virtute dei. sed ex opere aliorum non infertur hoc argumentum. ergo nec ex facto xpi.

¶ In oppositum est verbuz xpi. Respondeo. Dicenduz sub ista conclusione. ꝙ argumentum xpi quo arguit. Si in digito dei eiicio demonia profecto venit i vos regnum dei ẽ efficacissimũ. qd' sic ostenditur vt dictum est in cõclusione superiori. Christus eiciendo demonia ab hominib9 nõ solum eiciebat a corporibus violenter contra voluntatem demonum. sed principaliter ab animabus in quibus regnabat diabolus per peccatum. et ita xpus diminuebat siue euacuabat regnũ diaboli et debilitabat regnum suum regnando in cordibus hominum per fidem. de quo dicit' Luce. 1°. Regni eius non erit finis et. 1. Cor. 15. Oportet autem illum regnare scz per fidem donec ponat inimicos eius sub pedib9 eius. Hec autem potestatis demonum debilitatio siue diminutio signum erat aduentus regni xpi. secunduz illud Numeri. 24. Orietur stella ex Jacob. quia in natiuitate xpi stella apparuit ꝙ magos ad xpm natum perduxit vt habetur Math. 2°. Et surget virga de israhel. i. xps secunduz potestatem regiaz. Unde de ipso dicitur. psal. 2°. Reges eos in virga ferrea. et percutiet duces. id ẽ ydolatras. Unde per xpi aduentum destructa est ydolatria et vastabit omnes filios seth. id ẽ omnes populos subiciet fidei catholice ante finem mundi licet nondum sit impletum. Item Isa. 55. de eo dicitur. fortiuz diuidet spolia pro eo ꝙ tradidit in mortem animam suam. fortium. idest demonum xpus spolia diuidit. Tũ patres de limbo in sua resurrectione extrahendo. Tum potentiã eorum diminuendo. Itez Ezechielis. 34. Suscitabo pastorem vestrum seruum meum Dauid. id est Christum qui de Dauid descendit secundum carnez Math. primo. Et cessare faciam bestias pessimas de terra. id est potentias diaboli que per mortez Christi diminute sunt. et infra. Et scient scilicet Israhel quia ego dominus cum contriuero catenas iugi eorum. et eruero eos de manu et potestate imperantiuz sibi. id est principum demoniorum. Item Zacha. 13. dicitur. Spiritum immundum auferam de terra. Ecce manifestum testimoniuz ergo omnia hec completa sunt ꝑ passionem Christi. Unde Johãnis. 12. Christus instante passione dicit. princeps hui9 mundi eiiciatur foras. Cum ergo ista facienda essent per xpm efficacissimuz argumentum erat xpi cum dicebat. Si in digito dei. id ẽ virtute

diuina eicio demonia. non solũ
ab hominum corporibus sed eti
am ab animabus. Profecto ve
nit in vos regnum dei. i. xp̃s pro
missus qui expulso dominio de
monis regnaturus est per fidem
in cordibus fidelium. quia etiaz
dictuz est q̃ per xp̃i passionem li
berati fuimus a potestate diabo
li et nihilominus videmus q̃ ad
huc nocet hominibus quantum
ad animas temptando et quan
doq; vexando quantum ad cor
pus. Est pro noticia pleniori ve
ritatis huiusmodi. sciendum q̃
vt dicit sanctus Thomas. Po
testas demonis in duobus con
sistit scz in impugnando et deti
nendo deuictos. Ex eo autem q̃
quis impugnatur nonduz seru⁹
factus est. sed ex eo q̃ victus est.
vt patet. 2. Petri. 2º. Deuicerat
autem diabolus totum gen⁹ hu
manum in primis parentibus et
eis dominabatur dum eos ad
hoc secundum suum votum de
duxerat vt nullus paradisi ianu
am intraret. Deuincit vnumquẽ
q; singulariter dum eum ad pec
catũ inclinat. quia qui facit pec
catuz seruus est peccati. Potesta
tem ergo diaboli qua victos de
tinet xp̃us per passionez ãmouet
quantum ad sufficientiam quã
uis non quantum ad efficaciaz
nisi in illis qui viz passionis suf
cipiunt per fidem et caritatem et
sacramenta. et per hoc dicitur do
minium euacuasse. Unde quia

iam diabolus non potest impe
dire sanctos a consecutione glo
rie sicut faciebat ante. sed pote
statem qua impugnat non eua
cuauit sed debilitauit dum ipm
vicit et dum hominibus auxilia
multa ad resistendum tribuit. si
cut sacramenta graciam habun
dantiorez. et alia huiusmodi. vn
de licet diabol⁹ permittatur tẽp
tare homines ad exercitum et me
ritum sanctorum tamen desa cili
superat inquantum homo plura
remedia habet. ¶ Ad rationes
in oppositum. Ad primaz respõ
detur negando consequentiam.
Et ratio est duplex. Una quia ex
pulsio demonum facta per exor
cismos erat tantum a corporib⁹
non ab animabus. ¶ Secun
da ratio est. quia xp̃us propria
virtute et potestate demones ex
pellebat iam de corporibus q̃ de
aiabus. Alii vero non nisi me
dicata a deo vel diabolo. Ad
secundam respondetur negando
assumptum. Unde xp̃us ad qsti
onem prepositaz sibi per discipu
los Johannis. Tu es qui ventu
rus est an alium expectamus. h⁹
modo respondit dicens. Euntes
renunciate Johanni que audi
stis et vidistis. Ceci vident. clau
di ambulant. leprosi mundãtur
etc. quasi diceret. cum ista facio
propria virtute profecto ego sum
qui venturus erat et non est ali⁹
expectandus. Item Johan. 15. di
cit. Si opera non fecissem in eis

que nemo alius fecit. peccatum non haberent scz infidelitatis in me. et ita patet quod virtualiter ex operibus suis arguebat regnum suum et dominium venisse. Decipiebantur autez iudei in hoc quia illud regnum xpi spirituale futurum temporale credebant. quem errorem eis excludit xpus dicēs Johan. 18. Regnum meum nō est de hoc mundo. ¶ Ad terciā respondetur sicut dictum est ad primam. Et hec de ista cōclusiōe.

AD terciam questionem circa illud. Beatus venter qui te portauit etc. sic proceditur. Et videtur quod non fuit conueniens quod xpus carnez sumeret de femina. ¶ Primo sic: Sexus masculinus est nobilior quam sexus femininus. sed magis decuit vt xpus assumeret id quod est perfectuz in humana natura: ergo videtur quod non fuit conueniens quod xpus carnem assumeret de femina sed de viro. sicut eua de costa ade viri formata est. ¶ Secundo sic. Quicunqz ex femina concipitur vtero femineo clauditur. sed deo qui celum et terram implet vt dicitur Jeremie. 23. nō competit vt paruo femineo vtero includatur. ergo videtur quod nō debuit concipi de femina. ¶ Tercio sic. Illi qui concipiuntur de femina aliquam immundiciam patiuntur. vnde Job. 25. Nun. quid potest homo apparere mundus natus de muliere. sed in xpo nulla immundicia esse debuit. ergo non videtur conueniens fuisse vt carnem de femina susciperz ¶ In oppositum est euangeliuz presens. Respondeo. Dicenduz quod licet filius dei carnem humanam assumere potuerit de quacunqz materia voluisset conuenientissimum tamen fuit vt de femina carnem acciperet. Tuz primo quia per hoc tota natura nobilitata est. Unde Aug9. li. 83. q. Dominus liberatio in vtroqz sexu debuit apparere. ergo quia virum oportebat suscipere quia sexus honorabilior est conueniens erat vt feminei sexus liberatio huic appareret. quia ille vir de femina natus est. Tum secundo. quia per hoc veritas incarnationis astruitur. Nam quidez vt dicit Aug9. in epistola ad volusianum. Si omnipotens deus hominem vbicunqz formatum non ex materno vtero causaret sed repentinum afferret aspectibus nonne opinionez confirmaret erroris. nec hominem verum suscepisse vllo modo crederetur. et duz omnia mirabiliter facit auferret quod misericorditer fecit. Nunc vero inter deum et hominē mediator apparuit vt in vnitate persone copulans vtranqz naturam et solita sublimaret insolitis et insolita solitis temperaret. Tū tercio et est ratiō Anshelmi. quia per hunc modum completur om

nis diuersitas generationis humane. Adam enim factus est sine viro et femina. Eua vero producta est ex viro sine femina. ceteri homines producuntur ex viro et femina. Unde hoc quartum quasi xpo relinquebatur proprium, vt produceretur ex femina sine viro. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia ideo quod sexus masculinus nobilior est quam femininus. ideo humanam naturam in masculino sexu assumpsit. ne tamen sexus femineus contemneretur congruum fuit vt carnem assumeret de femina. vnde Aug⁹. dicit in libro de agone christiana. Nolite vosipsos contemnere viri. filius dei virum suscepit. nolite vosipsas cōtemnere femine. filius dei natus est ex femina ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia sicut dicit Augustin⁹ tercio libro contra Faustum qui hac obiectione vtebatur. Non plane inquit catholica fides que xpm filium dei natum secundum carnem credit ex virgine vllo modo eundē dei filium sic in vtero mulieris includi quod extra non sit. quasi celi terre āministrationem deseruerit. et quasi a patre recesserit. Unde licet non conueniat xpo secundum diuinitatem includi in ventre feminie potest, tamen conuenire ratione humane nature assumpte secundum quam potuit mori. licet secundū diuinitatem immortalis fuerit. ¶ Ad terciam respondetur negando maiorem. Ratio est. quia immundiciam illam patiuntur concepti ex commixtione maris et femine. hoc autem non habet locum in conceptione filii dei de spiritu sancto et ex maria virgine. Et ideo dicit Damascenus tercio libro quod filius dei construxit sibiipsi ex castis et purissimis sanguinibus carnem animatam anima rationali.

IN quarta dominica

In quarta dominica est euangelium Abiit Jhesus transmare galilee quod est tyberiadis etc. Joban. 6º. Circa quod possunt hec disputari. ¶ Primo. Utrum conuenienter xpus saciauit quinque milia hominum de quinque panibus qui reperti sunt apud quendam in societate. ¶ Secundo Utrum conuenienter xps saciauit quinque milia de panibus ordeaceis et non de tritico ¶ Tercio. Utrum xpus fuerit verus prophetaa sicut dicitur in euangelio.

AD primam questionem sic proceditur. Et videtur quod conuenientius xps saciasset quinque milia hoim de alijs panibus ¶ Primo sic. Mai⁹ miraculū fuisset saciare tantā multitudinē de panib⁹ nouiter creatis quam de panib⁹ preexistentib⁹. sº vi-

detur ꝙ conuenientius saciasset illos de illis. ¶ Secundo sic. Panes illi saciare non poterant tantam multitudinem nisi multiplicati. sed multiplicatio non videtur possibilis. ergo ꝛc. Probatur minor sic. materia nõ potest trãsmutari de parua quantitate in magnam nisi per rarefactionem sicut ex vno pugillo aque generantur decem aeris. vel per alterius materie additionem. sed non est dicendum ꝙ per rarefactionẽ multiplicati sunt panes. vt patz. ergo oportebit dicere ꝙ per additionem exterioris materie ꝙ oportebit multum amplius esse ꝙ̃ quinqꝫ panes. cum ergo vnũquodqꝫ denominandũ sit a maiori parte videtur ꝙ non debeat dici quinqꝫ milia hominum saciatos esse ex quinqꝫ panibꝰ sed ex alia materia addita. ¶ Tercio sic. Si aliquis dicat ꝙ multiplicatio facta est panum sine additione cuiuscũqꝫ exterioris materie vel noue create. Contra. hꝰ videtur non bene intelligibile ꝙ aliquid sit in substantia maius sine additione alterius rei vt probat sanctus Tho. in prima parte. q. 92. ꝛ in secũdo scripto. dis. 18. ¶ In oppositum est euangelium presens. Respondeo. Dicẽdum ꝙ xp̄us conuenientius saciauit quinqꝫ milia hominum ex quinqꝫ panibꝰ qui reperti sunt in societate sua ꝙ̃ ex nouiter creatis. Patet conclusio. qꝛ licꝫ xp̄s potuerit pascere turbas ex panibus nouiter creatis. voluit tamẽ ex panibus preexistentibus multiplicatis illas reficere duplici ratione. Primo vt ostenderet sensibilia a diabolo nõ esse sicut manichei errantes dicunt. naꝫ si hꝰ verum esset deus non vteretꝰ sensibilibꝰ ad opus diuine laudis precipue cum ipse venerit vt dissolueret opera diaboli vt dicitur 1. Johan. 3º. Secunda ratio vt ostendat falsum esse ꝙ ipsi manichei dicunt scilicet doctrinam veteris testamenti non esse a deo sꝫ a diabolo. vt ergo ostenderet nõ esse aliam doctrinam noui testamenti ꝙ̃ que prefigurabatur et continebatur in doctrina veteris testamenti p̄existẽtes panes multiplicauit innuens ꝙ ipse est qui legem et perfecit et adimpleuit. Math. 5º. Non veni legem soluere sed adimplere. sic patet responsio ad primum argumentuꝫ oppositum. ¶ Ad secundam respondetur ꝙ hic est triplex modꝰ dicendi. Unus est ꝙ xp̄s panes multiplicauit per additionẽ materie nouiter create. Alius modus dicendi est ꝙ per additionẽ alterius materie in formaam panis inuisibiliter inducẽdo. ꝛ iste modus dicendi est sancti Tho. vñ sic dicit in tercia parte. Multiplicatio panum non est facta ꝑ modum creationis sed per additionez extranee materie i panes conuerse. Unde Augusti. dicit

super Johannem. Unde multiplicauit de paucis granis segetes inde in manibus suis multiplicauit quinqz panes. Manifestum est autem quod per conuersionem materie preexistentis grana multiplicantur in segetes. Eiusdem sententie est in prima parte. q. 92. et in secundo scripto dis. 18. Et ad probationem contra respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia materia que additur in panes illos conuertitur. et ideo ex illis panibus dicitur quinqz milia hominum saciasse. Tercius modus dicendi est quod multiplicauit in seipsis nihil nouiter creando nec aliquid addendo ad libitum sue diuinitatis. Istum modum dicendi tenent aliqui antiqui sicut Hugo de sancto victore. et magister sententiarum. et dominus Albertus magnus. quemadmodum dicunt corpus Eue formatum de costa Ade. Dicunt enim sicut deus potest de nihilo aliquid facere. ita potest modicum corpus in magnum conuertere. Sed istum modum improbat sanctus Tho. sicut intelligibile sicut dictum est in tercio argumento.

AD Secundam questionem sic proceditur Et videtur quod conuenientius saciasset xpus turbas illas ex panibus triticeis quam ordeaceis. ¶ Primo sic. In miraculo vini optimum vinum fecit ex aqua. ergo videtur quod conuenientiori modo debuit panes facere quam ex panibus ordeaceis scz de tritico et ex illis turbas saciare. ¶ Secundo sic. Illud miraculum eucaristiam singulariter significat. ergo videtur quod debuit turbas saciare de panibus frumenti cum talis sit materia sacramenti eucaristie et non de ordeo. ¶ Tercio. Illud quod fragmenta excreuerunt vsqz ad numerum. 12. cophinorum videtur esse ad quandam ostentationem. In oppositum est euangelium presens. Respondeo. Dicendum quod conuenientissime factum est quicquid a xpo factum est cum sit sapientia omnia suauiter disponens. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est iuxta Albertum quod aliud est hic et aliud est ibi. Illud enim miraculum de conuersione aque in vinum deseruiuit iocunditati nubentium. et ideo conueniebat aquam mutari in liquorem iocunditatem facientem. Illud autem deseruiuit necessitati communis turbe. et ideo a forma necessitati seruienti illum panem non mutauit maxime vt dicit Chriso. ne gule deseruire videretur. Preterea xpus noluit creare panes de nouo sed preexistentes multiplicauit vt miraculum esset magis notum. quia talis multiplicatio eorundem panum est magis perceptibilis quam creatio. ¶ Ad se

aliquam respondetur negando consequentiam. Et ratio est secundum Albertum. quia hoc miraculum est signum remotum eucaristie. et ideo expressam similitudinem in materia non habuit.

¶ Ad terciam respondetur quod xpus non fecit impleri illos cophinos ad aliquam ostentationem: sed vt ostenderet factum miraculum non esse fantasticum pro hoc quod collecte reliquie conseruate sunt. et alijs in cibum fuerunt. quod autem 12. cophini fragmentorum impleti sunt non a casu sed ex diuina dispositione impleti sunt secundum numerum 12. apostolorum signat vt dicit Albertus magnus. quod de reliquijs xpi que per quinque panes significant excrescet et doctrina apostolica in saturitatem mundi

AD terciam questionem sic proceditur. Et videtur quod xpus non fuit verus propheta. Primo sic. Prophetia videtur importare quandam obscuram et imperfectam noticiam secundum illud Numeri. 12. Si quis fuerit inter vos propheta domini per somnium aut per visionem loquar ad eum. sed xpus habuit plenam et perfectam noticiam ergo non fuit dicendus propheta. ¶ Secundo. Sicut fides est eorum que non habentur ita prophetia est eorum que non sunt presentia sed distant. Nam prophetia dicitur quasi procul fans. sed in xpo non ponitur fides nec spes ergo nec prophetia. ¶ Tercio sic. Propheta est inferioris ordinis quam angelus. sed xpus non est minoratus ab angelis secundum noticiam anime sed solum secundum corporis passionem, vt dicitur ad Hebre. 2. ergo videtur quod xps non fuit propheta. ¶ In oppositum est euangelium presens. Respondeo primo quod xpus inquantum fuit viator aliquo modo potuit dici propheta sicut dicitur Deutro. 18. Prophetam suscitabit tibi deus de fratribus tuis. et ipse de se dicit Mathei. 13. et Johan. 4. Non est propheta sine honore nisi in patria sua. Pro quo sciendum iuxta sanctum Tho. super Johannem. quod propheta dicitur videns. 1. Regum 9. Qui nunc dicitur propheta olim vocabatur videns. visio ad virtutem cognoscitiuam pertinet. In xpo autem fuit triplex cognitio. scilicet sensitiua et secundum hanc habuit aliquam similitudinem cum prophetis inquantum in ymaginatione xpi formari potuerunt alique species sensibiles quibus futura vel occulta presentarentur. precipue propter passibilitatem que sibi conueniebat secundum statum viatoris. Item fuit in xpo cognitio intellectiua. et quantum ad hanc non habuit similitudinem cum prophetis. sed est etiam super angelos quia erat comprehensor excellentius quam aliqua creatura. Item fuit in eo cognitio diuina. et quantum ad hanc

fuit pphetarum et angelorum inspiratorum. cum oīs cognitio causetur per participationē diuini verbi. Albertus vero super Johānē dicit q xp̄us proprie non dicit propheta nisi quo ad hoc q imobile ē om̄e qđ xp̄s enūciat Marci. 13. Verba mea non transibūt Ad rōes in oppo. Ad primaz respondet negando assumptum et ad pbationem dicendū scđm sāctum Tho. in tercia parte. q p illa verba non ostenditur esse de ratione pphetie enigmatica cognitio. scz q̄ est per somnium. q2 alii qui in visione perceperunt diuina vt Moyses qui palam et nō per enigmata deum vidit et tamē dicitur est ppheta. vt ptz Deutro. vlti. Non surrexit vltra propheta in israhel sicut Moyses. Poī 2° responderi iuxta superius posita q et si xp̄us habuit plenam et perfectam noticiaz quantuz ad partem intellectiuam. habuit tñ in parte ymaginatiua quasdaz similitudines in quibus etiaz poterat speculari diuina. nō enīz solum erat comprehensor sed etiaz viator ¶ Ad secundam respondetur negando pñam. Et rō est. q2 non est simile. q2 fides est eorum que non habentur ab ipso sperante. sed prophetia est eoruz q̄ sunt procul a cōmuni omnium sensu cum quibus propheta conuersatur et communicat in statu vie. et ideo fides et spes repugnant perfectioni beatitudinis xp̄i nō autem prophetia. ¶ Ad terciam respondetur negando consequētiam. Et ratio est. quia angelus cum sit comprehensor est supra pphetam qui est purus viator. nō autem supra xp̄m qui simul fuit viator et comprehensor.

IN Dominica in passione

IN Dominica in passione est euangeliuz. In illo tempore. Dicebat Jhesus turbis iudeoruz. Johan. 8°. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. ¶ Prima est. Utrum xp̄us potuit redargui de aliquo peccato. ¶ Secunda est. Utrum xp̄us debuit sine offensione iudeis predicare. Tercia est. Utrum sit veruz q Abraham vidit diem xp̄i.

AD primam sic proceditur. Et videtur q xp̄us potuit redargui de aliquo peccato. ¶ Primo sic. In xp̄o fuit peccatum. ergo potuit redargui de peccato. consequentia est bona. assūptuz pbatur. Dicitur enim in psal. 21. ex psona xp̄i. Deus deus meus vt quid dereliquisti me longe a salute mea vba delictorum meorum. g° videtur q in xp̄o fuerunt delicta. ¶ Secūdo sic. Dicit apostolus ad Roma. 5° q in Adam oēs peccauerunt. s. q2 in eo oēs originaliter fuerūt. sz xp̄s fuit etiaz originaliter in eo. g° in ipso peccauit. ¶ Tercio sic. Dicitur. 2. ad Cor. 5° q deus tū qui

non nouerat peccatum. scz xpm pro nobis fecerat peccatuz. sed illud verum est qd a deo factum est. ergo in xpo fuit aliquod peccatum ¶ In oppositum est euangelium presens vbi Christus ait Quis ex vobis arguet me de peccato. vbi dicit glo. cum nullus possit arguere. Respondeo. Dicendū sub ista conclusione. In xpo nullum fuit peccatum nec originale nec actuale. Ista conclusio patet Petri. 2º dicitur de eo qui peccatuz non fecit nec inuentus est dolus in ore eius. et per consequens de nullo peccato redargui potest. Ueritas huius conclusionis sic ostenditur ex tribus propter que xpus suscepit defectus nostros. Primo vt pro nobis satisfaceret. et ex hoc patet q defectuz peccati non assumpsit nec debuit. quia peccatum nihil operatur ad satisfactionem quinimo virtutem satisfactionis impedit. quia dicitur Eccl. 34. Dona iniquorum non probat altissimus. Secūdo assumpsit defectus nostros vt veritatem humane nature comprobaret. Et ex hoc etiaz ostenditur q peccatum assumere non debuit. quia ex peccato non demonstratur veritas humane nature. quia peccatum non pertinet ad humanam naturam cuius deus est causa, sed magis ē contra naturam per seminationem diaboli introductum. vt Damascenus dicit. Tercio assumpsit xpus defectus nostros vt nobis exemplū virtutis pberet. ex qua parte manifeste patet conclusio. quia peccator exempla virtutis pbere nō potuit cum peccatum contrariatur virtuti. Unde xps nullo modo assumpsit defectū peccati originalis nec actualis. fuit enim agnus sine macula quacunqz.

¶ Ad rationes in oppositum. Ad primaz respondetur. q sicut dicit Damascenus in. 3º libro dupliciter dicitur aliquid de xpo. Uno modo secundum proprietatem naturalem et hypostaticaz vt dicitur factus est homo et pro nobis passus est. Alio modo secundum proprietatem personalem et habitudinalem prout scilicet aliqua dicuntur de xpo in persona nostra que sibi secunduz se nullo modo conueniunt. Unde et inter. 7. regulas Ticonii quas ponit Augusti. in tercio de doctrina xpiana. Prima ponitur de domino et eius corpore cum scilicet xpi et ecclesie vna persona estimatur. et secundum hoc xpus ex persona membrorum suorum loquens dicit verba delictorum meorum. non q in ipso capite delicta fuerint. Unde glo. super psal. dicit sic. dicit xpus in persona veteris hominis que peracta sunt delicta sunt causa quare tu longe es a salute mea ¶ Ad secundaz respondetur negando minorem si per ly origialiter intelligat q fuerat in Adam secundum se

minalem rationem. Pro quo nota ꝙ sicut dicit Augusti.10.sup Gen̄.ad litteraꝫ. Non omni mō xp̄us fuit in Adam ⁊ in aliis patribus quo nos ibi fuimus. nos enim fuimus in Adam sꝫᵠ rōeꝫ seminalem ⁊ sꝫᵠ corpulentaꝫ substantiam: qꝛ scꝫ vt ipse dicit. cum sit in semine visibilis corpulētia ⁊ visibilis ratio vtrūqꝫ currit ex Adam. sed xp̄s visibilem carnis substantiam de carne v̄ginis sūpsit. ratio vero conceptionis eius non a semine virili sed longe aliter ⁊ insuper venit. vnde non fuit in Adam sꝫᵠ seminalem rationē sed solum sꝫᵠ corpulentam substantiam. ⁊ ideo xp̄us non accepit actiue ab Adam humanam naturam sed solum materialiter actiue vero a spiritu sancto sicut ⁊ ipse Adam materialiter sumpsit corpꝰ de limo terre actiue autem a deo. ⁊ propter hoc xp̄s nō peccauit ab Adam i quo fuit solum secundum materiam. Ad terciam respondetur negando ꝯsequentiam. ⁊ ad dictum apostoli respondetur ꝙ cuꝫ dicit᷑ ꝙ xp̄s fecit peccatum non est intelligendum ꝙ in se haberet aliquid pec cati sed ꝙ fecit hostiam pro peccato. sicut Osee. 4º dicitur. Peccatum populi mei comedent scꝫ sacerdotes qui secundum legem comedebant hostias pro peccato oblatas. ⁊ secundum hūc modum dicitur Isa. 53. ꝙ deus posuit in eo iniquitates omniū nostrorum quia scꝫ eum tradidit vt esset hostia pro peccatis omniuꝫ hominuꝫ. Vel respondetur ꝙ deus fecit eum peccatum. i. habentem similitudinem carnis peccati vt dicitur ad Roma. 8º ⁊ hoc propter corpus passibile ⁊ mortale quod assumpsit.

AD Secundam questionem sic proceditur Et videtur ꝙ xp̄us debuit sine offensione iudeis predicare. q᷑ xp̄us non videtur obseruasse in presenti euangelio. ¶ Primo sic. Dicit Augustinꝰ in libro de agone xp̄iano. In homine Ihū xp̄o se nobis ad exemplum vite prebuit filius dei. sed nos debemus vitare non solum offensioneꝫ fidelium sed etiam infidelium. secundum illud. 1. Cor. 10. Sine offensione estote iudeis ⁊ gentibus ⁊ ecclesie dei. ergo videtur ꝙ xp̄us etiaꝫ in sua doctrina offensionem iudeorum vitare debuit ¶ Secundo sic. Nullus sapiēs debet facere vnde effectū sui operis impediat. sed per hoc ꝙ xp̄s sua doctrina iudeos turbauit impediebatur effectus doctrine eiꝰ dicitur enim Luce. 11. Quod cuꝫ phariseos ⁊ scribas reprehenderet ceperūt grauiter resistere et os eius opprimere insidiantes ei et querentes aliquid capere ab ore eius vt accusarent euꝫ. non ideo videtur conueniens fuisse ꝙ xp̄s in sua doctrina iudeos offende

ret. ¶ Tercio. dicit Apostolus. i. Thimo. 5°. Seniorem ne increpaueris sed obsecra vt patrem: sed sacerdotes et principes iudeorum erãt illius populi seniores. ergo videtur q͛ nõ fuerunt dictis increpationibus arguendi. Oppositũ habetur in euangelio presenti.

Respondeo. Dicendum. q͛ xp̄s conuenienter in predicatione sua quandoq3 offendit iudeos. que conclusio probatur primo per illud; quod Isa. 8°. fuit prophetatum. q͛ xp̄us esset in lapidem offensionis et in petram scandali duobus domibus israhel. Conuenientia autem conclusionis ostẽditur sic. Salua multitudinis p̄ferenda ẽ paucitati quorũ cumq3 singularium hominum. et id quãdo aliqui sua peruersitate multitudinis salutem impediunt non est cauenda eorum offensio a p̄dicatore vel doctore ad hoc q͛ multitudini salutis prouideatur. Sic est autẽ q͛ pharisei et scribe et principes iudeorum sua malicia plurimum impediebant populi salutem. Tum quia impugnabãt xp̄i doctrinam per quam solam poterat esse salus. Tum qr prauis suis moribus vitam populi corrumpebant. et ideo non obstãte eorum offensione dominus publice veritatem docebat quam illi odiebant et eorum vicia arguebat et ideo dicitur Mathei. 15. q͛ discipuli domino dicentibus. Scis qr iudei audito hoc verbo scandalisati sunt. respondit. Sinite illos. ceci sunt et duces cecorum. si cecus ceco ducatum prestet ambo in foueam cadunt ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primã respõdetur q͛ homo sic debet esse sine offensione omnibus vt nulli det suo facto vel dicto minus recto occasionem ruine. et ita fecit xp̄us. si tamen de veritate scandalum oriatur magis est sustinẽdum q̄ q͛ veritas relinquatur. vt Gregorius dicit. ¶ Ad secundam respondetur q͛ minor ẽ falsa. nam per hoc q͛ xp̄us publice phariseos et scribas arguebat nõ impediuit sed magis promouit effectum sue doctrine. quia cum eorum vicia populo innotescebãt minus aduertebãtur verba phariseorum et scribarum qui semper doctrine xp̄i obsistebant. ¶ Ad terciam respondetur q͛ illud dictum apostoli est intelligendũ de illis senioribus qui non solũ etate vel etiam auctoritate sed etiã honestate sunt senes. secundum illud Numeri. 11. Congrega mihi septuaginta viros de senioribus israhel quos tu nosti q͛ senes populi sunt. Si autem auctoritatem senectutis in instrumentum malicie vertant publice predicando sunt manifeste et acriter arguendi. sicut Daniel dixit Daniel. 13. O inueterate dierum malorum

AD terciam questionem sic proceditur. Et

videtur q Abrahaȝ non vidit
diem xpi. ¶ Primo sic. Abrahā
solum credidit dieȝ xpi. ergo fal
sum est q vidit. ɔña est nota. di
cit enim Augusti. q fides ē qua
creduntur que non videntur. et
Grego. dicit q visa non habent
fidem sed agnitionem. ¶ Secun
do sic. Cum ens ꝛ verum conuer
tantur id qd' nondum erat in re
ruȝ natura non potest esse obiec
tum intellectus Abrahe. sȝ tem-
pore Abrahe nondum erat dies
natiuitatis xpi. vñ dicunt ange
li Luce. 2º. Hodie natus est vo-
bis saluator mundi ¶ Tercio ar
guitur ex euāgelio Luce. 10. vbi
xps conuersus ad discipulos ait
Multi reges ꝛ prophete volue-
runt videre que vos videtis ꝛ ñ
viderunt. ergo videtur q nec ipse
Abrahaȝ vidit qd' alii pphete
non viderunt. ¶ In oppᵒ ē euā
gelium presens. Rñdeo. Dicen-
dum sub ista conclusione q verȝ
est q Abrahaȝ vidit in spiritu
sive cognouit per fidem dieȝ eter
nitatis xpi ꝛ diem incarnationis
eiusdem. Ista conclusio ponitur
in glo. presentis euangelii que ē
beati Augusti. q sic dicit. Diem
videre meum incertum est an di
em temporalem quo erat ventu-
rus in carnem an diem eternita-
tis. sed vtrūqȝ Abrahaȝ vidit.
vnde ineffabile gaudiū illi. quā
ti enim est videre verbū ante pa
trem ꝛ q ipsum caro factū ē: hec
glo. probatur ergo cō clusio quo
ad ambas partes. et primo q vi
dit diem eternitatis xpi. de quo
dicitur in psal. Ego hodie genui
te. de quo sic dicit Grego. i ome
lia presentis euāgelii. Tūc quip
pe diem domini Abrahaȝ vidit
cum in figura summe trinitatis
tres āgelos hospitō suscepit. qui
bus profecto susceptis sic tribus
quasi vno locutus est. qꝛ et si in
personis numerus est trinitatis i
natura ē vnitas diuinitatis. Qꝫ
vero vidit diem aduentus filii
in carnem ostenditur ex tribus.
Primo qñ dictum est ei. In semi
ne tuo benedicentur oēs gentes
terre. Geñ. 26. Secundo ex iura
mento qd' exegit a seruo suo He
leazar. nam Geñ. 24. ait. Pone
manum tuam super femur meuȝ
ꝛ iura mihi per deum celi ꝛ terre
ex quo vt Gregorius dicit. signi
ficabatur q de femore eius pro-
cessurus erat secunduȝ carneȝ de
us celi. Tercio ostenditur q vi-
dit dieȝ xpi quando in immola
tione Isaac prefiguratam cogno
uit passionem xpi. propter quod
locus ille dictus est. deus videt.
vt dicitur Geñ. 22. quia deus fe
cit videre Abrahaȝ occultum
xpi misterium. ¶ Ad rationes
in oppositum. Ad primaȝ respō
detur q visio sumitur dupliciter
scilicet large pro cognitione. secū
dum q dicitur. 1. Cor. tredecimo
Videmus nunc per speculuȝ in
enigmate. Alio modo stricte. et
sic dicitur noticia per demonstra

tionem probata. sic etiam distinguitur contra fidem. secundum illud ad Hebre. 11. Fides est argumentum non apparentium. visio autem capitur hic primo modo prout scz accipitur large pro cognitione. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam de cognitione fidei. Et ratio est. quia vt dicit Augusti. Videntur presentia sed creduntur absentia propter quod etiam fides similatur auditui quia de absentibus est. sicut auditu cognoscimus que cum sint absentia nobis recitantur.

¶ Ad terciam respondetur quod auctoritas illa intelligitur de visione corporali quam habebant de xpo discipuli sui. bene creditur quod inter hos qui desiderabant sic diem xpi videre fuerit Abraham. quia ab ipso donum redemptionis expectabat.

IN dominica ramis palmarum legitur passio xpi secundum Math. Circa quam possunt hec disputari. ¶ Primo Utrum alius possibilis fuerit et conuenientior modus liberationis humani generis quam per passionem xpi. ¶ Secundo. Utrum conuenienter xpus tali die voluit cum regali honore intrare iherusalem

AD primam questionem sic proceditur. Et videtur quod fuerit alius possibilis modus et conuenientior. Primo sic. dicitur Luce. 1º Non erit impossibile apud deum omne verbum. ergo quocunque alio modo potuisset nos liberasse. ¶ Secundo sic. dicit Augusti. 13. de trini. Istum modum quo nos per mediatorem dei et hominis hominem Ihesum xpm deus liberare dignatur asserimus bonum et diuine dignitati congruum. verum etiam ostendamus alium modum possibilem deo fuisse cuius potestati cuncta equaliter subiacent. ¶ Tercio arguitur de conuenientiori. Si enim xpus subiisset mortem naturalem nihilominus genus humanum redemptum fuisset quia mortem soluisset quam non debebat et hoc fuisset sine omni peccato alicuius. ergo videtur quod hic modus fuit conuenientior quia vnumquodque tanto est conuenientius quanto ad ipsum pauciora inconuenientia sequuntur ¶ Quarto. conuenientissimum videtur quod ille qui violenter et iniuste detinet aliquid per superioris potentiam spolietur. sed diabolus nullum ius in homine habebat quem per fraudem deceperat et per quandam violentiam seruituti subiectum detinebat. ergo videtur conuenientissimum fuisse quod xpus diabolum per solam potentiam spoliaret absque sua passione. ¶ In oppositum est euangelium presens in quo dicit Mathei. 26. Pater si non potest transire calix iste nisi bibam illum fiat

Amen pax mea

voluntas tua. super quod verbum tractans Anselmus libro. Cur deus homo. dicit. non potuit transire calicem nisi biberet. non quia mortem vitare nequiuerit sed quia aliter mundus saluari non posset. ergo videtur quod alius modus non fuerit possibilis. ¶ Secundo sic dicit Augusti. in. 13. de trinitate. Sanande nostre miserie conuenientius alius modus non fuit quam per xpi passionem. ¶ Respondeo. Dicendum circa possibilitatem quod aliquid dicitur possibile vel impossibile dupliciter. Uno modo simpliciter et absolute. Alio modo ex suppositione. Qua diuisione posita sit ista prima conclusio. Simpliciter et absolute loquendo possibile fuit deo alio modo hominem liberare quam per passionem xpi. quia vt dicitur non est impossibile apud deum omne verbum. Luce. 1°. Secunda conclusio. Loquendo de possibili ex aliqua suppositione facta non est possibilis alius modus liberationis humani generis quam per passionem xpi. Ista conclusio patet primo. quia est impossibile prescientiam dei falli et eius voluntatem seu dispositionem cassari. sed prescientia dei et voluntas dei fuit quod genus humanum hoc modo liberatur. ergo facta hac suppositione fuit impossibilis alius modus liberationis ¶ Secundo sic. Fictio non potest subesse falsum. sed antiqui patres crediderunt xpm passurum. ergo non potuit esse quin pateretur. Circa conuenientiam istius modi sit ista conclusio tercia. Ex parte nostra conuenientior modus esse non potuit quam per passionem xpi. sed tamen deo non aufertur potentia quin potuisset alium conuenientiorem modum elegisse cuius potentia limitata non est sed hoc esset secundum alium ordinem rebus impositum. Ista conclusio sic declaratur. Tanto aliquis modus conuenientior est ad consequendum finem quanto per ipsum plura concurrunt que sunt expedientia fini per hoc autem quod homo per passionem xpi est liberatus multa concurrunt ad salutem hominis pertinentia preter liberationem a peccato. Primo enim per hoc homo cognoscit quantum deus diligit hominem. et per hoc prouocatur ad eum diligendum in quo perfectio humane salutis consistit. vnde apostolus dicit ad Roma. 5°. Commendat deus caritatem in nobis. quoniam cum peccatores essemus xpus pro nobis mortuus est. Secundo. quia per hoc dedit nobis exemplum obedientie humilitatis. constantie. iusticie: et ceterarum virtutum in passione xpi ostensarum que sunt necessaria ad humanam salutem. Unde dicitur. 1. Petri. 2°. xpus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius. Tercio. quia hoc

ad maiorem dignitatez cessit. vt
sicut homo vict⁹ fuerat ⁊ decep
tus a diabolo: ita etiam homo
esset qui diabolum vinceret. et si
cut homo mortem meruit ita ho
mo moriendo mortem superaret
vt patet. i. Cor. 15. Deo gracias
qui nobis dedit victoriam ꝑ ihe
sum christum. ⁊ ideo convenien-
tius fuit vt per passionem xpi li
beraremur q̄ per solam volunta
tem dei. ¶ Ad rationes in op-
positum. Ad primam ⁊ secūdaz
respondetur q̄ loquuntur de pos
sibili simpliciter ⁊ absolute. hoc
enim modo alius mod⁹ fuit pos
sibilis. ¶ Ad terciam respon-
detur dupliciter. Primo negan-
do consequentiam. Et ratio est.
quia xpus pro omnibus pecca-
tis quantum ad sufficientiaz de
buit satisfacere nō soluz pro ori
ginali sed etiam pro actuali pro
quo infligitur violenta mors. et
ideo vt sua satisfactio vtrunqz
peccatuz comprehenderet: decēs
fuit vt morte turpissima quātuz
ad genus mortis moreretᷣ. vt sic
non soluz sub angelis descende
ret per mortem sed etiam sub ho
minibus per genus mortis quā
tum ad acerbitatem ⁊ turpitudi-
nem. nec peccatum aliorum ali-
quid de convenientia satisfacti-
onis admit. quia satisfactio nō
est ex parte infligentiuz passionē
sed ex parte pacientis. Secundo
respondetur etiaz negando con
sequentiam. Et ratio est. q2 sicut
dicit Criso. Christus n̄ suā mor
tem quā non habebat cuz sit vi
ta sed hominis mortem venerat
consumpturus. vnde non ꝓpria
morte corp⁹ deposuit: sed ab ho
minibus illatam sustinuit. si etiā
egrotasset corpus eius ⁊ in ꝯspec
tu omnium solveretur: inconve-
niens erat eum qui aliorū lan-
guores sanaret habere propriuz
corpus affectuz languoribus eti
am si absqz alio morbo seorsum
aliter corpus deposuisset ac deīn
de se offerret ⁊ non crederetur ei
de resurrectione differenti. quo-
modo enim pateret xpi in morte
victoria nisi coram omnib⁹ eaz
patiens per interruptionem tem
poris probasset extinctaz. ¶ Ad
quartam respondetur negando
ꝯñaz. Et ratio est. q2 licet diabo
lus iniuste invaserit hominez: ta
men homo ꝑ peccatuz iuste erat
sub servitute diaboli derelict⁹ a
deo. ⁊ ideo conveniens fuit vt ꝑ
iusticiam homo a servitute dia-
boli liberaretur xpo satisfaciente
pro ipso per suā passionem. Fuit
etiam hoc conveniens ad vincē
dam superbiam diaboli qui est
destructor iusticie ⁊ amator pec-
cati. vt xps vinceret ⁊ hominez li
beraret: non per solam potentiaz
divinitatis sed etiam per iustici-
am ⁊ humilitatem passionis. vt
Augusti. dicit. 14. de trini.

AD Secundam
questionez sic proceditur

Et videtur q̃ non fuit conueni/
ens q̃ xp̃us intraret nunc iheru/
salem cum regali honore. ¶ Pri
mo sic. Legim⁹ Johan. 6º. q̃ xp̃s
fugit in montem q̃ñ vidit q̃ ho
mines illi quos de quinq̃z pani
bus ꝛ duobus piscibus saciaue/
rat venturi erant vt facerent euz
regem. ergo videtur q̃ inconue/
nienter nunc a turbis honorem
regalem sibi impendi permisit.
¶ Secũdo sic. Conuersatio xp̃i
debuit esse vniformis. sed alijs
vicibus quibus intrauit iheru/
salem non intrauit hoc modo s̃z
per pedes ꝛ sine turbarum laudi
bus ꝛ cum ramis. ergo videt̃ q̃
nunc non conuenienter intrauit
¶ In opp̃ᵒ est euangelium pre/
sens. Rñdeo. Dicendũz sub illa
conclusione q̃ conuenientissime
xp̃s intrauit nunc iherusalem il/
lo modo qui describitur in euan
gelio. que cõclusio ostenditur in
singulis circumstantijs aduent⁹
sui in iherusalem. Primo quidẽ
dicitur. Cũz appropinquaret ihe
sus iherosolimis. Cõueniẽs enĩ
fuit q̃ xp̃s passur⁹ appropinqua
re voluit loco passionis vt p̃ hᵒ
claresceret q̃ non inuitus s̃z spõ
te pateretur. secundũz illud Isa.
53. Oblatus ẽ q̃ꝛ ipse voluit. Se
cundo vt dicit Beda. ante quin
q̃z dies pasce venire voluit. sicut
ex Johan. euangelio didiamus.
vt per hoc etiam ostenderet se es
se agnum immaculatum qui tol
leret peccata mundi. Agn⁹ quip
pe pascalis cuius immolatione
populus israhel est ab egyptia/
ca seruitute liberatus / ante quin
q̃z dies pasce. id est decima die
mensis primi iubebatur tolli. 14
autem luna ad vesperum iussus
est immolari. significãs euz qui
nos suo sanguine redempturus
ante quinq̃z dies pasce. id est ho
dierno die magno precedentiũz
sequentiumq̃z populorum gau/
dio ꝛ laudatione deductus ve/
nit in templum dei. Tercio. vt
idem dicit Beda. sic a turbis rex
appellari voluit vt per hoc au/
ditus quisq̃z cognosceret ipsum
esse regem quem sic prophetiaꝝ
tantum olim premissa significaue
rat Zach. 9º. dicens. Dicite filie
syon. idest iherusalem. ecce rex tu
us venit tibi mansuetus sedens
super asinam ꝛ pullum filiũz sub
iugalis. vbi dicit Albertus mag
nus. Christus describitur ab oc/
to ¶ Primo. ab euidentia veni/
entis cum dicitur. Ecce. Isa. qua
dragesimo. Videbit omnis ca/
ro salutare dei. Secũdo. a dig/
nitate potestatis ibi. Rex. Isate
tricesimotercio. Dominus legi/
fer noster deus rex. Tercio. con
naturalitate hominis ibi. Tuus
quia cõnaturalitatẽ habuit cũz
iudeis per humanitatẽz assump
tam. Isate nono. Paruulus na/
tus est nobis ꝛc. ¶ Quarto ap/
propinquatione amoris ibi. Ve
nit. Prouerbiorum octauo. De/
licie mee solent esse cum filijs

hominum. Quinto. ab vtilitate operis redemptionis. cum dicit᷑ tibi. id est ad vtilitatem tuam. Sexto. ab optimo habitu cordis cum dicitur. mansuet᷒. Mathei II. Discite a me quia mitis sum ꝛc̄. Septimo. a quiete regiminis cum dicitur. sedens. Quies regiminis in quo non regnauerat ꝯcupiscentia sed residet tranquilla sapientia. Ysaie decimosexto. Preparabitur in misericordia solium eius ꝛc̄. Octauo. ab humilitate conuersationis ⁊ a simplicitate subiectionis cum dicit᷑ Super asinam. Ecce simplicitas sine duplicitate fastus seculi. hoc autem non sic intelligendum est ꝙ sederit super vtrunqꝫ simul sꝫ successiue. quia primo sedit sup̱ pullum qui tamen nō erat domin᷒ quia adhuc non erat applicat᷒ humanis vsibus vt habet᷑ Marci. II. ⁊ Luce. 19. ideo sedit postea super asinam. hoc autem factum est in figura quia per pullum significabatur populus ĩgētilis qui non fuerat subiectus iugo legis per asinam vero populus iudaicus qui laborauerat ĩ lege. Ad hoc autem veniebat xp̄s vt vtrũqꝫ populum subiugaret sibi per fidem catholicam. ⁊ sic xp̄us adimpleuit hoc qđ celebri fama diuulgatum erat. Zacha. 9° ꝙ ventu rus esset in iherusalem in paupertate et humilitate sedens sup asinam ⁊ pullum eius vt dictuꝫ est. quia vero similiter prophetatum erat per Zachariam ꝙ ĩ aduentu xp̄i in iherusaleꝫ super asinam ⁊ pullum ciuitas iherosolimā exultaret ⁊ letaretur. hoc adimpletum est et hoc in trib᷒. Primo quia dicitur ꝙ plurima turba strauerunt vestimenta sua in via ⁊ hoc fuit in signum exultationis ⁊ honoris ꝙ ne asina ⁊ pullus offēderent pedes suos ad lapides. Secundo in eo ꝙ dicitur alii scindebant ramos de arboribus ꝛc̄. viriditas ramoꝝ erat signuꝫ leticie ⁊ exultationis. Tercio in eo ꝙ dicitur ꝙ clamabāt dicētes Osanna. id est salua nos obsecro salute celesti. ⁊ sic omnia conuenientissime sunt impleta.

¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. aliud eniꝫ est sumere ab hominibus dignitatem regiam quod non conueniebat xp̄o qui erat omnis terre deus ⁊ rex regum ⁊ princeps regum terre. aliud est suscipere honorem sibi debitum ⁊ a prophetis denunciatum. ¶ Ad secundam respōdetur negando consequentiam. Et ratio est. quia honor erat prophetatus exhiberi et illo tempore ⁊ non alio. et ideo voluit tunc ⁊ non ante. nec ꝓpter hoc fuit veritas facta aliqua in eius cōuersatione sicut nunc in rege qui in primo ingressu ciuitatis suscipitur cum honore aliquo cuꝫ quo non suscipitur aliis vicibus quibus ingreditur.

Feria secuñda legitur euangelium. Ante sex dies rc. Johan. 12. Circa q̄d possunt hec disputari. ¶ Primo Utrum conueniens fuit vt xp̄s super caput suum vnguentū tā ti precii superinfundi permitteret ¶ Secundo. Utrum xp̄us loculos cum pecunia secum portari permiserat. ¶ Tercio. Utrū conueniēter loculos pecunie portando Jude cōmiserit.

Ad primam sic proceditur. Et videt̄ q̄ non fuit conueniens q̄ xp̄us vnguentū tanti precii super caput suum superinfundi permitteret. ¶ Primo. quia hoc ad lasciuiā quandam spectare videtur. ¶ Secundo. quia visum ē omnibus discipulis inconueniens. vn̄ aiunt. Ut quid perditio hec. potuit enim venundari et dari pauperibus. ¶ Tercio sic. Hoc enim non videtur conuenire doctrine quam xp̄us docuit in qua commendat misericordiā maxime ¶ In oppositum est euangelium presens. Respondeo. Dicendū q̄ conuenienter xp̄us permisit super caput suum superinfundi predictum vnguentum. Unguentum autē dicitur hic liquor preciosus de re aromatica expressus. sicut aqua rosacea exprimitur ex rosis. Ista conclusio patet ex duobus. Primo ex commēdatione operis facti. vnde xp̄us in excusatione facti quam fecit dicit. Quid molesti estis huic mulieri? quasi diceret sine causa. bonum enim opus operata ē in me nā pauperes semper habebitis vobiscum. quasi diceret. semper potestis recuperare ad faciendū illis elemosinam. me autem non semper habebitis visibiliter vobiscum conuersantem. Ecce q̄ dicit bonum opus id fuisse. Secūdo patet ex commendatione mulieris cū ait. Amen dico vobis q̄ vbicunq̄ predicatū fuerit hō euangelium dicetur q̄ hoc fecit in memoriam. i. ad laudem eius recitabitur tanq̄ factum virtuosū. Secundo nota q̄ multa bona fiunt de quibus si peteretur consilium anteq̄ fiant non sineremus q̄ fierent. quia forte fieri possent meliora. postq̄ tamē iā incipiunt fieri dū bona sunt nō sunt prohibenda. Et vt dicit Crisosto. Forte Jhesus anteq̄ mulier effudisset vnguentum elegisset potius dare pauperibus. nūc vero quia iam factū erat prohibētes comprimit dicens. Sinite illam. i. nolite prohibere. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negādo assūptum. Pro quo nota. q̄ vt dicit Augustin⁹ de doctrina xp̄iana. aliter estimatur aliquid in persona communi. aliter in persona prophetica. quia in persona cōmuni estimatur secundum factum. In persona prophetica secundū

sui significationem. nunc dico q
illa perfusio vnguenti in persona
communi significaret lasciuiam.
In persona prophetica significa-
tionem. vnde xp̄s permisit illud
vnguentum superinfundi ꝓpter
significationem. significat enim
sepulturam xp̄i vt ipse dicit. Ad
sepeliendum me hoc fecit. quasi
diceret. In hoc facto prefigurat
sepultura mea futura de propin
quo. ¶ Ad secundam respōdet
negando consequentiam. nec iu
dicium discipulorum comparan
dum est iudicio xp̄i. vnde xp̄us
refellendo argumenta eoꝝ dixit
eis. Uos potestis recuperare ad
benefaciendum pauperibus sed
non potestis recupare ad vngen
dum me corporaliter. quia me ñ
semper habebitis scilicet presētia
corporali ad habitandum vobis
cum in carne passibili que indi-
get tali vnctione. Per hoc patet
q aliquod opus minus necessa
rium potest preponi magis neces
sario quando iminet casus quo
illud minus necessarium non po
test alias recuperari. ¶ Ad ter
ciam respondetur negādo assūp
tum. Nec enim vnctio cū fuerit
opus pietatis ꝛ misericordie exhi
bita xp̄o in nullo derogat doctri
ne xp̄i de exhibēda misericordia
sed magis consonat.

AD Secundam
questionē sic proceditur
Et videtur q xp̄s inconueniēter
loculos secum portare permisit.
¶ Primo sic. Non fuit conue-
niens xp̄o portare quod aliis ꝓ-
hibuit. sed aliis scꝫ discipulꝰ suis
ꝓhibuit portare pecunias Ma-
thei. 10. Nolite possidere aurum
nec argentum nec pecuniaꝫ in zo
nis vestris nec peram in via. ḡo
ꝛc. ¶ Secundo ex illo Math.
6º. Ne solliciti sitis anime vestre
quid manducetis nec corpori ve
stro quid induamini. vbi manu-
feste prohibet loculos habere.
¶ Tercio. Id eꝫ arguitur ex illo
Math. 6º vbi ipse prohibet de
crastino cogitare dicens. Nolite
solliciti esse in crastinum. sed qui
prohibet de crastino cogitare ꝓ-
hibet loculos habere. ergo ꝛc.
¶ In oppositum est euangeliuꝫ
presens. Et Augusti. sup Iohan
nem. ꝛ habetur. q. 22. c. exemplū
Respondeo. Dicendum q con-
ueniens fuit vt xp̄us loculos ha
beret in quibus reponerentur ne
cessaria in custodiam que admi
nistrabantur sibi a fidelibus in
sustentationem suam et suorum.
Ista cōclusio habetur in multis
locis. Pro quo notandum sicut
plenius notauimus super decre-
to in predicto capi. exemplum. q
quadruplici causa xp̄us loculos
habuit. Primo ad sustentationē
pauperum. vt dicit Hiero. super
illud Iohan. 13. Deus non peraꝫ
inquit nec virgam nec es iubēs
deferri/marsupiuꝫ ferebat ad in
opium ministerium. hoc estimā-

uerunt discipuli cum dixit Jude
q̄d facis fac cito. vt aliquid in
opibus daret. Secundo conue
nienter dicitur habuisse loculos
vt haberet vnde emeret necessa
ria ad vsus suos ⁊ suorum prop
ter imminentem necessitatez tali
de causa habuit loculos quādo
transiuit per samariam sicut legi
tur Johan. 4°. Samaritani eni
erant inhospitales iudeis. vnde
dicitur Luce. 9°. q cum venit in
iherusalem samaritani noluerūt
euz recipere. Et hac de causa dis
cipulis habere permisit loculos.
vnde Luce. zz. dicitur. Quādo
misi vos sine baculo ⁊ pera nū
quid aliquid defuit vobis? at il
li dixerunt. nihil. dicit ergo eis.
sed nunc qui habet sacculuz tol
lat similiter ⁊ peram. vt dicit que
dam glo. In hoc dat nobis exē
plum vt nonnunꝙ causa instāte
de nostri rigore propositi intermit
tere possumus. Tercio conueni
enter xp̄s habuit loculos causa
condescensus infirmis dans eis
exemplū vt sibi prouideant. For
te enim nisi xp̄us loculos habu
isset putaret aliquis peccatū esse
si sibi in posterum necessaria pro
uideret. vnde Augusti. i li. de ser
mone domini in mōte dicit. Hoc
autem dico vehementer cauen
dum est ne forte cum videris ali
quez seruum dei ꝓuidere ne ista
necessaria desint vl̄ ei vl̄ eis quo
rum cura ei commissa est iudice
mus eum contra preceptum do
mini facere ⁊ de crastino esse sol
licitum. Nam dn̄s cui ministra
bant angeli ꝓpter exemplum ne
quis postea scandalizaretur cuz
aliquez seruoꝝ eius animaduer
tisset ista necessaria procurare lo
culos habere dignatus est vsib⁹
necessariis quicquid opus fuisset
preberetur. Quarto conuenīter
xp̄s loculos habuit. vt dicit Au
gusti. super Johannē. ⁊ habet in
prefato. c. exemplum. Exemplum
dn̄i accipite conuersantes in ter
ra. quare habuit loculos cui an
geli ministrabant nisi q2 ipi⁹ ec
clesia loculos habitura erat.
¶ Ad rationes in opp⁹. Ad pri
mam respondetur negando con
sequentiam. Et rō est vt dicit Al
bertus magnus. Non prohibuit
portare aurum ⁊ argētum siue lo
culos, nisi quādo misit ad iude
os apud quos semper fuit impo
sita decima pauperum ad quaz
recipiebant doctores et p̄dicato
res ita vt nihil eis deficeret. qn̄
aūt ad alios misit ⁊ qn̄ iaz expositi
fuerunt hostibus dedit auctorita
tem portandi loculos. vt ptz Lu
ce. zz. ¶ Ad secundam respon
detur negando ꝯn̄az. Et ratio ē.
q2 auctoritas illa Math. 6°. in
telligit de superflua et inordinata
sollicitudine. ¶ Ad terciam re
spondet negando ꝯn̄az. Et rō ē.
quia vt dicit Augustinus libro
de opere monachorum cum do
minus dixit. Nolite solliciti esse
⁊c. non dedit intelligere vt nihil

pecunie seruaretur a sanctis. sed φ deo non pro pecunia seruiatur ꝛ propter inopie timores iusticia deseratur.

AD terciam questionem sic proceditur: Et videtur φ non fuit conueniens φ xp̄us loculos pecunie portando commiserit Jude. ¶ Primo sic. Dominus sciuit Judam furē ergo committendo sibi loculos dedit sibi occasionem peccandi ꝛ facultatem faciendo damnum sibi ꝛ pauperibus. ¶ Secundo sic. Inconueniens est dare beneficium aut officium scienter homini quē scit indignum. sꝫ xp̄us sciebat Judaꝫ indignum esse. ergo ꝛc. ¶ Tercio. Queritur quare non corripuit eum cum sciret talem. ꝛ videtur hoc inconuenienter factum cum xp̄us dedit doctrinam Math. 18. Si peccauerit in te frater tuus corripe eum ꝛc. ¶ In oppositum est euangeliuꝫ. Respondeo. Dicendum φ conuenienter fecit xp̄us loculos cōmittendo Jude. Et hoc propter tres rationes. Prima que tangitur in. c. predicto exemplum. vt ecclesia eius fures cum patitur tolleret. et est ratio Augusti. quia nō videtur bonus qui malos tollerare non potuit. Unde dicit Cātico. 2º. Sicut lilium inter spinas sic amica mea inter filias. Secūdo commisit loculos custodiendos Jude vt ei omnem occasionem proditionis auferret cuꝫ haberet ex loculis cō cupiscentie mitigationem. sed sicut dicitur Eccles. 5º. Auarus non implebitur pecunia. Tercio commisit loculos Jude vt doceret φ spiritualia sunt maioribus committēda temporalia vero minus dignis. Unde dicit Albertus. Domin⁹ de temporalibus nos minorem curam semper habere docuit. et ideo contemptibiliores ad curaꝫ temporalium ponere. sicut patet Actuum. 6º. vbi Petrus posuit alios ad procurandum viduis ministerio quotidiano temporalium. de se autem ꝛ aliis apostolis dixit. Nos autem ministerio verbi ꝛ orationū instantes erimus. Judas autem minor erat inter apostolos. vn̄ vltimus inter eos nominatur. vt patet Math. 10. ꝛ Marci. 3º. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur iuxta Albertum magnum super Johan. φ quando commissi sūt loculi Jude fur non erat sed iustus secundum presentem iusticiam ꝛ postea facultatem habens factus est fur. In quo nos docuit φ in electionibus sufficit nobis presentem iusticiaꝫ attendere. quia de futuris qualis quis erit non possumus scire. ¶ Ad secundā respondetur eodem modo. quia tunc quando commissi sunt ei loculi dignus erat. ¶ Ad terciaꝫ Cum queritur quare xp̄us eum non corripuit. Dicenduꝫ ē iuxta

Albertus q non corripuit. quia
non sciuit vt homo sed vt deus:
docens nos nullum debemus cor
ripere de his que non nisi vt de
*us scimus.

Feria tercia legi
tur passio s'm Marcum.

Circa quam passionem possunt
hec questiones disputari. ¶ Pri
ma. Utrum Petrus peccauit mor
taliter negando xpm. ¶ Secun
da. Utrum postq xps predixit Pe
trum se negaturum fuit possibile
Petrum non negare xpm. Ter
cia. Utrum oes apostoli fugientes
capto xpo peccauerunt mortaliter

Ad primam que
stionem sic proceditur. Et
videtur q Petrus negando xpm
non peccauit mortaliter. ¶ Pri
mo sic. Dicit enim quedam glo.
q peccauit per surreptionem. sz pec
catum per surreptionem est veni
ale z non mortale. vn primi mo
tus qui per surreptionez fiunt ve
nialia sunt. ergo Petrus negan
do xpm peccauit venialiter z nō
mortaliter. ¶ Secundo sic. Di
cit Bern. in li. de diligendo deum
q i Petro fuit caritas sopita nō
extincta. sed per peccatum mor
tale caritas extinguitur. ergo Pe
trus nō peccauit mortaliter. In
oppositum est euangelium pns. vbi di
citur manifeste q Petrus menti
tus est negādo xpm in fide qua
confessus fuerat xpm esse filium
dei. Math. 16. ergo Petrus ne
gando xpm peccauit mortaliter
s'm illud psal. Perdes omnes qui
loquuntur mendacium. Respon
deo. Dicendum sub ista conclusi
one. q absqz dubitatione Petrus
negando xpm peccauit mortali
ter. Patet ista conclusio. tm ex. c. il
lo Ambro. imitare Petrum. vi.
q. 1. vbi istam. q. longius dispu
tauimus. 2o patet ex illo Grego
rii qui in moralibus ait. q Pe
trus ex ipsis faucibus diaboli eri
pitur. sed in faucibus diaboli nō
est quis nisi per peccatum morta
le. ergo Petrus negando xpm pec
cauit mortaliter. 3o patet iuxta
sanctum Tho. in quodam quot
libeto Petrus negauit fidem xpi
vbi periclitabatur z eius confes
sio requirebatur. Ore enim con
fessio fit ad salutem. ad Roma.
10. vbi innuit videtur q in tali cau
sa confessio fidei sit de necessita
te salutis. Quarto patet ex illo
Mathei. 10. Qui negauerit me
coram hoibus negabo eum co
ram patre meo. sed nemo negatur
a xpo coram patre suo nisi prop
ter peccatum mortale. ergo con
clusio vera. Quinta conclusio pa
tet ex eo q negationi adiunxit p
iurium z blasphemiam. nam vt
dicitur Math. 26. Cepit detesta
ri z iurare. qr non nouisset homi
nem. ¶ Ad rationes in opposi
tum. Ad primam respondetur iux
ta sanctum Tho. vbi supra. q sur
reptio dupliciter accipitur. Uno
modo s'm q opponitur delibera

tioni. ⁊ sic primi motus dicantur esse ex surreptione. sic aūt Petr⁹ ex surreptione nō peccauit. Alio mō accipitur surreptio s͡ꝫ⁹ ꝙ opponitur electioni. ⁊ sic Petrus ex surreptione peccauit. q͡ꝛ non peccauit ex electione quasi ex certa malicia sed ex passione timoris. talis autem surreptio non excusat a mortali sicut patet in ꝯtinēti qui fornicatur motu ꝯcupiscētie cum haberet ꝓpositum continendi. ¶ Ad secundam etiā respondetur per sanctum Tho. ꝙ beatus Bernardus imꝓprie loquitur ⁊ vt eius verbum verificetᷣ est intelligendū de quadam dilectione familiaritatis quā Petr⁹ ad xp̄m ꝯceperat q̄ in eo mansit etiam post negationem. vel si intelligatur de dilectione gratuita intelligendum est ꝙ non fuit extincta s͡ꝫ⁹ predestinationem diuinam q̄ eius penitentiam ꝑparabat ꝗuis esset ex se extincta. permissus aūt est a deo Petr⁹ cadere. tum vt nullus quātūcunq͡ꝫ iustus debeat se iactare de constantia vt dicit Ambro. in predicto. c. Imitare. tum 2⁹ vt dicit Grego. in. c. ꝯsiderandū. dis. l. vt is qui futurus erat pastor ecclesie in sua culpa disceret qualiter aliis misereri debuisset.

AD Secundam questionē sic proceditur. Et videtᷣ ꝙ postq̄ ꝑdixerat xp̄s Petrum eum negaturum ꝙ Petrus non potuit eū non negare. ¶ Primo dicitur Math. 24. Celum ⁊ terra transibunt verba autem mea non transibunt. sed verbum xp̄i factum Petro fuit. Ter me negabis. ergo illud verbum xp̄i necessario implendum erat. g⁹ Petrus non poterat non negare. ¶ Secundo sic. Ueritas n̄ potest falli. sed xp̄us est veritas. Johan. 14. g⁹ falli non poterat ergo Petrus non poterat xp̄m n̄ negare. ¶ Tercio sic. Sciencia xp̄i cum esset scientia dei est inuariabilis. ergo necessario venturū erat ꝙ xp̄us fiendum preuiderat Petrū negaturum. g⁹ Petr⁹ nō potuit non negare ¶ In oppo⁹ videtur euangeliū hoc. in quo vt visum est in questione prima Petrus negando xp̄m peccauit. ergo non necessitate sed libere et voluntarie. q͡ꝛ s͡ꝫ⁹ Augusti. peccatum a deo ē voluntarium. qdᷣ si non est voluntarium non ē peccatum. Respondeo. Dicendum ꝙ dupliciter possumus loqui de Petro. Uno mō s͡ꝫ⁹ se ꝯsiderato ⁊ sic dicim⁹ ꝙ eius negatio erat contingens ⁊ ad vtrumlibet. q͡ꝛ eius potentia libera libere poterat ad opposita sc͡ꝫ ad negare et non negare. Secundo mō potest considerari vt cadit obiectiue sb actu preuisionis vel predicationis negandi. et sic dicimus ꝙ necessarium erat ip̄m negare. sed q͡ꝛ illud qdᷣ conuenit alicui s͡ꝫ⁹ se ⁊ absolute ꝯuenit sibi simpliciter.

q̃d autez ꝯuenit alicui ex aliquo
ꝯuenit sibi s꜌ quid. vnde nega-
tio Petri post predicationez xp̄i
simpliciter erat ꝯtingens ⁊ secun
dum quid necessaria. qꝛ solū se
cundum quid cadit sub actu pre
dicendi ⁊ nō s꜌ esse. Necessitas
autem s꜌ quid stat simul cū cō
tingentia simpliciter. sicut patet
per philosophum p° periermeni-
as. sicut album s꜌ quid ⁊ nigꝝ
simpliciter. sicut etiaꝫ moueri for
tem est ꝯtingens simpliciter. sed
moueri duꝫ currit est necessariū
vnde cōmuniter distĩguitur ista
propositio. Omne scitū a deo ne
cesse est esse. qꝛ potest esse de dic-
to vel pōt esse de re. ⁊ si sit de dic
to vera est. ⁊ si est de re est falsa. ⁊
sic ad questionez respondetur ꝙ
Petrꝰ simpliciter non necessario
sed libere ⁊ contingenter negauit
⁊ potuit nō negare. s꜌ quid au
tem scꝫ s꜌ ꝙ subiacet predictio-
ni xp̄i non potuit non negare ita
vt ibi sit necessitas consequentie
⁊ non consequentis ¶ Ad ratiō
nes in oppꝰ. omnes quasi soluū
tur vnica responsione que patet
ex dictis. Ad primum respondet
negando ꝯñam simpliciter. ⁊ cō
cedendo s꜌ quid scꝫ s꜌ ꝙ cadit
sub actu preuisionis ⁊ predictio
nis xp̄i. Ad secundam eodē mō
respondetur ¶ Ad terciam respō
detur per distinctionem datā vel
negando ꝯñam. Et rō est. quia
scientia dei non est tātum ꝙ res
eueniat quocūqꝫ mō. sed ꝙ res
veniet contingenter vel necessa-
rio. et ideo ꝙ diuina prouidētia
disponit euenire infallibiliter et
necessario infallibiliter eueniet.
contingenter vero quidem ꝙ di
uine prouidentie ratio habet vt
contingentie eueniat.

Ad terciam que
stionem sic proceditur Et
videtur ꝙ non oēs apostoli fugi
entes xp̄o capto peccauerunt mor
taliter ¶ Primo. qꝛ si oēs aposto
li tunc peccauerūt mortaliter vi
detur ꝙ fides ecclesie defecisset.
sed hoc non est dicendum. qꝛ fi-
deꝫ ecclesie nunꝗ deficit. s꜌ illō
Osee. Desponsabo te i fideꝫ sem
piternam ¶ Secundo sic. Petrꝰ
et apostoli alii significabant ec-
clesiam vniuersalem. vnde Au-
gusti. dicit. 24. q. 1. Quodcūqꝫ
qđ significabat ecclesiam vniuer
salem. ergo si Petrus et oēs apo
stoli peccassent ꝙ tota ecclesia de-
fecisset ¶ Tercō sic. apostoli cap
to xp̄o fugierūt ex timore qui po
terat cadere in constantem viruꝫ
ergo videntur excusabiles a pec-
cato. ꝯña videtur bona ¶ In
oppositum est euangeliū presens
vbi dicitur omnes scandaluꝫ pa
tiemini in hac nocte. Glo. interli
ne. i. ab vnitate fidei soluentur.
Nicolaus de lyra. i. ruinaꝫ ꝑ pec
catum paciemini propter timorē
mundanum ¶ Rendeo. Dicēduꝫ
sub ista conclusione. ꝙ in passio
ne oēs apostoli a xp̄o recedētes

peccauerunt mortaliter. Ista cō-
clusio patet ex multis locis sacre
scripture que nos diffuse deduxi
mus i summa nostra de ecclesia
li. 3º c. 61. de quibus inducamꝰ
tria. Primo ꝑ illud psal. Omnes
declinauerunt. super quo ita in-
quit Hiero. Hūc psal. de passio-
ne xp̄i referunt quoniaꝫ oēs do-
minum relinquerunt in tantum
vt Petrus quoqꝫ qui apostolo-
rum fuit princeps negaret. Item
secundo ex illo qđ sequitur. Nō
est qui facit bonum vsqꝫ ad vᵐ
super quo dicit Hieroni. sic. Hic
apparet q̄ iste psalmus de passio
ne pertinet q̄ nullus de discipu-
lis permansit nec Petrus qui ca
put ecclesie est. qꝛ ꝛ ipse negauit.
Tercio patet per illud psal. Mul
tiplicati sunt super capillos capi
tis mei. vbi dicit glo. Tempore
passionis recesserūt iudei a xp̄o
ꝛ etiam apostoli. eo vero resurgē
te redierunt apostoli sed non iu-
dei. Hac igitur ratione ostendit
qꝛ casus tunc fuit in quo de ne-
cessitate salutis erat oris confes-
sio fienda. Tum qꝛ periclitabat
fides xp̄iana. Tuꝫ qꝛ ad istructi
onem aliorum fidelium vel ad
confirmationem vel reprimēduꝫ
infidelium exultationem. vñ su-
per illud de presenti dis. 1. in. 35.
bis auctoritatibus dicit Hugo. ꝛ
Archidia. mortuo xp̄o Petrus ꝛ
alii apostoli defecerūt i fide xp̄i
ꝛ dubitantes de eo peccauerunt
mortaliter i quo oēs apostoli de

fecerunt. vñ manifestum est oēs
peccasse mortaliter. et vt dicit sāc
tus Tho. super Math. in eodeꝫ
loco. aggrauat peccatum apostolo
lorum ex propinquate temporis
qꝛ post tātas āmonitiones post
sacramenti susceptionem iam ob
liti erant que fecerat eis. ¶ Ad
rationes in oppᵐ. Ad primaꝫ re
spondetur negando ꝯñam. Tuꝫ
qꝛ in beata virgine dicitur inte-
gerrime permansisse. vñ in signū
huius ve dicit Guillerinus in ra
tionali diuinorum officioꝝ. can
dela que occultatur in diebus te
nebrarum ebdomade sancte per
cotam xp̄i ecclesiaꝫ designat xp̄i
fidem in virgine gloriosa reman
sisse per quā oēs fideles docti et
illuminati sunt. ꝛ ideꝫ dicit Alex
ander de halis in tercio. Tuꝫ se
cundo ꝯñā illa non valet. quia
cum circūcisio tempore illo secun
dum veriorem opinionem ꝯfere
bat gratiam ꝛ virtutes. vnde di
cebatur signaculuꝫ iusticie fidei
dicit enim August. ad Valena
num ꝯtra Julianum. Ex quo est
instituta circūcisio q̄ erat signa-
culum iusticie ad satisfactionem
valebat paruulis ad emundati
oneꝫ peccati origīalis sicut ꝛ bap
tismus. ꝛ dicit sanctꝰ Tho. Cir-
cumcisio conferebat gratiam in-
quantum erat signum passionis
xp̄i future. ita scꝫ q̄ hō qui acci-
piebat circūcisionē ꝓfitebatur se
suscipe talem fidem vł adultꝰ ꝓ
se vł aliꝰ ꝓ paruulis. vñ ꝛ aposto-

lus dicit ad roma. 4° q Abraham accepit signuz circūcisionis iusticie fidei. sz cum multi essent tempore mortis xpi puuli innocentes circūcisi et per ɔñs hñtes graciā iustificantem et habitum fidei. manifestuz est q apostolis oibus deficientib⁹ in fide q nō sequeretur q omnino dficeret ecclesie. qꝛ paruuli illi ecclesie mēbra erant. Ad secundam respōdetur eodem mō. Petrus etiam cum nondum esset ɔstitutus caput ecclesie non figurabat ecclesiam sicut princeps rez publicam suam. Ad terciā respōdetur negando assumptum quoniā illo casu timor mortis non erat timēdus. sed suscipiēda mors ꝑ fide xpi tuenda sicut dictum est.

Feria quarta legitur passio sz⁹ Lucam. Circa quā possunt disputari sequentes questiones. ¶ Prima est. Utrū Judas vendendo xpm cōmiserit symoniam. ¶ Secunda. Utrū peccatum crucifigentium xpm fuit grauissimū. Tercia. Utrū volūtas hūana i xpo aliud voluerit q deus voluerit.

Ad primam sic proceditur. Et videtur q Judas vendendo xpm non cōmiserit symoniam. ¶ Primo sic Oē peccatuz principaliter in electione consistit. sed voluntas eligens nō est de impossibilibꝫ vt dicitur. 3° Ethi. sz vendere xpm erat impossibile. qꝛ non pōt aliquo terreno precio compensari. vnde de sapientia dicitur Prouerb. 3° Preciosior est cunctis opibus. et oīa que desiderantur huic non valent cōparari. g° Judas vendere non potuit xpm. et per ɔñs non cōmisit symoniam. ¶ Secundo sic. Accipiendo pecuniaz pro cantandis missis nō cōmittitur symonia. qꝛ nullus tenetur suis stipendiis militare. ꝛ nihilominus in eucaristie sacramento in qualibet missa continet᷑ tot⁹ xp̄s. g° etiaz Judas accipiendo pecunias vt traderet xpm nō videtur symoniam commisisse. ¶ In oppo⁹ est. quia symonia est studiosa voluntas emendi vl' vēdendi aliquid spirituale vel spirituali annexum. sed Judas habuit studium vendendi xpm sāctum sanctoꝝ. g° xpm vendendo symoniaz cōmisit. Rñdeo. Dicenduz sub ista ɔclusione. q Judas vendendo xpm symoniam cōmisit. Ista ɔclusio colligitur aperte ex. c. Qui studet. 1. q. 1. vbi in glo. mouetur istaq̄stio ꝛ ponitur prefata ɔclusio quaz probat duobus mediis. Tū qꝛ scz vendidit hominez liberum. ff. ad. l. fal. vel a. l. 1. Tuz secundo. quia vendidit rem sacram. Preterea Judas non solum symoniam cōmisit vendendo xpm. sed etiam alia vicia pessima incurrit. Primo quidez vicium infidelitatis

estimando xp̄m sanctum sanctorum infiniti valoris cui nulla res in precio possit comparari posse vendi. Secundo incurrit vicium presumptionis maxime ₇ heresis estimando xp̄m esse rem suā quā posset vendere. sola enim illa materia est debita venditioni cuius venditor est dominus. in hoc ergo ꝙ Judas temptauit vendere xp̄m quodāmodo protestatus ē esse dn̄m xp̄i qđ est hereticum. ergo Judas non tantum symoniacus sed infidelis ₇ hereticus fuit vendendo xp̄m. ¶ Ad rōes in oppo͡m. Ad primam rn̄detur ꝙ Judas vendere iure non potuit sed de facto fecit. vnde symoniam cō misit. ¶ Ad secundam rn̄detur negando ꝯn̄am. dicimus enim ꝙ facere pactionem de missa celebranda symoniacum est semper si tamen nō habeat alios sumptus/₇ non tenetur ex officio missam cantare potest accipere pecuniam sicut conducticii sacerdotes faciunt. non quasi precium misse sꝫ quasi sustētaculum vite.

AD Secundam questionē sic proceditur Et videtur ꝙ peccatum crucifigentium xp̄m non fuit grauissimum ¶ Primo sic. Peccatum nō est grauissimum qđ h̄ꝫ excusationem. sed xp̄s excusauit peccatum crucifigentium eū dicens. Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. ergo peccatum eorum nō fuit grauissimum. ¶ Secundo sic. dn̄s ait Pilato Johan. 19. Qui tradidit me tibi maius peccatum h̄ꝫ. Ipse aūt Pilatus fecit xp̄m crucifigi per suos ministros g° videtur fuisse maius peccatū Jude proditoris peccato crucifigentiū xp̄m. ¶ Tercio sic. Christus voluntarie passus est. g° crucifigentes xp̄m non videntur fecisse iniustum. q₂ vt dicit Aristo. 5° Ethi. nullus patitur iniustum volens. g° eorum peccatum nō fuit grauissimum. In opp° ē illud Math. 23. Et vos implete mensuram patrum vestrorum. vbi dicit Chriso. quātum ad veritatem excesserunt mensuram patrū suorum illi enim hoīes occiderunt. isti deum crucifixerunt. ¶ Rn̄deo. Dicendum ꝙ peccatum crucifigētium xp̄m fuit grauissimum sꝫ differenter. aliqui eorum magni aliq̄ minus in eodem genere peccati peccauerunt. sit g° ista cō clusio. Principes iudeorum cum cognouerunt xp̄m/₇ si aliqua ignorantia fuit in eis fuit ignorantia affectata que eos non poterat excusare/grauissime inter oēs peccauerunt. Peccatum enim eorum fuit grauissimum. tum ex genere peccati tum ex malicia voluntatis. Secunda ꝯclusio. Minores etiam iudei grauissime peccauerunt ꝙ̄ tum ad genus peccati minus tn̄ ꝙ̄ maiores. q₂ in minorib⁹ in aliquo diminuebat᷑ peccatum ꝑpter eorum ignorantiā. vnde sup illud

Luce.23.nesciunt quid faciunt.
dicit Beda. pro illis rogat qui
nesciuerunt qd' fecerūt zeluz dei
hñtes sz non sz' sciētiaz. Tercia
ɔclusio. Multominus grauiter
peccauerūt gentiles per quorum
manus crucifixus est xp̄s. qr ex-
cusabat' eoꝝ peccatū qr sciētiam
legis non habebāt. Quarta cō-
clusio. Judas ⁊ principes pecca-
uerūt grauius ꝙ Pilatus qui ti-
more cesaris xp̄m occidit. ⁊ etiaꝫ
ꝙ milites qui mādato presidis
xp̄m crucifixerunt non ex cupidi-
tate sicut Judas. nec ex inuidia
⁊ odio sicut principes sacerdotuꝫ
¶ Ad rōes in opp'. Ad primā
rñdetur ꝙ excusatio illa dñi nō
refertur ad principes iudeoꝝ sed
ad minores vt dictum ē. Ad se-
cundā rñdetur negādo ɔñaꝫ. Et
rō est. qr Judas tradidit xp̄m nō
Pilato sz principib' sacerdotum
qui tradiderūt eū Pilato. sz' il-
lud Johā. 18. Gens tua ⁊ ponti-
fices tui tradiderunt te mihi.
¶ Ad terciā rñdet' negādo ɔñaꝫ
Et rō est. qr lz xp̄s voluerit passi-
onem suā sicut ⁊ deus eā voluit
nūꝙ tñ actionē iudeoꝝ voluit.
⁊ iō occisores xp̄i ab iniusticia nō
excusant'. vñ Dauid dānauit il-
luꝫ ad mortē qui nō timuit mit-
tere manum in xp̄m domini. sci-
licet Saulem queꝫ eo petente oc-
cidit. vt legitur. 2. Regum p°

AD terciam que-
stioneꝫ sic proceditur. Et
videtur ꝙ in xp̄o voluntas hūa-
na nō voluit aliud ꝙ deus vo-
luit. ¶ Primo sic arguitur ex illo
psal. 36. vbi ex persona xp̄i dicit'.
Scriptuꝫ est de me vt facereꝫ vo-
luntatē tuā deus me' volui. sz
ille qui vult voluntatem alicui'
facere vult ꝙ ille vult. g° volun-
tas humana in xp̄o nihil aliud
volebat ꝙ ꝙ diuina volūtas in
eo. ¶ 2° sic. Aīa xp̄i habuit p-
fectissimā caritatē. sz caritatis est
facere qd' hō idem velit qd' de'
g° voluntas humana in xp̄o nil
aliud voluit ꝙ diuina ¶ Tercio
Christus fuit verus cōprehensor
sed sancti qui sunt cōprehenso-
res in patria nihil aliud volunt
ꝙ qd' de' vult alioquin nō essēt
beati. qr nō haberent quicquid
vellent. beatus enim qui habet
quicquid vult ⁊ nihil mali vult
vt dicit Aug'. in li. 13. trini. ergo
xp̄s nihil voluit sz' voluntateꝫ
hūanaꝫ ꝙ qd' voluit volūtas di-
uina. ¶ 4° sic. Quāto ē maior
ɔformitas voluntatis humane
ad diuinam tanto ē maior recti-
tudo voluntatis que in hoc con-
sistit. sicut per glo. patꝫ sup illud
psal. Rectos decet collaudatio.
sed xp̄s habuit rectissimaꝫ volū-
tatem. g° fuit ɔformis diuine in
volito. In opp' arguit' ex pñti
euāgelio vbi ait. Nō mea volū-
tas sz tua fiat. sup quo dō Au-
gusti. ɔtra maximum. ē hō ꝙ xp̄s
ait. Nō qd' ego volo sz qd' tu. ali-
ud ondit se voluisse ꝙ pater. Re-

ſpondeo. Dicendum ſub duab⁹ ↄclusionibus. Prima ꝙ voluntas humana ſenſibilitatis vł voluntas rõnalis vt natura in xp̄o voluit aliud ꝙ̃ voluntas diuina volebat in ipſo. Secunda ↄcluſio. Voluntas rõnalis q̄ eſt per modum rõis ſemꝑ idez volebat qđ deus. Pro iſtaruz ↄcluſionū intelligentia ⁊ veritate eſt notandum ꝙ in xp̄o ſʒ⁹ humanaz naturam ponit̃ duplex voluntas. ſ. voluntas ſenſibilitatis q̄ participatiue voluntas dicit̃. ⁊ voluntas rõnalis ſiue ↄſideretur ꝑmodum nature ſiue per modū rõis vt aūt dicit Damaſce. quadam diuina diſpenſatione filius dei ante paſſionem ſuam ꝑmittebat carni agere ⁊ pati que ſunt ei ꝓpria ⁊ naturalia. ⁊ ſimiliter ꝑmittebat oībus virib⁹ agere queqȝ ꝓpria ꝙ̃tum expediebat ad finez redemptionis ⁊ oſtenſionem veritatis nature. Manifeſtū eſt autē ꝙ voluntas ſenſibilitatis refugit naturaliter dolores ſenſibiles et corporis leſionez. Similiter etiā voluntas vt natura repudiat ea que ſunt nature ↄtraria ⁊ q̄ ſunt ſʒ⁹ ſe mala puta mortem et alia huiõi. hoc tñ qñqȝ voluntas ꝑ modum rõis eligere põt ex ordine ad finem. ſicut etiā in aliquo puro hoīe ſenſibilitas eius ⁊ etiam voluntas abſoluta conſiderata refugit vſtionem quam voluntas ſecundum rationem elegit propter finez ſalutis; Voluntas autem dei erat vt xp̄s dolores ⁊ paſſiones ⁊ mortem pateretur. non ꝙ illa eſſent a deo volita ſʒ⁹ ſe ſed ex ordine ad finem humane ſalutis. Unde patet cōcluſiones prefate qꝛ ſcȝ xp̄us ſʒ⁹ voluntatem ſenſibilitatis. ⁊ ſecundum voluntatem rationis q̄ conſideratur per modum nature aliud poterat velle ꝙ̃ deus. que fuit prima concluſio. ſed ſʒ⁹ voluntatem q̄ eſt per modum rationis ſemper conformabatur in voluo voluntati diuine. que fuit ↄcluſio ſecūda. que patet ex eo ꝙ dicit. Non ſicut ego volo ſʒ ſicut tu. volebat enim ſʒ⁹ voluntatez rõis diuinam voluntatem impleri ꝙ̃uis aliud dicat ſe velle ſecundum aliam eius voluntatem.

¶ Ad rationes in oppo⁹. Ad primam reſpondetur et patet reſponſio ex diſtinctione voluntatis duplicis. vnde dicitur ꝙ xp̄s volebat vt voluntas patris ad impleretur ſʒ⁹ voluntatem rõis non ſʒ⁹ voluntatem ſenſibilitatis aut voluntatis conſiderate ꝑ modum nature. Ad ſecundaz eodem modo reſpondetur ꝙ cōformitas volūtatis humane ad voluntatez diuinam attenditur ſecundum voluntatem rationis ſʒ⁹ quā etiam voluntates amicorum concordant inquantū ratio conſiderat aliquid volitum in ordine ad voluntatem amici.

¶ Ad terciam reſpondetur negādo conſequentiam. qꝛ xp̄s ſimul

fuit comprehensor et viator. in quantum scilicet per mentem fruebatur deo et habebat carnem passibilem. et ideo ex parte carnis passibilis poterat in eo aliud accidere quod repugnaret naturali voluntati ipsius et etiam appetitui sensitivo quod non contingit in beatis qui tantum sunt comprehensores qui ita dotati sunt impassibilitate ut nihil possit eis occurrere nocivum aut lesivum.

¶ Ad quartum respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia conformitas que est in volito non facit rectitudinem voluntatis. quia aliquis potest peccare volendo id volitum quod deus vult. ut volendo quod pater meus moreretur. et etiam potest mereri in hoc quod illud non vult quod deus vult. ut Paulus cupiebat dissolvi et esse cum christo. et deus volebat quod non dissolveretur sed propter fructum animarum adhuc militaret. sed rectitudo voluntatis causatur ex modo volendi ut scilicet vellet ex caritate sicut deus. et iterum in causa finali ut propter idem vellet. et iterum in causa efficienti ut scilicet deus velit eum velle

Feria quinta in

cena domini est evangelium. Ante diem festum pasce etc. Johan. 13. Circa quod possunt disputari sequentes questiones.

¶ Prima. Utrum convenienter in die cene institutum est sacramentum eucaristie. ¶ Secunda. Utrum convenienter christus in die cene Jude proditori tribuerit sacramentum corporis et sanguinis sui.

¶ Tercio. Utrum post bucellam intinctam a christo Jude porrectam diabolus intravit in eum.

Ad primam questionem sic proceditur. Et videtur quod non convenienter die cene institutum fuit sacramentum eucaristie. ¶ Primo sic. Per hoc sacramentum homines christo uniuntur sicut membrum capiti. unde dicitur Johan. 6°. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem in me manet et ego in eo. sed christus est caput etiam omnium hominum etiam qui fuerunt ab inicio mundi ergo non debuit institutio huiusmodi sacramenti differri usque ad finem mundi. ¶ Secundo sic. Hoc sacramentum dicitur viaticum. quia tendentes ad patriam in via confortat quotidie nos etiam lapsos reparat. sed patres qui erant ante adventum christi ad patriam tendebant hospites et peregrinos se vocantes ut patet ad Heb. 11. et quotidianis peccatis impediebantur. ergo ante adventum christi debuit sacramentum hoc institui.

¶ Tercio sic. Hoc sacramentum dicitur memoriale passionis christi secundum illud Luce. 22. Hoc facite in meam commemorationem. sed memoria est preteritorum. ergo hoc sacramentum non debuit ante passionem christi institui. et per consequens non in cena

¶ Quarto sic. Per baptismum
aliquis ordinatur ad eucaristiã
que non nisi baptisatis debz da
ri. sz baptism⁹ institutus est post
xpi passionem ⁊ resurrectionem.
vt ptz Math. vlti. g⁹ hoc sacra
mẽtuz inconuenienter est institu
tuz ante xpi passionez. ¶ In op
positũ est euangeliuz pñs. i quo
dicitur ꝙ hoc sacramẽtuz ẽ insti
tutum a xpo. de xpo aũt dicitur
Marci. 7⁰ ꝙ bene oĩa fecit. g⁹
cõuenienter institutũ est quãdo
xps instituit ¶ Rñdeo. Dicẽduz
sub duabus conclusionib⁹. Pri
ma. ꝙ non potuit institui añ in
carnationem verbi. Patet cõclu
sio. qr hoc sacramẽtum continet
verbum incarnatum realiter. g⁹
institui nõ potuit añ incarnatio
nem verbi ¶ Secundo sic. Hoc
sacramentum cõtinet gracie ple
nitudinez. Vñ eucaristia dicitur
sed tẽp⁹ plenitudinis incepit ab
incarnatione xpi. g⁹ añ incarna
tionem institui non potuit h⁹ sa
cramentũ. Secũda ꝯclusio. Cõ
uenienter institutuz est hoc sacra
mentuz die cene ⁊ non ante. Ista
ꝯclusio ondĩtur ex quatuor. Pri
mo apparet ex necessitate q̃ assig
natur institutionis hmõi sacra
menti vt qr ad pfectionẽ nostraz
exigebatur vt caput nostꝝ etiaz
realiter nobis coniungeretur. et
ideo quamdiu sub propria spe
cie cuz hominibus conuersatus
est non oportebat hoc sacramen
tuz institui. sed quando eius cor
poris presẽtia destituẽda erat ec
clesia. Et ista rõ tangitur ab Eu
sebio qui sic ait. Quia corp⁹ as
sumptum ablaturuz erat ab ocu
lis ⁊ illaturum sideribus. necesse
erat vt die cene sacramentuz cor
poris ⁊ sanguinis sui consecraret
vt coleretur iugiter per misteriuz.
qd semel offerebatur in precium.
Secunda ratio sumitur ab eius
figura. xpus ꝙdiu in mundo cõ
uersatus est figuras legis obser
uare voluit fact⁹ sub lege vt eos
qui sub lege erãt redimeret. et qr
veniente veritate cessit figura. iõ
non debuit hoc sacramentum in
stitui nisi xpo abcedente p mor
tez qñ figure veteris legis termi
nande erant. ⁊ ideo conueniens
fuit imminente passione celebra
to priori sacramento nouum sa
cramentum instituere. ⁊ quia vbi
terminatur figura ibi debet in
cipere veritas. Agnus aũt pasca
lis erat figura hmõi sacramenti
⁊ ideo institutuz est post cõmesti
onem agni. vnde cantatur in of
ficio corporis xpi. Post agnuz ty
picum expletis epulis corpus do
minicum datum discipulis ⁊c.
Tercia ratio sumitur ab ipsa re
presentatione hmõi sacramenti.
Est enim representatiuum domi
nice passionis. ⁊ ideo congrue iñ
passione imminente instituitur.
Quarta ratio sumit' ex ritu quo
frequentandum est hoc sacramẽ
tum vt vltimo traditum magis
memorie teneretur. Ea enĩz que

vltimo dicuntur maxime ab amicis recedentibus magis memorie cõmendantur. presertim quia tunc magis inflãmatur affectus ad amicos. Ea vero ad q̃ magis afficiuntur ꝓfundius afo imprimunt᷑. q2 igitur vt papa Alexander dicit nihil in sacrificiis maius esse potest ꝙ corp9 ⁊ sanguis xp̄i nec vlla oblatio hac potior est. ⁊ ideo vt maiori veneratione haberetur dñs vltimo discessu suo a discipulis suis hoc sacramentum instituit. Et hoc idem dicit Augusti. in li. responsionum ad Januarium. Ad rões in opp9

Ad primã r̃ndet᷑ negãdo ꝯñam Et rõ est. q2 xp̄s ab origine mundi erat caput iustoꝝ. non quasi habens actu ꝯformitatem in natura oim membris ecclesie incarnatione nondum facta. s3 solum s3 9 incarnationem expectantium ⁊ ideo coniunctio corporis mistici ad suum caput pro t̃pore illo non poterat fieri per aliqđ sacramentum realiter continens ip̄m caput m̃bris ꝯforme. s3 poterat per aliqua sacramenta figurari.

Ad secundam respondet᷑ negando ꝯñam. Et rõ est. q2 ꝗuis antiqui patres essent tendentes ad patriã non tñ erant illi in statu tunc perueniẽdi ante xp̄i incarnationem. ⁊ ideo non cõpetebat pro tempore viaticũ esse quo statim ad patriam perducuntur.

Ad terciam respondetur negando consequentiam. Et rõ est quia sacramentum illud fuit institutum in cena vt in futurum esset memoriale dominice passionis ea perfecta. vnde significanter dicit Quotienscũq3 feceritis in meam cõmemorationẽ de futuro loquens. vnde tunc non erat memoriale sed instituebat᷑ in memoriam imposterum celebrãdaꝫ

Ad quartaꝫ respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia baptismus iam erat institutus in ipso xp̄i baptismo. vnde iam aliqui ipso xp̄i baptismo erant baptisati ⁊c. vt legitur Johan. 3º. Licet necessitas vtendi sacramento baptismi indita fuit hominibus post passionem et resurrectionem.

Ad Secundam

questionem sic proceditur Et videtur ꝙ non fuit conueniens ꝙ xp̄us in die cene daret sacramentuꝫ corporis ⁊ sanguinis eius Jude proditori. Primo sic. Christus impleuit qđ precepit secundum illud Actu. 1º. Cepit Jhesus facere ⁊ docere. sed ꝑcepit Math. 7º. Nolite sanctum dare canib9. cum g° ipse xp̄s cognosceret Judam esse peccatorem videt᷑ ꝙ nõ fuit ꝯueniens ꝙ ipse Jude daret corpus suum ⁊ sanguinem. 2º. sic. dicit Augusti. ꝙ deus non est causa alicui ꝙ deterior fiat. sed Judas sumendo corpus christi peccauit et factus est deterior. ergo nõ fuit conueni

niens q̃ illi daretur sacramẽtum

¶ Tercio sic. sicut legit᷑ Math. 26. Postq̃ dñs dedit discipulis corpus ⁊ sanguinem suum dixit eis. Non bibaꝫ ammodo de hoꝰ genimine vitis vsqꝫ ad dieꝫ illuꝫ cum illud bibam vobiscum nouuꝫ in regno patris mei. ⁊ q̃ erat eis in remissioneꝫ peccatoꝝ. sed neutrum Jude cõpetit. gꝰ videt᷑ q̃ Judas non accepit sacramentum cum aliis. In oppꝰ est euãgelium vbi dicit᷑ oibus. Accipite ⁊ mãducate ⁊c̃. Rn̄deo. Dicẽdum sub ista ↄclusione. Conuenienter xp̃s dedit Jude simul cũ aliis discipulis corpus ⁊ sanguinem suum in sacramento. Ista ↄclusio est Chriso. ⁊ Augustini et Dyonisii li. celestis iherarchie. Licet eniꝫ ↄsiderata malicia Jude non debuisset xp̃s corpus suum ⁊ sanguinem ei dare. Tum quia xp̃s debuit esse nobis exemplum iusticie non conueniebat eiꝰ magisterio vt Judam occultum peccatorem sine accusatore ⁊ euidẽte probatione ab aliorum ↄditõne separasset ne per hoc daret᷑ exemplum prelatis ecclesie similia faciendi scꝫ peccatoribus occultis denegare sacramentum. Tuꝫ 2ꝰ vt oẽm occasionem ei auferret malefaciendi quam assumere potuisset si in aliquo ab aliis discipulis ante apertã maliciam fuisset discretus. Hilarius tñ cõtrariuꝫ dicere videtur. sed quod dictum est communius tenetur.

¶ Ad rões in oppꝰ. Ad prim̃ respondetur negando ↄñam. Et ratio est. qꝛ licet Judas in rei veritate canis esset ⁊ eius iniquitas nota esset xp̃o sicut deo: non tamen erat nota ei per modum quo hominibus innotescit. ⁊ iõ xp̃s Judam non repulit a cõmunione vt daret exemplũ tales peccatores occultos non esse ab aliis sacerdotibus repellendos.

¶ Ad secundaꝫ respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia xp̃us non dedit causaꝫ nec occasionem Jude peccandi. sed peccatum euitandi ex mansuetudinis sue ostẽtatione ad ipsum. sed ip̃e ex tali medicina sũpsit periculum mortis ¶ Ad terciam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia q̃ Judas nec biberit vinum in regno xp̃i/nec remissionem peccatorum consecutus sit culpa sua fuit. quia sacramentum corporis ⁊ sanguinis xp̃i tantum sacramentaliter sumpsit non auteꝫ spiritualiter. Bibere autem vinum in regno patris cum xp̃o et peccatorum remissionem consequi tantum spiritualiter sumentibus sacramentum debeutur.

AD terciam questionem sic proceditur. Et videtur q̃ post buccellam panis porrectã Jude non intrauit diabolus in eũ ¶ Primo sic. dicitur Lu. 22. q̃ itrauit sathanas i euꝫ

Et Johan. 13. q diabolus immi
serit in cor Jude vt traderet eum
sed hoc fuit ante buccellã panis
susceptum rc. ¶ Secundo sic. q
nec ante nec post solus deus illa
bitur. g° diabolus non potuit in
trare in cor Jude. añs est maxie
nota. g° rc. ¶ In opp° ẽ euan
gelium. Et. c. Sic Judas. de con
se. dis. 2. Rñdeo. Dicendũ iuxta
sanctum Tho. in quolibeto. 3°
z super Johan. c. 13. q sathanam
intrare Judam siue alium hoiez
põt dupliciter intelligi, vno mõ
in corpore hois sicut hii qui cor
poraliter vexantur a demone. et
hoc mõ est cõclusio. q essentalis
ter potest demon intrare in hoiez
sicut patet in multis locis euan
gelii. Alio mõ põt itelligi scz q
diabolus intret in mentez ita q
menti diabolus essentialiter illa
bitur z hoc mo est cõclusio q dia
bolus non potest intrare in men
tem hois sed solus deus. Patet
ista cõclusio sic. Aia eniz rationa
lis cum sit simplex et incorporea
nõ habet dimensiones qtitatis
vt aliquid in ea esse dicat quasi
infra eiusdem dimensiones con
tentum. z ideo nihil potest in ea
esse nisi qd' dat ei esse qd' in ea ẽ
per virtutem suam. Dicim⁹ ergo
q deus qui aiaz inesse produxit
est in aia p suã virtutem vbi au
tem est virtus dei ẽ z essentia dei
In deo enim idem est essentia et
virtus. vñ manifestum relinqui
tur q solus deus essentialiter est
in aia. ¶ Ad rõnes in oppo⁹ re
spondet primo. q diabolus dici
tur intrare cor vel mentem hois
per affectum vel effectus malicie
in qtum scz hõ ab eo seduct⁹ se
quitur eum ad perpetrandũ ma
lum qd' suggerit. z hoc mõ dicit
intrasse cor Jude. vñ dicit Nico
laus de lyra sup illud Luce. 22.
Intrauit sathanas Judaz. i. ani
mam non per elapsum. q2 ẽ deo
pprium sed per effectum vendti
onis xpm ei suggerendo. 2° di
citur q post buccellam intinctaz
dicit diabolus intrasse Judã nõ
quidem possidendo de nouo q2
primo vt argutum est intrauerat
sed intrauit post eũ plenius possi
dendo sicut apli. licet spiritũ sãc
tum receperunt añ resurrectionez
domini. dicuntur tñ recepisse spi
ritum sanctum in die penthecos
tes. q2 maiorem plenitudinẽ ei⁹
receperunt. Ad secundaz patet
¶ responsio ex dictis.

Feria sexta in qua

fit mentio de morte xpi le
git passio Johan. 18. Circa quã
possunt disputari sequentes que
stiones. ¶ Primo. Utrz conueni
ens fuit xpm mori. ¶ 2°. Utruz
alia passio xpi suffecisset q mors
p redemptione humani generis
¶ 3° Utrz conueniens fuit xpm
cum latronibus crucifigi.

Ad primaz que

stionez sic proceditur. Et
videt q non fuit cõueniens xpm

mori. ¶ Primo sic. Id enim quod est principium in aliquo genere non disponitur per id quod est contrarium illi generi: sicut ignis qui est principium caloris nunquam potest esse frigidus. sed filius dei est principium et fons vite. ergo videtur quod non fuerit conveniens christum mori. ¶ Secundo sic. maior est defectus mortis quam morbi. quia per morbum pervenitur ad mortem sed non fuit conveniens christum aliquo morbo languescere. ut Chriso. dicit super Math. ergo etiam non fuit conveniens ipsum mori. Tercio sic. Christus dicit Johan. 10. Ego veni ut vitam habeant, et habundantius habeant. sed oppositum non perducit ad oppositum. ergo videtur quod non fuit conveniens christum mori. In oppositum est evangelium presens. et illud Johan. 11. Expedit ut moriatur unus homo pro populo. Respondeo. Dicendum sub ista conclusione. Conveniens fuit christum mori et hoc multiplici ratione. Primo quidem ad satisfaciendum pro humano genere quod erat morti adiudicatum propter peccatum. secundum illud Gen. 2°. Quacunque die comederitis morte moriemini. Est autem conveniens satisfaciendi pro alio modus cum quis subicit se pene quam alius meruit. et ideo christus mori voluit ut moriendo pro nobis satisfaceret secundum illud. 1. Petri. 3°. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Secundo ad ostendendam veritatem nature assumpte. sicut enim Eusebius dicit. Si aliter post conversationem cum hominibus evanescens subito evolaret fugiens mortem ab omnibus compararetur fantasmati. 3° ut a mortuis resurgendo virtutem suam ostenderet qua mortem superavit et nobis spem resurgendi a mortuis daret. ut Apostolus ait. 1. Cor. 15. ¶ Ad raciones in oppositum. Ad primam respondetur quod christus est fons vite secundum quod deus non autem secundum quod homo. et ita non procedit. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia christus non sustinuit mortem ex morbo provenientem ne videretur ex necessitate mori propter infirmitatem nature. sed sustinuit mortem ab exteriori illatam cui se sponta-neam obtulit ut mors eius voluntaria ostenderetur. ¶ Ad terciam respondetur negando consequentiam. et ad probationem dicitur quod unum oppositorum per se non ducit ad aliud. sed quandoque bene per accidens sicut frigidum per accidens quandoque calefacit. et hoc modo christus per suam mortem nos perduxit ad vitam quia de sua morte mortem nostram destruxit. sicut qui penam pro alio sustinet removet penam eius.

Ad secundam

questionem sic proceditur. Et videtur quod alia passio christi suffecisset ad redemptionem humani generis sine morte. ¶ Primo

sic. Penam quam quis pro alio
sustinet quantitatez accipit ꝙtum
ad virtutem satisfaciendi ex con
ditione patientis sed xp̄s inquā
tum ē deus ⁊ hō hꝫ infinitā dig
nitatem. g° q̄lib et passio sine pe
na quā sustinuit sicut fames fa-
tigatio ⁊ hmōi sufficiēs fuit ad
satisfaciendum pro humano ge
nere etiā sine morte ¶ Secundo
sic. dicit Bernardus ꝙ vna gut
ta sanguinis xp̄i fuisset sufficiēs
precium nostre redemptionis. sꝫ
aliquid de sanguine xp̄i effusuz
est in xp̄i circūcisione. g° nō opor
tebat ꝙ vlterius pateretur ¶ 3°
sic. Tāta pōt esse ꝯtricio in nob
penitētibus ꝙ totū peccatum di
mittitur ⁊ ꝙtum ad penā ⁊ quā
tum ad culpam. sꝫ in xp̄o ab in-
stanti sue ꝯceptionis fuit perfec-
tissima caritas q̄ ꝯtritioni inbu-
it vim expurgandi peccatuꝫ. g°
xp̄s ab instanti sue conceptionis
sufficiēter satisfecit p oībus pec-
catis nostris. et ita non oportuit
ꝙ passionem mortis satisfaceret
¶ In opp° est euangelium p̄ns
in quo legitur mortē pro huma-
no genere subiisse. ¶ 2° sic. dicit
apl̄us ad Gall'. 2° si ex lege ē iu
sticia ergo xp̄s mortuus ē gratis
.i. inutiliter ⁊ sine causa. sꝫ si alia
passio sufficeret sine morte xp̄us
gratis mortuus esset. sed hoc di
cere est inconueniēs. g° alia pas
sio xp̄i sine morte ad redemptio-
nem humani generis nō suffecis
set ¶ Rn̄deo. Dicendum sub ista
ꝯclusione. ꝙ alia passio xp̄i sine
morte licet suffecisset ad redēpti
onez humani generis ꝯsiderata
ꝯditione persone patientis prop
ter infinitā dignitatem persone
nō tn̄ ꝯsiderato genere pene ad
quā humanū gen⁹ ppter pecca-
tum obligatuꝫ erat. ¶ Ista ꝯclu
sio primo patet ex illo ad Heb.
10. Christus vna oblatione con
summauit in eternum sanctifica
tos. ⁊ ideo non est locus secunde
oblationis. sꝫ manifestum est ꝙ
xp̄s anī mortē multas passiones
sustinuit esuriens. laborans. con
sputus et flagellatus. si ergo iste
passiones suffecissent non obtu-
lisset seipm ad mortem. Obtulit
autem seipm hostiā deo patri p
peccatis nostris vt dicit ad Ephe
sios. 5° et hoc per mortem. ergo
passio xp̄i absq꜄ morte non suf-
fecisset. Secūdo sic. Homo erat
debitor mortis. si ergo xp̄s debu
it pro aliis satisfacere recompen
sādo oportuit ꝙ ipse mortē quā
non debebat exsolueret. vii Gre
go. 3° moralium ꝙ nisi xp̄s mor
tem indebitaꝫ suscepisset nequa
ꝙ nos a morte debita liberaret.
Pro pleniori noticia veritat̄ hu
iusmodi ꝯclusionis est notāduꝫ
iuxta sanctum Tho. ꝙ xp̄i satis
factio pro tota humana natura
duas conditiones concernere de
buit scilicet vt esset vniuersalis re
spectu omniū satisfactionū quo
dammō. Secundo vt esset exem
plaris respectu oīm particulariū

satisfactionum. vnis aūt erat nō
per p̄dicationem de multis qua
si per multas satisfactiones parti
culares multiplicata sed hūs vir
tutem respectu oīm. vn̄ nō opor
tuit q̄ ipe oēs penas q̄ ex pecca
to ↄsequi possunt assumeret i se
ipso. sed illam ad quā oēs ordi
nantur ꝛ que continet in se oēs
penas ꝟtuis non actu. Finis au
tem oīm terribilium est mors. vt
dicit phūs. 3° Ethi. ꝛ ideo p̄ pas
sionem mortis debuit satisfacere
Inq̄tum vero fuit exemplaris re
spectu nostrarum satisfactionuꝫ de
buit habere magnitudinem exce
dentem oēs alias satisfactiones
q2 exemplar debet esse prestanti⁹
exemplato. ꝛ ideo f3⁹ maximam
penarum debuit satisfacere scꝫ p̄
mortem ¶ Ad rōnes in oppo⁹
Ad primaꝫ respondet negando
ↄn̄āꝫ. Et rō est. q2 licet pene alie
quas xp̄s sustinuit essent sufficiē
tes ad satisfactioneꝫ p̄ humana
natura ↄsiderata ↄditione patiē
tis. non tn̄ ↄsiderato genere pe
ne ad quā genus humanuꝫ erat
obligatum p̄pter peccatū qd̄ tn̄
esse debebat vt scꝫ nos de morte
per mortem redimeret ¶ Ad se
cundam respondet eodeꝫ mō q̄
ꝟtuis gutta sanguinis quā in cir
cūcisione fudit esset sufficiēs ad
satisfactioneꝫ ↄsiderata conditi
one persone non tn̄ vt dictum est
¶ Ad terciam respondet negā
do ↄn̄am. Et rō est. q2 ↄtricio n̄
tātum habet vim ex caritate sed
etiam ex dolore. ꝛ ideo rōne cari
tatis delet culpam. rōe aūt dolo
ris computatur in satisfactione
pene. alie aūt pene xp̄i non suffi
ciunt q2 in eis non continentur
omnes alie pene sicut in passio
ne mortis continentur.

Ad terciam que
stioneꝫ sic proceditur. Et
videt q̄ nō fuit conueniens xp̄ꝫ
cum latronibus crucifigi ¶ Pri
mo sic. dicitur. 2. ad Cor. 6° q̄ p̄
ticipatio iusticie cum iniquitate
s3 xp̄s fact⁹ ē nobis iusticia. ini
quitas aūt pertinet ad latrones
non g° fuit ↄueniens vt xp̄us si
mul cum latronibus crucifigere
tur. ¶ 2° sic. super illud Math.
26. Si oportuerit me mori tecuꝫ
nō te negabo dicit Origen̄. Mo
ri cuꝫ ihesu pro oībus moriente
hoīm nōn erat. g° minus fuit cō
ueniens vt simul cum latronib⁹
moreretur. ¶ In opp⁹ ē euange
lium p̄ns. R̄ndeo. Dicenduꝫ q̄
xp̄s crucifixus est inter latrones
alia quidem rōe q̄tum ad inten
tionem iudeoꝝ alia vero q̄tum
ad dei ordinationem. Quātum
vero ad intentioneꝫ iudeoꝝ du
os latrones vtrimqꝫ crucifixerūt
sicut dicit Chriso. vt eoꝝ suspiti
onis fieret particeps sed non ita
euenit. nam crux vbiqꝫ honorat
Quātum vero ad dei ordinatio
nem xp̄us cum latronibus cruci
fixus ē. vt Hiero. dicit sup. Ma
theum. sicut maledictum crucis

factus est xp̄us sic pro omnium
salute inter noxios quasi noxius
crucifigit. Secūdo vt dicit Leo
papa ī sermone de passione. duo
latrones vnus ad dexteram ali-
us ad sinistram crucifiguntur. vt
in ipsa patibuli specie demōstra
ret illa que in iudicio ipso omni
um hominum facienda est discre
tio. Et Augustinus dicit sup̄ Jo
hannem. Ipsa crux si attendas
tribunal fuit. in medio enim iu-
dice constituto vnus qui credi-
dit liberatus alter qui insultauit
damnatus est. iam significauit
quid facturus est de viuis ⁊ mor
tuis alios positur⁹ ad dexteram
alios ad sinistram. ¶ Ad rati-
ones in oppositum. Ad primam
respondetur q̄ ratio non proce-
dit. Et ratio est. quia sicut xp̄us
debitum mortis non habuit sed
mortem voluntarie subiit vt sua
virtute vinceret mortem: ita etiā
non habuit meritum vt cum la
tronibus poneretur. s; voluit cū
iniquis deputari vt sua virtute
iniquitates destrueret. vn̄ Chri-
sosto. dicit super Matheum. Qr
latronem in cruce conuerteret in
paradisum inducere non minus
fuit q̄ contundere petras ¶ Ad
secundam respondetur negando
consequenciā. E ratio est. quia
non conueniebat q̄ cum xp̄o ali
quis alius pateretur ex eadē cā
vn̄ Origen̄. ibidem subdit. Om
nes fuerunt in peccatis ⁊ omnes
opus habebant vt pro eis aliu
moreretur non ipsi pro aliis.

Sabbato sanc
to legitur euangelium.
Vespere autē sabbati. Math.
28. Circa quod possunt dispu
tari sequentes questiones ¶ Pri
mo. Utrum conueniens fuit xp̄m
sepeliri. ¶ Secundo. Utrū cō
ueniens fuit vt xp̄us ad infernū
descenderet. ¶ Tercio. Utrum
xp̄us totus fuit in inferno.

Ad primā que
stionē sic proceditur. Et
videtur q̄ non fuit conueniens
xp̄m sepeliri. ¶ Primo sic. Ni
hil circa xp̄m fieri debuit qd̄ nō
esset salutiferum nobis. sed i nul
lo videtur ad salutem hominis
pertinere q̄ xp̄s fuit sepultus. er
go non fuit conueniens xp̄m se-
peliri. ¶ Secundo sic. Sicut ↄ
ueniens fuit vt moreretur mor-
te ignominiosa ita videtur q̄ de
buit sepeliri sepultura abiecta et
vili. sed hoc non est factū. ergo
rc. ¶ Tercio sic. Si dicatur q̄
xp̄us sepeliri voluit vt daret ho
minibus spem resurgendi de se-
pulcro. ergo similiter incineratio
nem corporis sui pati debuit vt
spem resurgendi incineratis post
incinerationem daret. sed h° nō
fuit conueniens. g° rc ¶ Quar
to. Sicut mors est pena peccati
primi parentis ita ⁊ incineratio.
Dictum est enim primo homini
post peccatū. Puluis es ⁊ in pul
uerem reuerteris. vt dicitur Ge-

n.sis.3° sed xp̄us mortem susti-
nuit vt nos a morte liberaret. er
go etiam cum sepeliri voluit in-
cinerari debuit corp⁹ eius vt nos
ab incineratione liberaret. g° rc.

¶ Quinto. si corpus xp̄i fuit se-
pultum videtur q̄ separatum fu
it a diuinitate cui erat vnitum.
patet consequentia. quia remo-
to medio, remouentur extrema.
sed diuinitas vnita est carni me-
diante anima. ergo i morte chri
sti cum sit separata anima a car
ne xp̄i ꝛ ita iaceat in sepulcro si-
ne anima per consequens diui-
nitas fuit separata a carne. In
oppositum est euangelium pre-
sens vbi ait. Mittens mulier h⁹
vnguentum in corpus meū ad
sepeliendum me fecit. ¶ Respō
deo. Dicendum sub certis con-
clusionibus. Prima est. q̄ conue
niens fuit xp̄m sepeliri. que con-
clusio probatur sic. Conueniens
enim fuit xp̄m sepeliri ex multi-
plici respectu. Primo ad proban
dum veritatem mortis. non enī
aliquis in sepulcro ponitur nisi
quando iam de veritate mortis
constat. vnde Marci. 15. legitur.
q̄ Pilat⁹ anteq̄ concederet xp̄m
sepeliri diligēti inquisitione cog
nouit eum esse mortuū. Secun
do. quia per hoc q̄ xp̄s de sepul
cro resurrexit datur spes resurgen
di per ipsū his qui sunt in sepul
cro. secundum illud Johan. 5°
Omnes qui in monumentis sūt
audient vocem filii dei ꝛ qui au
dierint viuent. Tercio ad exem
plum eorum qui per mortē xp̄i
spiritualiter moriuntur peccatis
qui scilicet absconduntur a turba
tione hominum. Unde dicitur
Coll. 3° Mortui estis ꝛ vita ve-
stra abscondita est cū christo in
deo. Secunda conclusio. Conue
niens fuit vt xp̄us sepeliretur in
orto ad significandum q̄ p̄ mor
tem et sepulturam ipsius libera-
mur a morte quam incurrimus
per peccatum Ade in orto para
disi commissum. Tercia conclu-
sio: Conuenienter xp̄s sepultus
ē in sepultura aliena vt dicit Au
gusti. in quodam sermone. quia
pro aliorum moriebatur salute.
Quarta conclusio. Conueniens
fuit vt sepeliretur in nouo monu
mento. quia si aliquis ibi ante
fuisset sepultus potuisset calum-
niari a iudeis q̄ ille surrexisset et
non xp̄us. ꝛ eadem ratione sepul
tus est conuenienter in sepulcro
qd' excisderat d' petra. ne si sepul
tus fuisset in terra diceretur a iu
deis q̄ discipuli p̄ cauernas ter-
re eum extraxissent. Quinta con
clusio. Conueniens etiā fuit vt
corpus xp̄i inuolutum esset ī syn
done munda id est panno lineo
mundo. qr corpus eius erat mū
dissimum. vnde propter hoc cor
pus xp̄i non consecratur in alta
ri super pannum sericum sed line
um. quia corpus xp̄i tali panno
fuit inuolutum. vt dicitur de cō
se. dis. 1. Sexta conclusio. Licet

conueniens fuit xpm sepeliri nõ. fuit tamen conueniens corpus eius incinerari. Ista conclusio patet ex illo psal. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem quod Damascenus exponit de corruptione que est per resolutionem in elementa. Ostenditur etiam conclusio ex hoc. quod putrefactio cuiuscumque corporis prouenit ex infirmitate nature illius corporis que non potest amplius continere corpus in vnum. mors autem xpi sicut supra dictum est non debuit esse ex infirmitate nature ne crederetur esse inuoluntaria. et ideo non ex morbo sed ex passione illata voluit mori cui se obtulit sponte. et ideo xps ne mors eius infirmitati ascriberetur noluit corpus suum qualitercunque putrefieri aut qualitercunque resolui. sed ad ostentationem virtutis diuine voluit corpus illud incorruptum permanere. Septima conclusio. Diuinitas non fuit separata a corpore xpi nec in morte nec in sepultura. Patet conclusio. Dicitur enim in symbolo. quod filius dei mortuus est et sepultus. sed hoc non dicitur nisi quia corpus in sepulcro fuit. ergo diuinitas a corpore separata non fuit. Cuius ratio etiam ex tribus accipi potest. Primo ex parte dei. quia cum sit immutabilis et quod sibi perfecte coniunctum est immutabilitatem prestat vt scilicet ei immutabiliter adhereat. Secundo ex parte ipsius assumpti quod per mortem quam ex obedientia patris sustinuit non debuit suam dignitatem amittere sed magis debuit clarificari. Tercio. ex fine assumptionis quia ea que post mortem ipsius circa ipsum acta sunt salutaria nobis non fuissent nisi diuinitas iuncta fuisset. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando minorem. dicimus enim quod sicut mors efficienter operata est nostram salutem. ita etiam et eius sepultura. vnde Hieronimus dicit super Math. Sepultura xpi resurgimus. et Isa. 53. Dabit impios pro sepultura. dicit glosa. id est gentes que sine pietate erant deo patri dabit. quia mortuus et sepultus eos acquisiuit. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. vnde dicimus quod licet mors xpi fuerit ignominiosa. sepultura tamen eius debuit esse nobilis et sumptuosa. Cuius ratio est. quia passibilitatem et humilitatem assumpsit Christus pro nostra redemptione. ideo illa completa in sua morte predicta debuerunt cessare et ea sequi que quodammodo ad gloriam sue resurrectionis pertinere videbantur. Unde vtrumque fuerat dictum per Isaiam prophetam. de turpitudine mortis eius. Isa. 53. Tanquam ouis ad occisiones ducetur et cetera. et sequitur ibidem. Et cum sceleratis reputatus est. De nobilitate sepul

surre sue dicitur Isaie.xi. Radix yesse que stat rc. sequitur. et erit sepulcrum eius gloriosum. Ad terciam respondetur negando cõsequentiam. Et ratio est. quia xpus de sepulcro resurrexit virtute diuina que nullis terminis coartatur. et ideo quod a sepulcro surrexit sufficiens argumentum fuit quod homines erant resuscitandi virtute diuina. non solum de sepulcris sed de quibuscunque terrenis.

¶ Ad quartam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia xpus cum non esset subiectus peccato. nec morti erat obnoxius nec incineratione que erant pene originalis peccati. tamen mortem sustinuit propter salutem nostram. Si autem corpus fuisset putrefactum vel resolutum magis hoc fuisset in detrementum humane salutis dum non crederetur in eo esse virtus diuina. vnde ex persona eius dicitur in psal. Que vtilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionem quasi diceret. si corpus meum putrescat perderetur effusi sanguinis vtilitas. ¶ Ad quintam respondetur negando consequentiam. dicimus enim quod in morte xpi non fuit diuinitas separata a carne nec ab anima. nam vt dicit Leo papa. Tanta fuit vnio dei et hominis vt nec supplicio potuit dirimi nec morte distingui. Ad probationem autem respondemus quod anima quantum ad vnibilitatem corporis est medium necessitatis. quia corpus non esset vnibile nisi inquantum est animatum. sed quantum ad vnionem in actu est medium congruentie quo remoto nõ necessario vnio tollitur. et ideo quia separata anima a corpore adhuc remãsit ordo in corpore ad animam. ideo non tollitur vnio diuinitatis ad carnem.

Ad Secundam

questionem sic proceditur. Et videtur quod nõ fuit conueniens xpm ad infernum descendere.

¶ Primo sic. Sicut enim dicit Augustinus ad Dardanum. Nomen inferni in scriptura semper in malo accipitur. sed illud quod semper in malo accipitur non conuenit xpo. ergo nec descendere in infernum. ¶ Secundo sic. Christus per passionem suam quã in hoc mundo sustinuit nos liberauit a culpa et a pena. ergo nõ fuit conueniens quod xpus in infernũ descenderet. ¶ Tercio. Christus non descendit in locum damnatorum locum tenebrosum et opertum mortis caligine. quia nulla est conuentio lucis ad tenebras. vt dicitur .2. Cor. 6°. ergo xpus qui est lux ad infernum non descendit. ¶ In oppositum est symbolum fidei vbi dicitur. descẽdit ad inferos. ¶ Respondeo. Dicendum sub tribus conclusionibus pro maiori declaratõne ma

terie. Prima conclusio. Conueni
ens fuit xpm ad infernum descē
dere vt infernus nominat locuz
non penam damni vel sensus. Pa
tet conclusio. Tum primo quia
xpus venerat penam nostraz por
tare vt nos a pena eriperet secun
dum illud Isa. 53. Vere languo-
res nostros ipse tulit et dolores
nostros ipse portauit. ex peccato
autez homo incurrebat non solū
mortem corporis sed etiam descē
sum ad inferos. et ideo sicut fuit
conueniens eum mori vt nos li-
beraret a morte. ita conueniens
fuit ei descendere ad inferos vt
nos a descensu ad inferos libe-
raret. vnde Osee. 13. dicitur. Ero
mors tua o mors. ero mors⁹ tu⁹
inferne. Secundo fuit ꝯueniens
vt victo diabolo per passionem
victos eius eriperet qui detine-
bantur in inferno. Tercio vt si-
cut potestatem suam ostendit in
terra veniendo et moriendo. ita
potestatez suam ostenderet in in
ferno ipsum illuminando ꝛ visi-
tando. Unde in psal. dicitur. At
tollite portas principes vestras.
glo. i. principes īferni auferte po
testatem vestram quousqz nunc
homines in inferno detinebatis
Et sic in nomine Ihesu omne ge
nu flectatur non solum celestiuz
sed etiam infernorum vt dicitur
Phil. 2°. Secunda conclusio.
Anima xpi nō descendit in om
nem partem inferni secunduz es-
sentiam suaz. Pro quo sunt duo

notanda. Primuz est ꝙ quadru
plex est infernus. Unus est infer
nus damnatoruz in quo sunt te
nebre et quantum ad carentiam
diuine visionis ꝛ quantuz ad ca
rentiam gracie ꝛ est ibi pena sen
sibilis. ꝛ hic infernus ē loc⁹ dam
natorum. Alius est infernus su-
pra istum in quo sunt tenebre et
quantum ad carentiaz diuine vi
sionis ꝛ propter carentiaz gracie
sed non est ibi pena sensibilis. et
dicitur lymbus puerorum. Ali⁹
est supra ipsum in quo sunt tene
bre quantum ad carentiam diui
ne visionis sed non quantuz ad
carentiam gracie sed ibi est pena
sensus. ꝛ dicit purgatoriuz. Ali-
us est magis supra in quo sūt te
nebre quantum ad carentiaz di
uine visionis sed non quantum
ad carentiam gracie. nec ibi ē pe
na sensibilis. ꝛ hic ē infern⁹ sanc
torum patrum ꝛ in hunc tantum
descendit xpus quantum ad lo
cum non quantum ad spiritualiū
um tenebrarum experientiam.
Secundo nota ꝙ dupliciter dici
tur aliqd alicubi esse. Uno mo-
do per suum effectum. ꝛ hoc mō
xps in quemlibet infernum des-
cendit aliter tamen ꝛ aliter. nam
in infernum damnatorum habu
it hunc effectum ꝙ descendens
xpus ad inferos de sua incredu-
litate ꝛ malicia illos confutauit
Illis vero qui detinebantur in
purgatorio spez glorie consequē
dus dedit. Sanctis autem patru-

bus qui pro solo peccato origi-
nali detinebantur lumen eterne
glorie infudit. Alio modo dici-
tur aliquid esse alicubi per suam
essentiam. et hoc modo anima
christi descendit solum ad locuz
inferni in quo iusti detinebātur
vt quos ipse per graciam interi-
us visitabat secundum deitatez
eos etiam secundum animaz vi
sitaret et loco. Tercia conclusio.
Anima christi tamdiu mansit in
inferno q̄diu corpus in sepulcro
Ista conclusio patet ex illo Ac-
tuum. 2°. Quem deus suscitauit
solutis doloribus inferni. ergo vi
detur q̄ in inferno fuit vsqz ad
horam resurrectionis. Ratione
autem patet sic. nam cuz anima
et corpus sunt proportionabilia
tantum debuit anima stare in in
ferno quantum corpus in sepul-
cro vt per vtrunqz fratribus su-
is sim laretur. Quarta cō clusio
Christus patres sanctos existen
tes in illa parte inferni que dici
tur lymbus patrum eduxit de in
ferno. patet conclusio ex illo Za
charie 9°. Tu vero in sanguine
testamenti eduxisti vinctos de la
cu tuo. Quinta conclusio. Chri-
stus non eduxit illos qui erāt in
lymbo puerorum. patet conclu-
sio. Redemptio enim christi nō
habet locum nisi in illis qui fue
runt membra xpi. Unde cūz pue
ri qui erant in lymbo nunq̄ fue
runt membra christi nec per fidē
propriam nec per fidei sacramen
tum quod nunc est baptismus q̄d
tunc erat circumcisio vel sacrifici
um constat q̄ nō liberati fuerūt
Sexta cōclusio. Existentes in par
te inferni damnatorum non libe
rauit. patet conclusio. quia in in
ferno nulla est redemptio. ergo
nulli ꝺ illo loco sūt liberati. Ra
tione sic ostēditur. Pena nō pot-
est tolli manente culpa. Illi au-
tez qui sunt damnati in inferno
sunt obstinati in malicia sicut de
mones. et ideo de pena illa libe-
rari non potuerunt. et hoc non fu
it ex insufficientia liberantis sed
ex indispositione ipsorum dam-
natorum. Septima conclusio.
Christus non liberauit regulari
ter animas existentes in purgato
rio. Ista conclusio patet. pro pec-
cato quod per se quis commisit
debet purgationem pati. sed pe-
nam purgatorii sustinet homo ꝓ
peccatis que commisit. ergo per
penam quam ipse tulit debz pur
gari et non per penam christi. Ni-
si dicatur q̄ in vita sua meruit ꝑ
fidem et deuotionem ad mortem
christi vt per passionem christi li
beraretur. Ut hoc ex speciali gra
cia fuit collatum q̄ illi qui i pur
gatorio inuenti fuissent absoluti
essent per passionem christi quā
uis illi qui nunc sunt in purgato
rio non sequantur effectum ple-
ne liberationis ex sola passione
christi. ¶ Ad rationes in oppo
situm. Ad primam respondetur.
Qd nomen infernorum sonat in

malum pene non in malum culpe. Unde decuit christum in infernum descendere non tanquam ipse debitor esset pene sed vt eos qui erant pene obnoxii liberaret.

¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia passio christi fuit quedam causa vniversalis humane salutis tam viuorum quam mortuorum. Causa autem vniversaliter applicatur ad singulares effectus per aliquid speciale. Unde sicut virtus passionis christi applicatur viuentibus per sacramenta configurantia nos passioni christi. ita etiam applicata est mortuis per descensum christi ad inferos propter quod Zacharie. 9°. dicitur quod eduxit vinctos de lacu in sanguine testamenti sui. id est per virtutem passionis sue. ¶ Ad terciam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia vt supra notatur quadruplex est infernus. Secundo potest dici quod si christus non descendit in infernum per suam essentiam: descendit tamen per effectum vt dictum est.

AD terciam questionem sic proceditur. Et videtur quod non totus christus fuit in inferno. ¶ Primo sic. Corpus christi est aliqua pars eius. sed corpus christi non fuit in inferno. ergo totus christus non fuit in inferno. ¶ Secundo sic. Nihil cuius partes ab inuicem separate sunt potest dici totum. sed corpus et anima que sunt partes humane nature fuerunt ab inuicem separate post mortem. descendit autem christus in infernum mortuus existens. ergo non potuit esse totus in inferno. ¶ Tercio. Illud totum dicitur esse in loco cuius nihil extra illum locum est. sed aliquid christi erat extra infernum. quia et corpus erat in sepulcro et diuinitas vbique. ergo christus non fuit totus in inferno. ¶ In oppositum est illud Augustini in li. de symbolo. Totus filius apud patrem/totus in celo/totus in terra/totus in vtero virginis/totus in cruce/totus in inferno/totus in paradiso quo latronem introduxit. ¶ Respondeo. Dicendum sub illa conclusione. quod christus in illo triduo mortis totus fuit in sepulcro et totus fuit in inferno. licet non fuit totum quod pertinet ad humanam naturam. que conclusio sic ostenditur. Masculinum genus refertur ad hypostasim vel personam. neutrum autem genus pertinet ad naturam. sed in morte christi licet anima separata fuerit a corpore neutrum tamen fuerat separatum a persona filii dei. et ideo in illo triduo mortis dicendum est quod totus christus fuit in sepulcro. quia tota persona fuit ibi per corpus vnitum. et similiter totus fuit in inferno. quia tota persona christi ibi fuit ratione anime sibi vnite. totus etiam christus tunc erat vbique ratione diuine nature. ¶ Ad ratio

nes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequētiam. Et ratio est. quia corpꝰ xp̄i quod tunc erat in sepulchro non est pars persone increate sed nature assumpte. et ideo per hoc ꝙ corpus xp̄i non fuit in inferno nō excluditur quin totus xp̄us fuerit. sed ostenditur ꝙ non fuit totuȝ qđ pertinet ad humanaȝ naturam. ¶ Ad secundam respōdetur negando consequentiam. Et ratio est. quia ex anima ⁊ corpore cōstituitur totalitas humane nature non autē totalitas diuine persone. ⁊ ideo soluta vnione anime ⁊ corporis per mortem remansit totus xp̄us. sed nō permāsit humana natura in sua totalitate. ¶ Ad terciam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia assumptuȝ non habet locum nisi in his que corporaliter ⁊ circumscriptiue sunt ī loco. ꝙ si totum est alicubi nihil eius sit extra. sed hoc in deo locū non habet. Unde Augustinus dicit in libro de symbolo. Nō p diuersa tempora vel loca dicimꝰ xp̄m esse vbiqȝ totum vt modo ibi totus sit ⁊ alio tempore alibi totus ȝ vt semp̄ vbiqȝ sit totus.

In die Resurrectionis

legitur euangelium. In illo tempore. Maria magdalene ⁊c. Marci. 16. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. ¶ Prima. Utrȝ necessarium fuit Christum resurgere. ¶ Secunda. Utrum conueniens fuit Christum tercia die resurgere. ¶ Tercia. Utrum totus sanguis qui per eum fusus ē pro humana redemptione sit in resurrectione reassumptus.

Ad primaȝ questionē sic proceditur. Et videtur ꝙ non fuit necessarium christum resurgere. ¶ Primo sic. dicit Damascenus in. 4.° libro. Resurrectio est eius qđ cecidit ⁊ dissolutum est iterata surrectio sed xp̄s non cecidit per peccatuȝ nec corpus eius dissolutuȝ est. ergo non conuenit ei resurgere.

¶ Secundo sic. Ea que circa humanitatem sunt acta ad nostraȝ salutem ordinantur. sed sufficiebat ad nostram salutem passio xp̄i per quā sumus liberati a culpa ⁊ a pena. non ergo fuit necessarium ꝙ xp̄us a mortuis resurgeret. ¶ Tercio sic confirmatur ratio precedens. Post vltimam consummationem non est aliud necessarium. sed vltima consummatio facta est in passione. quia tunc dixit Consummatuȝ est. Johan. 19. ergo non fuit necessarium ꝙ postea resurgeret. ¶ In oppositum est euangelium presens vbi dicitur. Surrexit non est hic et illud Luce vltimo. Oportebat christum pati et a mortuis resurgere. ¶ Respondeo. Dicenduȝ.

sub certis conclusionibus. Prima conclusio. ꝙ necessarium fuit christum a mortuis resurgere. Que conclusio patet primo ex illo Apostoli. 1. Cori. 15. Si xp̄us non surrexit inanis est fides nostra. sed sine fide nō iustificamur ergo necessarium fuit christuʒ resurgere. Preterea necessitas resurrectionis Christi colligitur ex multis. Primo ad commendationem diuine iusticie ad quā pertinet exaltare illos qui ꝓpter deum se humiliauerunt. secundum illud Luce primo. Deposuit potentes ꝛ exaltauit humiles. quia igitur christus propter caritatem ꝛ obedientiam dei se humiliauit vsqꝫ ad mortem crucis / oportebat ꝙ exaltaretur a deo vsqꝫ ad gloriosam resurrectionem. Secundo fuit necessarium ad fidei nostre instructionem. quia per eius resurrectioneʒ confirmata est fides circa diuinitatem Christi. quia vt dicitur. 2. Corinth. vlti. si crucifixus est ex infirmitate nostra viuit ex virtute dei. Tercio fuit necessarium christum resurgere ad subleuationem spei nostre. quia dum videmus christuʒ resurgere qui est caput nostrum speramus et nos resurrecturos. Unde dicitur. 1. Corinth. 15. Si Christus predicatur ꝙ resurrexit a mortuis / quomodo quidaʒ dicunt in vobis quoniam resurrectio mortuorum non est. Et Job. 19. Scio per certitudinem fidei ꝙ redemptor meus. id est Christus viuit a mortuis resurgens. et ideo in nouissimo die de terra resurrecturus sum. reposita ē hec spes mea in sinu meo. Quarto fuit necessarium ad informationem vite fidelium. secundum illud ad Romanos. 6º. Quomodo Christus resurrexit a mortuis per gloriam patris ita et nos in nouitate vite ambulemus. Quinto fuit necessarium ad cōplementum nostre salutis. quia sicut ꝑ hoc ꝙ mala sustinuit moriendo vt nos liberaret a malis ita glorificatus est resurgendo vt nos promoueret ad bona. secundum illud ad Roma. 4º. Traditus est propter delicta nostra. et resurrexit propter iustificationem nostram. Secunda conclusio. Christus post resurrectionem habuit verum corpus. Ista conclusio patet primo sic. Christꝰ vere resurrexit vt dictum est. sed ad hoc ꝙ sit vera resurrectio oportꝫ ꝙ idem corpus eidem anime vniatur. et quia veritas nature corporis est ex forma. consequens ē ꝙ corpus christi post resurrectionem ꝛ verum corpus fuerit ꝛ eiusdem nature cuius fuerat prius. si autem corpus fuisset fantasticum non fuisset vera resurrectio sed apparens. Tercia conclusio Corpus christi resurrexit gloriosuʒ. Ista conclusio ostenditur ratione. quia resurrectio christi fuit exemplar et causa nostre resur-

rectionis vt habetur. I. Corinth. 15. Sancti autem habebunt in resurrectione corpora gloriosa sicut dicitur ibidem. Quod seminatur in mortalitate surget i glo ria. Unde cum causa sit potior causato et exemplar exemplato. multo ergo magis corpus xpi fuit gloriosum. Quarta conclusio Christus surrexit resurrectione pfecta priusq̄ quicunq̄ alius resurgeatium. Ista conclusio patet ex illo. I. Corinthe. 15. Christus resurrexit a mortuis primitie dormientium. Glo. quia prius tempore z dignitate surrexit. Ratione sic. Resurrectio est separatio a morte in vitam. Dupliciter autem aliquis eripit a morte. Uno modo solum a morte in actu. vt si aliquis viuere incipiat qualitercunq̄ postq̄ mortuus fuerat. Alio modo vt aliquia liberetur non solum a morte sed a necessitate et qd' plus est a possibilitate moriendi. z hec est vera z perfecta resurrectio quādiu aliquis viuit subiectus necessitati moriendi quodammodo mors ei dominatur. et sic patet q̄ illa resurrectio qua quis eripitur solum ab actuali morte est resurrectio imperfecta. Loquēdo ergo de resurrectione perfecta Christus est primus resurgentium. quia ipse resurgendo primo peruenit ad vitam penitus immortalem. secundum illud ad Romanos. 6º. Christus resurgens a mortuis iam non moritur. sed resurrectiōe imperfecta quidam alii surrexerunt ante Christum ad premonstrandum quasi in quodam signo resurrectionem ipsius. Unde illi qui resuscitati sunt in veteri testamento et illi qui sunt resuscitati a christo sic redierunt ad vitam vt iterum morerentur. Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia licet Christus non ceciderit p peccatum cecidit tamen per mortem quia sicut peccatum est casus a iustitia ita mors est casus a vita Similiter licet corpus christi nō fuerit dissolutum per incinerationem: ipsa tamen separatio anime a corpore dissolutio quedam fuit. ¶ Ad secundam respondetur. q̄ etiam resurrectio Christi operata est nostram salutem. sed passio Christi operata est nostrā salutem proprie loquendo quātum ad remotionem malorum. resurrectione autem quantum ad inchoationem z exemplar bonorum. ¶ Ad terciam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia licet in morte facta sit consummatio omnium eorum que exigebantur ad satisfactionem. que quidem non est facta per resurrectionem: nihilominus in resurrectione facta est consummatio quantum ad perfectionem in bono.

AD Secundam questionem sic proceditur. Et videtur quod non fuit conveniens christum resurrexisse tercia die. ¶ Primo sic. Membra debent capiti conformari. sed nos qui sumus membra christi non resurgimus tercia die. sed nostra resurrectio differtur usque ad finem mundi. ergo videtur quod christus qui est caput nostrum non debuerit tercia die resurgere.

¶ Secundo sic. Separatio anime a corpore in christo non fuit facta nisi propter separationem humane nature. sed in instanti mortis redemptio soluto precio completa est. ergo debuit statim resurgere et non differre usque in diem terciam. ¶ Tercio sic. Dies videtur incipere ab ortu solis qui sua presentia diem causat. sed ante solis ortum christus resurrexit. dicitur enim Johan. 20 quod una sabbatorum Maria magdalena venit mane cum adhuc tenebre essent ad monumentum et tunc christus iam resurrexerat et vidit revolutum lapidem a monumento. ergo Christus non resurrexit tercia die. ¶ Quarto sic. Dicitur Math. 12. Sicut Jonas fuit in ventre Ceti sic filius hominis in corde terre tribus diebus et tribus noctibus. ergo videtur quod non resurrexit tercia die sed quarta vel quinta ¶ Quinto sic. Nox contra diem dividitur. sed dicit Gregorius in omelia huius diei. christum de morte resurrexisse sicut Sampson de nocte portas gaze tulit. Judi. 16 ergo videtur quod Christus non resurrexit tercia die sed secunda nocte ¶ In oppositum est quod in symbolo cantur. Et resurrexit tercia die. et Mathei. 20. Tradent eum gentibus ad illudendum et sequitur. Et tercia die resurget.

¶ Respondeo. Dicendum sub ista conclusione. quod christus convenienter resurrexit tercia die. que conclusio sic ostenditur. Resurrectio christi sicut dictum est in questione precedenti necessaria fuit ad instructionem fidei nostre Est autem fides nostra de divinitate et de humanitate Christi. non enim sufficit alterum sine altero credere. et ideo ad hoc ut confirmaretur fides divinitatis ipsius oportuit quod cito surgeret et eius resurrectio non differretur usque ad finem mundi. Ad hoc enim quod confirmaretur fides de veritate humanitatis et mortis eius oportuit moram esse inter mortem et resurrectionem. Si enim statim post mortem resurrexisset videri posset quod eius mors vera non fuerit et per consequens nec resurrectio vera. Ad veritatem ergo mortis christi sufficiebat quod usque in terciam diem eius resurrectio differretur. quia non contingit quin infra hoc tempus in homine qui mortuus videtur cum vivat

appareant aliqua indicia vite. Ostenditur etiam, et aliis conuenientia ista: Tum quia per hoc q resurrexit tercia die commendatur perfectio trinarii qui est numerus omnis rei vtpote habens principium medium et finem vt dicitur primo de celo et mundo. Ostenditur etiam in hoc secundum misterium. quia christus vna sua morte corporali que fuit lux propter iusticiam duas nostras mortes destruxit scilicet corporis et anime que sunt tenebrose propter peccatum. et ideo vna die integra et duabus noctibus permansit in morte vt dicit Augustinus in .4.° de trini. Per hoc etiam significatur q per resurrectionem christi tercium tempus incipiebat. Nam primum tempus fuit ante legem. secundum sub lege. tercium sub gracia Incepit: etiam in resurrectione tercius status sanctorum. Nam primus fuit sub figuris legis. secundus sub veritate fidei. tercius erat in eternitate glorie quam christus resurgendo inchoauit. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia licet caput et membra conformentur in natura non tamen in virtute. excellentior enim est virtus capitis q membrorum. et ideo ad demonstrandum excellentiam virtutis christi conueniens fuit ipsum tercia die resurgere aliorum resurrectione dilata vsque ad finem seculi. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia non solum oportebat q per mortem fieret redemptio sed ad hoc q redemptionis eius participes essemus oportuit q veritas mortis eius nobis ostenderetur. quod non fuisset si statim post mortem resurrexisset.

¶ Ad terciam respondetur. q dies diuersis modis accipitur. Aliquando pro die naturali qui continet spacium vigintiquatuor horarum. vnde includit diem et noctem. Aliquando pro die artificiali qui est latio solis super terram. Loquendo ergo de die artificiali sic Christus fuit mortuus vna die integra scilicet die sabbati et duabus noctibus integris scilicet precedente die sabbati et sequente. et adhuc plus scilicet per quandam partem ferie sexte. sic loquitur Augustinus supra et glo. ad Romanos .6.° que dicit. Quieuit in sepulchro vna die et duabus noctibus. quia nostram duplicem vetustatem sua simpla consumpsit. Si vero loquimur de die naturali sic accipiendo partem pro toto fuit mortuus tribus diebus et tribus noctibus sicut dicitur Mathei duodecimo. Illa enim pars diei passionis christi a nona et deinceps computatur pro vna tota die naturali cuius est pars. Unde computatur pro vna die artificiali et pro vna nocte. Similiter nox

post sabbatum computatur pro tota die naturali sequenti. et sic computatur p una die z pro una nocte artificiali. quibus sic coniungatur una dies integra scilicet dies sabbati z una nox integra scilicet nox precedens. inuenitur q xpus fuit mortuus tribus diebus z tribus noctibus. Ad quartam responsio patet ex dictis. ¶ Ad quintam respondet q xpus dicitur resurrexisse in crepusculo quādo adhuc est lux tenebris permixta. z ideo aliquando dicitur q resurrexit in die aliquando in nocte. dicitur autem in euangelio presenti. orto iam sole. non est sic accipiendum tanq̄ sol ipse uideretur super terras. sed tanq̄ eo proximo veniente i has partes. vt dicit sanctus Tho.

AD terciam questionem in qua queritur. Utrum totus sanguis xpi qui in passione eius effusus est pro humana redemptione ad corp⁹ eius redierit in resurrectione. Et videtur q non. ¶ Primo sic. In aliquib⁹ ecclesiis sanguis xpi dicitur adhuc hodie conseruari. ergo non totus sanguis xpi in ei⁹ resurrectione ad corpus rediit. consequentia videtur nota. Secūdo confirmādo arguitur. Si totus redierit sequitur error in ecclesia. quia in aliquib⁹ ecclesiis in quibus esse dicitur adoratur quod esset error si totus sanguis effusus in eius passione in eius resurrectione redisset. ergo zc.

¶ Tercio sic. Sanguis xpi est unus de quattuor humoribus. si ergo sanguis xpi effusus in passione totus in resurrectione rediit pari rōne alii humores ex quibus causatur corruptio in corporibus animalium. z tunc sequeretur q corpus xpi post resurrectionem fuisset corruptibile quod est erroneum. ergo zc. ¶ In oppositum arguitur. Quicquid fuit in christo de veritate nature assumpte rediit ad xpm in resurrectione. aliter non fuisset perfecta resurrectio si non fuisset reintegratum quicquid per mortem ceciderat. vnde z dominus fidelib⁹ suis promisit dicens Math. 10. Omnes capilli capitis vestri numerati sunt. et Luce. 21. Capill⁹ de capite vestro non peribit. sed totus sanguis xpi qui fuit in passione xpi pertinebat ad naturā corporis xpi. quia si pars fuit de veritate humane nature z totus quis eadem est ratio de toto z de parte. ergo totus sanguis xpi in passione effusus in resurrectione fuit reassumpt⁹. ¶ Respondeo Dicendum circa hanc questionē q duo sunt modi dicendi. Quidam volunt dicere q non est necesse dicere q totus sanguis xpi in passione effusus sit reassumptus in resurrectione. vnde Franciscus de Maronis in quodam sermone suo huiusmodi videtur

opinionis. ad quã fundandam premittit quedam que non vidẽtur nobis bene dicta vt ostendẽmus per singula. Primo quidem distinguit quatuor separatõnes et dicit q secunda separatio fuit humanitatis a diuinitate prout humanitas dicit aliquid resultans ex vnione anime et corporis propter hoc dicit in cruce clamare xpm. Deus deus meus vt quid dereliquisti me. Math. 27. Istud in primis non videtur nobis bene dictum q humanitas fuerit separata a diuinitate. Pro quo notandum q differt cessatio vnionis et separatio vnitorum. Cessat enim vnio aliquorum per desitionem alicuius extremorum. sed separatio non est nisi eorum que manent postq soluta est eorum vnio. Unde forme naturales alie ab anima rationali quando fit corruptio compositi non dicuntur separari a materia. sed sola anima rationalis dicitur separari quia remanet soluta vnione eius a corpore. et ideo cum in morte xpi humanitas prout dicit aliquid resultans ex vnione anime et corporis non manet dissoluta vnione anime et corporis sed desinat esse non est proprie dicenda separari a diuinitate. Preterea q dicit q de tali separatione loquatur illud euangelium Mathei. 27. Deus deus meus quare me dereliquisti. non dicit verum quoniam Augustinus et magister sententiarum sanctus Tho. magister Alexander de Alis. et Nicolaus de lyra. omnes exponunt de subtractione protectionis. Dicitur enim xpus derelictus. quia expositus manibus impiorum. non autem dictum est ratione separationis facte. patet hoc quia vt volunt tam magister sententiarum q Alexander de alis hec verba dixit xpus adhuc viuens in cruce. Preterea dicit idem Franciscus. q quarta separatio fuit sanguinis a diuinitate. quia vt inquit pro signo. non enim possumus dicere q xpus remansit effusus in triduo illo super terrã propter sanguinem ibi existentem Docetiam non videtur bene dictum. Tum primo. quia ipse christus ait per prophetam psal. 21. Ego autem sicut aqua effusus sum: et dispersa sunt omnia ossa mea. quod glo. que est Augustini exponit de xpo. Sic ergo ratione corporis dicitur iacuisse in sepulcro. ita vt modo ratione sanguinis effusi de eo poterat dici effusus super terram. Tum secundo quia non stat illud quod timuit Franciscus sequi. quia nõ oportet q omne quod predicatur de eo quod est vnitum verbo predicetur de verbo omnibus modis. Unde licet anima semper manserit vnita verbo. non dicitur q verbum sit anima aut sit forma corporis aut q fuisset separata a corpore sicut erat anima. aut q esset

corpus et separatum ab anima: et ita licet sanguis esset vnitus diuinitati non sequitur ꝙ diuinitas esset sanguis aut ꝙ fuisset effusa super terram. sed bene sequitur ꝙ erat habens sanguinem effusum super terram. Sed autem sanguis Christi qui in passione christi fuit effusus semper mansit diuinitati vnitus infra ostendemus. Secundus modus dicendi est. ꝙ totus sanguis christi in eius passione pro redemptione humani generis effusus fuerit in resurrectione reassumptus. Iste modus dicendi est beati Thome tam in .3. parte q̄ōe.54. et quodlibeto.5° argumento.5° vbi ad hoc probandum triplici ratione vtitur. quarum vna accipitur ex etate xp̄i patientis. Passus est enim in perfectissima etate in qua maxime ea que in homine inueniuntur ad veritatem humane nature pertinere videtur ad maximā perfectionem adducta. quia nihil superfluum continere sed omnia esse de integritate nature. Secunda ratio sumitur ex merito passionis xp̄i. Si anime sanctorum martirum ille partes in quibus pro xp̄o passionem sustinuerunt quendam priuilegiatum fulgorem habebunt vt dicit Augustinus de ciuitate dei.22.libro. multo perfectius sanguis christi quē propter salutem humani generis effudit ad gloriosam resurrectionem totus reparatus est. Tercia ratio potest sumi ex ipsa virtute passionis christi. Sanguis enim in passione effusus humanum genus sanctificauit. secundum illud ad Hebreos vltimo. Ihesus vt sanctificaret per sanguinem suum populum extra portam passus est. humanitas autē christi salutiferam habuit virtutem ex virtute verbi sibi vniti. vt dicit Damascenus.3° libro. Unde manifestum est ꝙ sanguis in passione effusus qui maxime fuit salubris fuit diuinitati vnitus et ideo oportuit ꝙ in resurrectione iungeretur aliis humanitatis partibus. Hec omnia sanctus Thomas: Item quarto iuxta eiusdem sententiam potest eadem conclusio sic probari. Resurrectio nostra conformis est resurrectioni christi. secundū illud Phil. 3° Reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue. sed corpus nostrum in resurrectione redibit totum quod fuit de veritate humane nature. ergo sanguis christi effusus cum fuerit de integritate humane nature in resurrectione eius ad corpus rediit. nec videtur sustinendum ꝙ Christi sanguis in passione effusus pro redemptiōe humani generis nō fuerit de veritate humane nature in Christo. Tum quia ex hoc sequeretur ꝙ Christus dederit

in precium redemptionis huma-
ni generis id quod non fuit de
veritate humane nature assūp-
te sed alienum. & ita ipse non fuis-
set precium nostre redemptionis
cum nihil de suo dederit qd' est
absurdum cum contradicat illi
qd' beatus Petrus inquit. I. Pe-
tri primo. Redempti estis preci-
oso sanguine agni incōtamina-
ti & immaculati Jhesu xpi. Pla-
ne si sanguis effusus in passione
pro redemptione humani gene-
ris non pertinebat ad veritatem
humane nature eius non dicere-
tur sanguis agni incontaminati
nec dictus fuisset preciosus. Pre-
terea q taliter dicentes male di-
cere videantur. Pro quo notan-
dum q aliquid dicitur de verita-
te humane nature dupliciter.
Uno modo id qd' formam hu-
manam actu participat sicut ca-
ro & ossa. Alio modo dicitur de
veritate humane nature id sine
quo natura remanere & durare &
seruari non posset sicut sanguis.
vnde de sanguine dicitur Leuiti-
ci. 17. Anima id est vita carnis
in sanguine est. vbi glosa Nico-
lai de lyra dicit. Uita in sangui-
ne principaliter consistit. vnde a
philosophis & medicis dicit' san-
guis sedes anime. quod sanctus
Thomas. 4° dis. 11. dicit q po-
test intelligi. vno modo q sedes
anime dicatur conseruatio vite
que est per sanguinem. alio mo-
do quia sanguis est potentia to-

tum quia per actum nutritiue vir-
tutis in mēbra conuertitur. Ter-
cio quia per sanguinez in corde
generatum vitalis operatio in
omnia membra diffunditur. vt
philosophus dicit in libro de anī-
malibus. Hec ille. Ex quibus ma-
nifeste patet q negantes simpli-
citer sanguinez non pertinere ad
veritatem humane nature maxi-
me in xpo non bene dicunt sed
errant. Item hunc moduz dicen-
di sancti Thome scilicet q totus
sanguis xpi effusus in sua passi-
one in resurrectione sua fuerit re-
assumptus sequitur magister Jo-
hannes de poliaco. 4° quotlibe-
to suo vbi ostendit q hora passi-
onis nō erat in xpo aliquis san-
guis superfluus & sic totus san-
guis quem tunc habuit ad veri-
tatem & perfectionez humane na-
ture pertinebat. & per consequēs
totus qui effusus est in passione
in resurrectione fuit reassumptus.
Hunc autem modum dicendi q
sequentes ponemus duas con-
clusiones. Prima est. q sanguis
effusus in passione pro redempti-
one generis humani non fuit se-
paratus a diuinitate. Ista cōclu-
sio que videtur esse fundamen-
tum huius materie probatur mul-
tipliciter vt probauimus coram
papa Pio cum fuit ista materia
disputata coram sanctitate eius
& dominis cardinalibus. Prima
sic ex illo Math. 26. Hoc est cor-
pus meum quod pro vobis tra-

detur. ꝛ hic est sanguis quiꝓ vobis effundetur. Ex quibus verbis christi eadẽ videtur esse vnitas inter sanguinem effusum et sanguinem viuum que fuit inter corpus viuum xpi ꝛ corpus mortuum. sed corpus mortuum ꝛ corpus viuum xpi fuit vnum ꝛ idẽ vnitate suppositi. ergo sanguis effusus ꝛ sanguis viuus xpi fuit vnus vnitate suppositi. qđ non esset si sanguis effusus in passione fuisset a diuinitate separatus consequentia est bona. et antecedens pro vtraqꝫ parte. alias dabitur ꝙ sanguis effusus esset alius suppositaliter ꝗ̃ sanguis viuus xpi quod non conuenienter videtur dictum. ¶ Secundo sic Sanguis xpi effusus in passione fuit preciũ sufficiens redemptionis humane nature. ergo nõ fuit a diuinitate diuisus. consequentia est bona. antecedens patet ex illo. 1. Corinthe. 6º Empti enim estis precio magno q̃ sufficienti. sed sufficiens precium redemptionis non potuit esse aliqua virtute creata. vnde necesse est ꝙ ꝟtute diuina. Unde ex hac ratione sumitur hec necessitas incarnationis. Unde sanct⁹ Thomas super illud Pauli. 1. Corinthe. 6º Empti estis precio magno dicit. Dicitur autem precium redemptionis magnũ. quia nõ est corruptibile sed eternum habens virtutem cum sit sanguis dei eterni. ¶ Tercio. Sanguis effusus fuit incorruptibilis. Patet Tum ex illo psal. Que vtilitas in sanguine meo cum descendo in corruptionem? Tum ex illo. 1. Petri primo. Non corruptibilibus auro ꝛ argento redempti estis sed precioso sanguine ꝛc. sꝫ ista incorruptio non inerat ei ex naturali virtute. gº necesse erat ex virtute diuinitatis sibi vnite. Unde sanctus Thomas super illud Pauli. 1. Corinthe. 6º proxime inductum dicit. ꝙ sanguis est incorruptibilis eternam habens virtutem ꝛc. ¶ Quarto. Sanguis xpi qui dat᷑ nobis sumendus sub sacramento est idẽ sanguis qui effusus est a corpore xpi in remissionem peccatorũ sed iste est vnitus diuinitati. ergo ꝛc. ¶ Quinto actio ꝛ operatio arguunt virtutem in operante. sed sanguis xpi operatus est remissionem peccatorum. Apocalip. pº Dilexit nos ꝛ lauit nos in sanguine. Item lotionem culparum. apertionem regni celestis vt testatur Apostolus ad Hebreos 9º ergo necesse est dicere ꝙ fuit diuinitati vnitus. consequentia est bona. quia cum tales operationes sint supernaturales ꝛ diuine necesse arguunt in operante virtutem diuinitatis. ergo sanguis ipse semper fuit diuinitati vnitus. Unde sanct⁹ Thomas super illud apostoli ad Hebreos 9º Christus assistens pontifex ꝑ proprium sanguinem introiuit se

mel in sancta eterna redemptione inuenta. dicit sic. Per istum sanguinem redempti sumus et hoc imperpetuum. quia virtus eius infinita est. Item Nicolaus de lyra dicit sic. Sanguis xpi ex vnione ad suppositum diuinum contrahit quandam infinitatem virtutis. Hec ille. ¶ Sexto sic. Nullus sapiens medicus subtrahit a medicina suam virtutem qua debet sanare vulnus cui est applicanda. Hoc patet. sz verbuz dei est sapientissimus medicus. et sanguinem suuz ordinauit effundendum in medelam humani generis egrotantiu. Dicit enim Augustinus in libro contra quinqz contraria hostiuz. Fusus est sanguis medici et factum est medicamentum frenetici. Sed virtus medicine est ipsa diuinitas. ergo nullo modo est dicendum q verbuz dei separauerit diuinitatem suaz a sanguine quem effudit in medicamentum humani generis.

¶ Septimo. Paruifacere dignitatem sanguinis xpi effusi in passione xpi pro redemptione nostra est derogare pietati fidei christiane cum beatus Petrus vocat euz preciosum. et Paulus magnum precium. sed sanguinem effusuz in passione xpi pro redemptione humani generis dicere separatum esse a diuinitate est paruifacere dignitatem eius vt patet. quia eius dignitas attenditur ex vnione ad diuinitatem. sicut separare lapidem preciosum ab anulo est minuere preciositatem et valorem anuli. ergo nullo modo est audendum dicere christi sanguinem in passione effusum pro redemptione humani generis fuisse a diuinitate separatum. Octauo sic. Dicit Damascenus. Anathema sit qui dicit verbum deposuisse quod semel assumpsit. quod intelligendum est de eo quod ad vnitatem suppositalem est assumptum vt dictum est. sed sanguis Christi in passione effusus cum pertineat ad integritatem humane nature fuit simul vnitus diuinitati christi. ergo nunq fuit ab ea separatus ¶ Nono sic. Deus nihil agit frustra minus q natura. quia cum sapientie ditissimus sit omnia disponit cum ratione. sed nulla ratio sufficiens potest assignari q sanguis effusus in remissionem peccatorum derelinquatur a diuinitate nec aliqua vtilitas. sed pro ista parte sunt rationes. est auctoritas. est vtilitas publica scilicet redemptio humani generis. ergo et cetera. Decimo sic. Nullum suppositum est assumptibile a verbo dei. sed si sanguis christi fuisset a diuinitate separatus esset suppositum per se subsistens. ergo nullo modo fuisset reassumptus. quod est hereticum ¶ Secunda conclusio que sequitur ex precedenti est. Qz totus sanguis christi effusus in passione pro redemptione humani

generis reassumptus fuit in resurrectione eius. Ista conclusio vt diximus est sancti Thome. tam in tercia parte q̃ in quotlibeto. et supra probata est rationibus eius quatuor. Nunc autẽ probatur sic breuiter. Primo vt parum ante. Nullum suppositum est assumptibile a verbo dei vt patet. sed si sanguis effusus in passione pro quacunq; parte separat⁹ esset a diuinitate esset suppositum per se existens. ergo talis nullo modo reassumeretur in resurrectione. quod est hereticum Secundo sic. Si sanguis christi effusus in passione pro redemptione humani generis pro parte aliqua non reassumeretur in resurrectione sed remaneret in terris: queritur quid erit de eo i fine seculi: non est dicendum q̃ corrumpetur nec q̃ tunc reassumatur. quia resurrectio Christi non iterabitur. ergo sequitur q̃ totus sanguis in passione effusus pro redemptione humani generis fuit reassumptus in resurrectione.

¶ Nunc est dicendum ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequẽtiam. Et ratio est. quia sanguis ille qui in aliquibus ecclesiis dicitur reseruari: non fuit qui fluxit de latere Christi. sed qui miraculose dicitur effluxisse de quadam ymagine christi percussa vt dicit sanctus Thomas in tercia parte. Vel qui dicitur effluxisse de hostia consecrata percussa a quodam iudeo vt dicit Johannes de poliaco vbi supra ¶ Ad secundam que est confirmatio respondetur etiam negando consequentiam. Et ratio est. quia fo talsis qui talem sanguinem adorant nec credunt q̃ ille effluxisset de latere Christi sed emanasset aliunde sicut dictum est. Unde Johannes de Poliaco respondens predicto argumento dicit sic. Qz si illi apud quos est talis sanguis assererent q̃ fluxisset de corpore domini male facerent. cum oppositum vt dixi probabilius sit. sed si ostendant adorandum non videtur periculum. qz ille sanguis vel dicitur effluxisse ex quadam ymagine Christi percussa in contumeliam christi. vel fluxisse de quadam hostia consecrata et puncta in Christi contumeliam. sicut accidit in vico iudeorum parisius. si ergo fluxerit de corpore Christi potest ꝛ debet adorari adoratione latrie sicut sacratissime reliquie Christi si fluxit de ymagine christi aut hostia consecrata. quia talis flux⁹ omnino fuit miraculosus representans Christi passionem et ipsum christum passum. ideo etiam debet adorari adoratione latrie nõ ꝓpter se sed propter xp̄m passum ꝛ ei⁹ passionẽ quã repñ̄sentat sicut etiã xp̄i ymago. ꝛ ideo siue

fluxerit de corpore christi sive nõ non est error nisi asseratur ꝙ de corpore xp̄i fluxerit. quod vt puto non faciunt. hec Johannes de poliaco. ¶ Ad terciam respondetur. ꝙ etiam alii humores resurgent sed ablatis qualitatibus eorum. vnde Augustinus. Valet enim diuina potentia de ista visibili atq; tractabili natura corporum quibusdam manentibus auferre quas voluerit qualitates vt absit labes scilicet corruptionis/absit effigies/absit motio/absit fatigatio/absit vescendi potestas/absit esuriendi necessitas/⁊ hoc de ista questione pro nunc. Conferant autem totum quod dictum est ad id quod legitur in directorio inquisitionis ꝙ Clemens sextus informatus per fratrem Nicolaum roselli ordinis predicatorum inquisitorem heretice prauitatis i partibus Aragonie ⁊ Catalonie ꝙ in Catalonia in ciuitate Barchinonen̄. publice predicabatur ꝙ i sanguine xp̄i aspersa in parasceue nõ remansit diuinitas/ nec sanguis ille erat deificatus. habito solemni consilio magistrorum ⁊ aliorum mandauit per suas patentes literas dicto inquisitori quatinus dictum articulum vt hereticalem ⁊ erroneum faceret publice reuocari atq; solemniter condemnari ⁊ sic ipse inquisitor fecit in ecclesia cathedrali publice Barchinonensi dictum articulum velut hereticalem condemnari. hoc in directorio inquisitionis.

In die Lune legitur euangelium.

In illo tempore. Duo ex discipulis etc. Luce. 24. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. ¶ Prima. Utrum conueniens fuit vt xp̄us in alia effigie discipulis appareret. ¶ Secunda. Utrum conueniens fuit ꝙ xp̄us veritatem resurrectionis sue argumentis probauerit. ¶ Tercia est. Utrum argumenta que xp̄us induxit sufficienter manifestauerint resurrectionis eius veritatem.

Ad primam questionem sic proceditur. Et videtur ꝙ Christus non debuit in alia effigie discipulis apparere. ¶ Primo sic. Non potest apparere aliquid secundum veritatem nisi quod est. sed in christo non fuit nisi vna effigies. si ergo i alia apparuit non fuit apparitio vera sed ficta. sed hoc est inconueniens xp̄o. quia vt dicit Augustinus li. 83. q. Si fallit veritas non est est autem xp̄us veritas. ergo nõ debuit in alia effigie apparere.

¶ Secundo sic. Nihil potest in alia effigie apparere quam habeat nisi oculi intuentium aliquibus prestigiis detineantur. sed huiusmodi prestigia cum fiant magicis artibus non conueniebant

christo secundum illud.2.Corin
the.6°. Que conuenientia chri
sti ad Belial.ergo videtur q nō
fuit conueniens q in alia effigie
xpus appareret. ¶ Tercio.sicut
dicit Augustinus in epistola ad
Hieronimum. Si vel vnū men
dacium in sacra scriptura inueni
atur infirmabitur tota sacre scri
pture auctoritas.ergo similiter si
vel in vna apparitione xpus dis
cipulis apparuit aliter q esset in
firmabitur quicquid post resur
rectionē viderunt in xpo.quod
est inconuenienens. non ergo d
buit i alia effigie apparere ¶ In
oppositum est euangelium. Dici
tur eniz Marci vlti. Post hec du
obus ex eis ambulantib° osten
sus est in alia effigie euntibus in
villam. ¶ Respondeo. Dicen
dum sub ista conclusione.q con
ueniens fuit vt xpus in alia effi
gie appareret discipulis suis post
resurrectionem suam eius resur
rectionem non credentibus.que
conclusio probatur sic. Resurrec
tio xpi manifestanda fuit homi
nibus per modum quo eis diui
na reuelantur. Innotescunt au
tem diuina hominibus secundū
qđ diuersimode sunt affecti. Nā
illi qui habent mentem bene dis
positam secundum veritatem di
uina percipiunt. Illi autem qui
habent mentem non bene dispo
sitam diuina percipiunt cū quā
dam confusione dubietatis vel
erroris. Animalis enī homo per
cipit ea que sunt spiritus dei.vt
dicitur.1.Cor.2°. et ideo christ°
quibusdam ad credendum dis
positis post resurrectionem appa
ruit in sua effigie. illis autem in
alia effigie apparuit qui iam cir
ca fidem videbantur tepescere.
vnde dicebant. Nos sperabam°
quia ipse esset redempturus isra
hel. Unde Grego.dicit in Ome
lia.q talem se eis exhibuit in cor
pore qualis apud illos erat in
mente.quia cum adhuc in eorū
cordi bus peregrinus erat in fide
ire se longius finxit ac si esset pe
regrinus. ¶ Ad rationes in op
positum. Ad primam responde
tur negando consequentiam. Et
ratio est.quia sicut dicit Aug°.
in li. de concordia euangelistarū
Non omne quod fingimus mē
dacium est.sed quando id fingi
mus quod nihil significat tunc
est mendacium.cū autem fictio
nostra refertur ad aliquam signi
ficationem non est mendacium
sed aliqua figura veritatis. alias
omnia que a sapientibus et sanc
tis viris vel etiam ab ipso domi
no figurate dicta sunt mendacia
reputabuntur.quia s3° vsitatum in
tellectum non consistit veritas in
talibus dictis sicut autem dicta
ita etiā finguntur facta sine mē
dacio ad aliquam rem significā
dam. et ita factum est hic vt dic
tum est. ¶ Ad secundam respon
detur iuxta Augusti.et habetur
in glo.ordinaria. q non incon

gruenter dicitur hoc impedimentum in oculis a sathana fuisse ne agnosceretur Jhesus. Unde in euangelio presenti dicitur q oculi eorum tenebantur ne eum agnoscerent. Et illa detentio vocatur aurisia de qua in glo. Genesis. 19. In scripto vero tercio dicit sanctus Tho. sic. q potest dici q Quis visui discipulorum representaretur propria species in qua soliti erant videre xpm. tamen diuina virtute impediebantur vires interiores ne sequerentur iudicium de persona illa que esset vt sic ea que exterius agebantur conformarentur his que interius contingebant in ipsis vt presentem haberent et non cognoscerent quia amabant sed dubitabant. vt dicit Grego. ¶ Ad terciam respondetur q ratio illa sequeretur vt dicit sanctus Tho. in tercia parte. si aliene effigiei specie non fuissent reducti ad vere videndum xpi effigiem. sicut enim Augustinus ibidem dicit. tamen a christo facta est permissio scilicet vt sic predicto modo oculi eorum tenerentur vsque ad sacramentum panis vt vnitate corporis eius participata remoueri itelligatur ipedimentum inimici vt xps possit agnosci Unde ibidem subditur q aperti sunt oculi eorum et cognouerunt eum non q ante clausis oculis ambularent sed inerat aliquid quo non sinerent agnoscere quod videbant quod scilicet caligo et aliquis humor solet efficere

AD Secundam questionem sic proceditur Et videtur q non fuit conueniens xpm argumentis resurrectionem suam probare. ¶ Primo sic. Dicit enim Ambrosius. Tolle argumenta vbi fides queritur sed de resurrectione queritur fides. ergo argumenta ad resurrectionem probanda fieri non debuerunt. ¶ Secundo sic. Gregorius dicit. Fides non habet meritum cui humana ratio prebet experimentum. sed ad xpm non pertinebat meritum fidei euacuare. ergo ad eum non pertinebat resurrectionem per argumenta confirmare. ¶ Tercio sic. Aut illa argumenta fuerunt sufficientia ad probandum resurrectionem aut non. si non hoc videtur ad imperfectionem argumenta inducentis redundare. si fuerunt sufficientia/ et argumentum sufficiens facit scientiam vel agnitionem que non stat simul cum fide que est de non apparentibus. ergo videtur q argumenta illa euacuauerunt fidem et abstulerunt meritum eius. ¶ Quarto sic. Sicut est fides de resurrectione ita de aliis articulis. sed ad alios articulos non induxit aliqua argumenta probatiua. ergo nec ad resurrectionem inducere debuit. ¶ In oppositum est illud Actuum. primo. q apparuit discipulis ipsis per dies quadraginta in multis argumentis

loquens de regno dei. Respō
deo. Notandum q̄ argumentuʒ
dupliciter dicitur. Quādoqʒ enim
dicitur argumentuʒ quecunqʒ ra
tio rei dubie faciēs fidem. Quā
doqʒ autē dicitur argumentuʒ
aliquod signum sensibile quod
inducitur ad alicuius veritatis
manifestationem. sicut etiaʒ Ari
stoteles aliquando in libris suis
vtitur nomine argumenti. Capi
endo primo modo argumentum
est conclusio. q̄ xp̄s non proba-
uit discipulis suis resurrectioneʒ
per argumenta. Patet conclusio
quia talis probatio argumenta
tiua procedit ex aliquibus prin-
cipiis que si non essent nota dis
cipulis nihil p̄ ea eis manifesta-
retur. quia ex ignotis non potest
aliquid fieri notum. si autem es-
sent eis nota non transcenderent
rationem humanam. ꝛ ideo non
essent alicuius efficacie ad fideʒ
resurrectionis ostendendaʒ que
rationeʒ humanā excedit. Opor
tet enim principia ex eodem ge-
nere assumi vt dicitur primo po-
steriorum. Probauit autem eis
resurrectionem per auctoritatem
sacre scripture que est fidei fun-
damentuʒ qn̄do dixit eis. Opor
tet implere omnia q̄ scripta sunt
in lege ꝛ psalmis et prophetis de
me. vt habetur in euangelio ho
dierno. Si autem accipiatur se-
cundo modo argumentum sic ē
conclusio secunda. q̄ xp̄us suam
resurrectionem argumentis de-
clarauit inquantum per quedaʒ
euidentissima signa se ve e resur
rexisse ostendit. que quidem sig-
na resurrectionis sue xp̄us oste ͣ
dit discipulis suis conuenien er
propter duo. Primo quidem qꝛ
non erant corda eorum dispo si
ta ad hoc q̄ de facili fidem res ur
rectionis acciperent. Unde ipse
dixit eis vt patet in euangelio p̄
senti. O stulti et tardi corde ad
credenduʒ. Et Marci vltimo Ex
probrauit incredulitatem eoruʒ
ꝛ duriciam cordis. Secundo vt
per huiusmodi signa eis ostensa
efficacius eis testimoniuʒ redde
rent. secundū illud. i. Johan. p̄o
Quod vidimus ꝛ audiuimus ꝛ
manus nostre contrectauerunt
hoc testamur. Ad rationes in
oppositum. Ad primam respon-
detur. q̄ Ambrosiꝰ ibi loquitur
de argumentis secundu m ratio-
nem humanam procedētibus q̄
inualida sunt ad ea que sunt fi-
dei ostendenda sicut dictum est.
¶ Ad secundaʒ respon detur ne
gando ꝯn̄am. Et rō est. qꝛ meri-
tuʒ fidei ex hoc ē q̄ homo ex mā
dato dei credit q̄ non videt. vn-
de illa sola ratio meritum exclu-
dit que facit videri per scientiaʒ
id quod credendum proponitur
ꝛ talis est ratio demonstratiuo.
Huiusmodi autem ratōnes xp̄s
non induxit ad resurrectionem
suam declarandaʒ. ¶ Ad terci
am partʒ responsio ex dictis quo
niaʒ argumēta xp̄i nō sunt argu

menta per rationes demonstrati uas que sufficientiam faciunt. quia tales vt dictum est non habent hic locum. et ideo licet argumenta inducta per Christum in suo genere fuerint sufficientia ad probandum resurrectionem suam vt ostendetur infra in questione sequenti. nõ tamen tulerunt fidem nec abstulerunt meritum. ¶ Ad quartam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia articuli fidei quidam sunt de diuinitate tantum. et illi non possunt ad sensum probari. sed vel per miracula vel per auctoritates et sic probati sunt. Quidam autem sunt de humanitate vnita diuinitati. et illi etiam ad sensum probati sunt. sed quia passio et ascensio in seipsis visa sunt. resurrectio autem non. et ideo signa resurrectionis visibiliter ostendere oportuit ex quibus conferendo aduenitatem resurrectionis peruenirет.

AD terciam questionem sic proceditur. Et videtur quod argumenta que Christus induxit non sufficienter manifestauerunt resurrectoinis eius veritatem. ¶ Primo sic. Nihil ostendit Christus post resurrectionem discipulis quod etiam angeli hominibus apparentes vel nõ ostenderunt vel non ostẽdere potuerunt. Nam angeli in humana specie frequenter hominibus se ostenderunt et cum eis loquebantur et conuersabantur et etiam comedebant ac si essent homines veri sicut patet Genesis. 18. de angelis quos Abraam suscepit hospicio. Et in libro Thobie de angelo qui eum duxit et reduxit. et tamen angeli non habent vera corpora naturaliter eis vnita quod requiritur ad resurrectionem. nõ ergo signa que christus discipulis exhibuit fuerunt sufficientia ad resurrectionem eius manifestandam. ¶ Secundo sic. Christus resurrexit resurrectione gloriosa. id est habens simul humanam naturam cum gloria. sed quedam Christus ostendit discipulis que videntur esse contraria nature humane. sicut quod ab oculis eorum euanuit vt patet in presenti euangelio. et quod ad eos ianuis clausis introiuit vt in euangelio crastine diei habetur. Quedam autem videntur esse contraria glorie puta quod manducauit et bibit quod etiam habuit vulnera et cicatrices. ergo videtur quod illa argumenta non fuerunt sufficiẽtia nec conuenientia ad fidem resurrectionis ostendendam. ¶ Tercio sic. Corpus christi post resurrectionem non erat tale quod tangi deberet ab homine mortali. vnde ipse dixit Magdalene Johã. 20. Noli me tangere. nõdum enim ascendi ad patrem meum. nõ ergo conueniens fuit quod ad manifestandum sue resurrectionis fidem seipsum discipulis palpabi-

lem exhibuit. ¶ Quarto sic. Inter dotes glorificati corporis precipua videtur esse claritas. gloriam tamen in resurrectione nullo argumento ostendit. ergo nunc insufficientia fuerunt illa argumenta ad manifestandam qualitatem resurrectionis Christi.

¶ In oppositum est. quia christus cum sit sapientia suauiter et conuenienter disposuit omnia vt dicitur Sapientie. 8º. ¶ Respondeo. Dicendum sub ista conclusione. Argumenta que christus induxit sufficiēter manifestauēt veritatez sue resurrectionis. Pro qua conclusione est notandum. ꝙ christus resurrectionem suam dupliciter manifestauit scilicet testimonio et argumento. id est signo et vtraqz manifestatio in suo genere fuit sufficiens. Est enim vsus duplici testimonio ad manifestandam suam resurrectionē discipulis quorum neutrum potest refelli. quorum quidem primum testimonium est angelorūz qui mulieribus resurrectionem annunciauerunt vt patet per omnes euangelistas. Aliud autem est testimoniūz scripturaꝝ quas ipse proposuit ad ostensionez sue resurrectionis vt dicitur in presenti euangelio. Argumenta etiam fuerunt sufficientia ad ostendendam veram resurrectionem et etiam gloriosam. ꝙ autez fuerit vera resurrectio ostendit. Uno modo ex parte corporis circa quod tria ostendit. Primo quidem ostendit ꝙ esset corpus verum et solidum non corpus fantasticūz vel rarum sicut est aer. et hoc ostendit per hoc ꝙ corpus suū palpabile prebuit. Unde ipse dicit Luce vltimo. Palpate et videte quia spiritus carnem et ossa non habet. Secundo ostendit ꝙ esset corpus humanum ostendendo eis veram effigiem quaz oculis intuerentur. Tercio ostendit eis ꝙ esset idem numero corpus ꝙd' prius habuerat ostendendo eis vulnerum cicatrices. Unde Luce vltimo legitur ꝙ dixit eis. Uidete manus meas et pedes meos quia ego ipse sum. Alio modo ostendit eis veritatem sue resurrectionis ex parte anime iterato corpori vnite. et hoc ostendit per opera triplicis vite. ¶ Primo quidem per opus vite nutritiue in hoc ꝙ cum discipulis manducauit et bibit vt legitur Luce vltimo in euangelio presenti. Secundo per opera vite sensitiue in hoc ꝙ cum discipulis ad interrogata respondebat et presentes salutabat ostendebat se et videre et audire. Tercio per opera vite intellectiue in eo ꝙ cum eo loquebantur et de scripturis disserebāt et ne quid deesset ad perfectionem manifestatōnis ostendit etiam se habere diuinam naturam per miraculum quod fecit in piscibus capiendis. et vltimus per hoc ꝙ ipsis videntibus ascendit

in celum. quia vt dicitur Johan nis. 3° Nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo filius hominis qui est in celo. Gloriã etiam sue resurrectionis ostendit discipulis per hoc ꝙ ad eos clau sis ianuis intrauit. Similiter eti am ad proprietatem glorie perti nebat ꝙ subito ab oculis disci pulorum euanuit vt dicitur in euangelio present. quia per hoc ostẽdebatur ꝙ in potestate eius erat videri et non videri. qđ per tinet ad conditionem corporis gloriosi vt dictum est. ¶ Ad ra tiones in oppositum. Ad primã respondetur dupliciter. Primo. ꝙ licet singula argumentorum nõ sufficerent ad manifestandã chri sti resurrectionem. omnia tamen simul accepte perfecte Christi re surrectionem manifestauerunt. maxime ppter scripture testimo nium et ãgelorum dicta. et ipsius Christi assertionem miraculis cõ firmatam. Secundo responde tur ꝙ non est simile de apparitio ne et manducatione angelorum et Christi. Nam angeli apparen tes non asserebant se homines esse sicut asseruit Christus se ve rum hominem esse. Preterea ali ter Christus manducauit et ali ter angeli. Nã quia corpora ab angelis assumpta non erant cor pora viua vel animata. ergo nõ erat vera comestio. licet ibi esset vera cibi contricio et trahitio ad interiorem partem corporis as

. . q

sumpti. Unde et angelus dicit Tho bie. 12. Cum essem vobiscum vi debar quidem manducare et bi bere vobiscum. sed ego cibo inui sibili vtor. sed quia corpus chri sti fuit vere animatum et ꝑ conse quens vera fuit eius comestio. sed tamen facta est ad probandum veritatem nature que manet in statu glorie quantum ad omnes potentias et membra. licet non maneant vsus omnium potenti arum et membrorum. quia non inest necessitas. et ideo dicit Be da ꝙ Christus manducauit ipo testate non egestate. ¶ Ad se cundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia argumenta que inducebat Chri stus quedam inducebat ad pro bandum veritatem nature hu mane. quedam ad probandum gloriam resurrectionis. Conditio autem humane nature secundum ꝙ in se consideratur quantum sci licet ad statum presentem contra riatur conditioni glorie secundũ illud. 1. Corinthios. 15. Semina tur in infirmitate et resurget in v tute. et ideo ea que inducuntur ad ostendendum conditionem glorie videntur haberi contrarie tatem ad naturam non simplici ter sed secundum statum presen tem et econuerso. Unde Grego rius dicit in Omelia. ꝙ duo mi ra et supra humanam rationem sibi valde contraria dominus osten dit. cum post resurrectionem cor

pus suum etiam incorruptibile et
tamen palpabile demonstrauit.
Ad terciam respondetur ne-
gando assumptum. nam licet il-
lud de Magdalena intelligatur
in ministerio factum/quia carna-
liter adhuc in eum credebat quã-
si sicut hominem flebat. tamen
alibi Magdalena legitur xp̃m
tetigisse quando simul cum aliis
mulieribus accessit et tenuit pe-
des eius ¶ Ad quartam respõ-
detur negando consequentiam.
Et ratio est, quia sicut Augusti-
nus dicit ad Orosium. Clarifica-
ta carne deus resurrexit. sed no-
luit ea clarificatione discipul. as-
apparere quia non possent ocu-
lis talem claritatem perspicere. si
enim anteq̃ moreretur pro nobis
et resurgeret quando transfigura-
tus est in monte discipuli sui eum
non videre potuerunt. quanto-
magis clarificata carne domini
eum videre non possent.

D Je martis est

euangelium. In illo
tempore. Stetit Ihesus ec. Lu-
ce vltimo. Circa quod possunt
disputari sequentes questiones.
¶ Prima. Utrum conueniens fuit
xp̃m resurgere cum cicatricibus.
¶ Secunda. Utrum conuenienter
xp̃s palpabilem discipulis se ex-
hibuit. ¶ Tercia. Utrum xp̃s p⁹
resurrectionem vere comedit in-
corporando sibi cibum.

A D primam que

stionem sic proceditur. Et
videtur q̃ non fuerit conueniẽs
xp̃m resurgere cum cicatricibus.
¶ Primo sic. Dicitur enim. I. Co-
rinthe. 15. Quia mortui resurgent
incorrupti. sed cicatrices et vulne-
ra videntur ad aliquam corrup
tionem et defectum pertinere. non
ergo fuit conueniens vt christus
qui resurrectionis actor est cum
cicatricibus resurgeret. Secun-
do sic. Corpus Christi integrum
resurrexit. sed aperture vulnerum
contrariantur integritati corpo-
ris. quia per eas discõtinuatur
corpus. ergo inconueniens fuit
cum illis resurgere. ¶ Tercio
sic. Status resurgentium est sta-
tus immutabilitatis. ergo xp̃us
in seipso non debuit demonstra-
re nisi qd' semper futurum in eo
erat. sed cicatrices non semper in
eo manere debebant. quia dicit
Damascen⁹ q̃ tantum secundum in
dispensationem fuerunt in eo. er-
go non fuit conueniens vt xp̃us
cum illis resurgeret. ¶ In oppo
situm est euangelium p̃ns. Re
spondeo. Dicendum sub ista cõ
clusione. Conueniẽs fuit vt xp̃s
cum cicatricibus resurgeret. pro-
batur conclusio. Decet victorem
insignia sue victorie habere et
ostendere. sed sicut dicit Augu-
stinus libro de ciuitate dei Cica-
trices vulnerum Christi fuerunt
victorie sue indicia. g° decuit vt

cas haberet et ostenderet. Unde dicit Beda super Lucam. Non ex impotentia curandi cicatrices xp̄s seruauit. sed vt imperpetuū victorie sue circūferat triumphū. Secundo fuit conueniens ad ꝯfirmandum corda discipulorum circa fidem sue resurrectionis in∣struendo eos ꝙ idem sit qui pas∣sus est ꝛ qui resurrexit. Tercio vt patri pro nobis supplicans qua∣le genus tormenti pro homine p̄tulit semper ostendat. Quarto vt sua morte redemptis ꝙ̄ mise∣ricorditer sint adiuti propositis eiusdem mortis indiciis insinua∣ret. Quinto vt ꝙ̄ iuste dampnen∣tur impii in iudicio insinuet ostē∣sis cicatricibus quas pro illis ac∣cepit. ¶ Ad rationes in opposi∣tum. Ad primam respondetur ꝙ cicatrices ille que in corpore xp̄i permanserunt ꝛ que in aliis mar∣tiribus vt dicit Augustinus. 2° de ciuitate dei. non pertinēt ad corruptionem vel defectum ali∣quem sed ad maiorem cumuluꝫ glorie inquantum sunt quedam virtutis insignia. et in illis locis vulnerum quidaꝫ spiritualis de∣cor apparebit. ¶ Ad secundam respondetur ꝙ illa apertura vul∣nerum ꝙ̄uis sit cum quadam so∣lutione continuitatis. totum ta∣men hoc recompensatur per ma∣iorem decorem glorie. vt corpus non sit minus integrum sed ma∣gis perfectum. Ad terciam respō∣detur negando minorē. Dicimus enim ꝙ cicatrices semper mansu∣re sunt in corpore. ꝙ autem dici∣tur ꝙ sunt dispensatiue assump∣te hoc non est. quia ad tempus assumpte sunt. sed quia non erat de necessitate nature ꝙ in christo remanerēt sicut accidit in nobis sed propter aliquem finem sicut dictum est.

AD Secundam questionem sic proceditur. Et videtur ꝙ non fuit conueni∣ens ꝙ christus se palpanduꝫ dis∣cipulis exhibuerit. ¶ Primo sic. Palpabile enim incorruptibili ē contrarium vt dicit Gregorius. sed contraria non possunt esse in eodem. cum ergo corpus christi esset incorruptibile videtur ꝙ nō debuit seipsum palpabilem exhi∣bere. ¶ Secundo sic. Differen∣tie tangibilis sunt calidum ꝛ fri∣gidum et huiusmodi contraria. sed in corporibus glorificatis nō erunt huiusmodi qualitates cō∣trarie vt videtur. ergo corpus chri∣sti palpari non potuit. ¶ Ter∣cio sic. Hoc solum est palpabile quod resistit tactui et cui tactus resistit. vnde aer quāuis sit tan∣gibilis nō tamen est palpabilis. sed corpori xp̄i non resistebat ali∣ud corpus quod ianuis clausis intrauit. ergo palpari non potuit. ¶ Quarto sic. Spiritus boni vel mali possunt accipere corpus solidum. ergo per palpacionem non sufficienter probatur veritas

corporis. ¶ In oppositum ē euāgelium nostrum vbi dicitur. Palpate ꝛ videte ꝛc. ¶ Respondeo. Dicendū. ꝙ xp̄us conuenienter corpus suum palpabile discipulis exhibuit. Patet ista cōclusio quoniam ad ostendendam veritatem resurrectionis conuenienter visui adiunxit palpationem vt excluderetur visio per immutationem visus ab ymaginatione. ꝛ visio vmbrarum ꝛ visio spirituum apparentium. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primā respōdetur. ꝙ non omne corpus tangibile est per naturam corruptibile. Unde secundum Philosophos. Celum est visibile et non tangibile. sed quod est per naturam corruptibile potest esse ꝑ gloriam incorruptibile. Unde quāuis corruptibile ꝛ incorruptibile sint contraria simpliciter. propter qđ dicit Gregorius ꝙ xp̄us ostēdit in se duo contraria: tamē corruptibile per naturā et incorruptibile per gloriam non sunt contraria. Unde sicut corpus gloriosum habet in potestate sua videri ꝛ non videri. ita habet in potestate sua ꝙ posset palpari ꝛ nō palpari ꝛ vtrunqꝫ sine miraculo sed palpatur per naturam corporis. non palpabile autem est inquantum corpus est instrumentum anime gloriose. ¶ Ad secundam respondetur dupliciter. Primo sic. ꝙ palpatio non pertinet ad sensum tactus inquantū est discretiuus calidi et frigidi et huiusmodi contrariorum. sed inquantum est discretiuus corporū solidorū que habent potentias naturales resistendi ꝛ diuidendi ꝛ hec quidem soliditas est in corporibus gloriosis etiā si nō sint qualitates ille contrarie. Secundo respondetur. ꝙ etiam qualitates ille sunt in corpore glorioso quantum ad substantiam sed non sunt quantum ad actionem qꝛ vnum agat in alterum. quia continebuntur per formam glorie ne agant sicut cōtinentur per formam naturalem ne dissoluāt coniunctum. ¶ Ad terciam respondetur negando consequentiam. Et ratiō est. quia quamuis corpori glorioso nullum corpus non gloriosum posset resistere. tamen corpus gloriosum potest resistere cuilibet alteri corpori. ꝛ secundum hoc potest palpari.

¶ Ad quartam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia quāuis spiritus possit corpus solidum accipere. non tamen potest assumere corpus solidum in quo appareant omnes operationes vite sicut perfecte in corpore xp̄i apparebant. Preterea quia opus artis non potest esse simile operi nature quāuis statim non perciperetur deceptio si spiritus corpus solidū assumpsisset: tamen ex longe mora qualem xp̄s traxit cum discipulis suis non potuisset latere. quia ista

que fiunt per artem demonis p̄-
ter viaȝ nature nō sunt diuturna

Ad terciaȝ que
stioneȝ sic procedit̄r. Et
videtur ꝙ christus post resurrec-
tionem vere comederit cibum si
bi incorporando. ¶ Primo sic.
Dicit Augustinus libro. 83. q.
Si fallit veritas non est. Unde
nulla fictio decet Christum qui
est veritas. esset autem fictio si n̄
vere cibum incorporaret quem
ipse comedere videbatur. vere er
go comedit incorporando sibi ci
bum. ¶ Secundo sic. Si non fu
it vera comestio non videtur ar
gumentum sufficiens ostensiuuȝ
veritatis humane nature. ergo
vera comestio fuit incorporādo
sibi cibum. ¶ Tercio sic. Si nō
fuit cibus sumpt⁹ corpori incor-
poratus, queritur quid sit factuȝ
de illo? ¶ In oppositum arguit
ex eo q̄d Damascen⁹ dicit in ter
cio li. ꝙ xp̄us ꝛ si gustauit cibuȝ
post resurrectionem sed non lege
nature sed dispositionis mō ve-
ritatem credere faciens resurrecti
onis. quia hec eadeȝ caro ē que
passa est ꝛ que resurrexit. ¶ Re-
spondeo. Dicendum ꝙ aliquid
dicitur esse veruȝ dupliciter. vno
modo veritate significationis.
alio mō veritate naturalis spe-
ci. sicut vox est vera veritate sig-
nificationis quando significat
q̄d est. Ueritas auteȝ naturalis
speciei dependet ex principiis spe

ciei non autem ex effectibus vel
ex his que quacunqȝ modo con
sequuntur. Unde vox dicitur ve
ra veritate naturalis speciei quā
do formatur debitis instrumen-
tis et ex ore animalis profertur
cum quadam ymaginatione et
etiam si a nullo audiatur q̄d est
effectus sermonis consequēs vo
cem. Legitur autem in scripturis
sicut in superioribus dictum est
absqȝ necessitate et angelos co-
medisse et xp̄m post resurrectio-
nem. et vtraqȝ comestio fuit ve-
ra vt Augustinus dicit. 13. de ci
uitate dei. aliter tamen et aliter
In angelis enim fuit vera veri-
tate significationis quia vt Au
gustinus ibideȝ dicit. Angeli co
mederunt. non quia indigebant
sed quia volebant ꝛ poterant vt
hominibus quedam sui ministe
rii humanitate congruerent. In
xp̄o autem vera comestio verita
te naturalis speciei fuit. fuit eniȝ
exercitata naturalibus instrumē
tis ad hunc actum ordinatis. et
etiam fuit vera veritate significa
tionis. quia significabat verita
tem humane nature in corpore
resurgente. ꝙ autem cibus con-
uertatur in corpus est quid con-
sequens comestionem. vnde etsi
in nobis si cibus non conuertere
tur sed statim per vomitum eice-
retur nihilominus vera comestio
que precessit non auteȝ conueni
ebat vt in corpus xp̄i cibus con
uerteretur. q̄d iam erat extra sta-

tuius generationis et corruptionis Et sic patet responsio ad primam rationem in oppositum. Ad secundam respondetur negando consequentiam. Pro quo nota iuxta Albertum super Lucam. quod sicut dicit Ambrosius duplex est manducatio et utraque veritatis nature demonstratiua. Una quidem indigentie que cibum sumptum sibi incorporat et ex eo accipit confortationem. et hec est animalis corporis. Alia autem est pure potestatis et nullius infirmitatis demonstratiua et hec cibum sumit. sed dirigendo eum sibi non incorporat sed potestate nature consumit et in pristinam conuertit materiam sicut radius consumit aquam. et hac potestate xpus manducauit post resurrectionem. Hec autem potestas non est nisi vere carnis corporee et non in fantasiis necromanticorum. Unde ab ista sicut a firmissimo sue resurrectionis argumento processit xpus. Ex istis patet responsio ad terciam quid sit factum de illo cibo.

In octauis pasce est euangelium.

In illo tempore. Cum sero esset die illo etc. Johan. 20. ¶ Circa quod possunt dici sequentes questiones. ¶ Prima. Utrum conueniens fuit ut xpus post resurrectionem cum discipulis continue conuersaretur. ¶ Secunda est Utrum christus intrauit ad discipulos clausis ianuis. Tercia. Utrum Thomas cicatrices christi tetigerit vel tantum viderit.

Ad primam questionem

sic proceditur. Et videtur fuisse conueniens quod xps post resurrectionem suam continue cum discipulis conuersaretur ¶ Primo sic. Ad hoc enim xps post resurrectionem discipulis apparuit ut eos de fide resurrectionis certificaret et consolationem perturbatis afferret secundum illud Johan. 20. Gauisi sunt discipuli viso domino. sed magis fuissent certificati et cōsolati si eis continue suam presentiam exhibuisset. ergo videtur fuisse conueniens ut continue cum eis cōuersaretur ¶ Secundo sic. Christus resurgens a mortuis nō statim ascendit in celum sed post quadraginta dies. ut habetur Actuum primo. Illo autem tempore intermedio in nullo alio loco potuit conuenientius esse quam ubi discipuli eius erant congregati. ergo videtur conueniēs quod cum eis continue conuersatus fuisset. ¶ Tercio sic. Ipso die resurrectionis dominice Christus apparuisse legitur quinquies ut Aug. dicit de consensu euangelistarum. Primo quidem mulieribus ad monumentum. 2° eisdem regre

dientibus a monumento in iti-
nere. tercio Petro. quarto duo-
bus euntibus in castellum. quin
to pluribus in iherusalez vbi nõ
erat Tho. ergo videtur ꝙ etiam
aliis diebus ante ascensionez de
buerit pluries aliis apparere.

¶ In oppositum est euangeliuz
presẽs vbi dicitur. Post dies oc-
to apparuit discipulis. non ergo
continue conuersabatur cum eis

¶ Respondeo. Dicendum sub
ista conclusione. Qȝ conueniens
fuit vt xp̄us conuersaretur post
resurrectionem non continue cũ
discipulis suis. que conclusio de
claratur sic. Circa resurrectionez
xp̄i duo erant declaranda disci-
pulis scilicet ipsa veritas resurrec
tionis ꝛ gloria resurgentis. ad ve
ritatem autez resurrectionis ma
nifestandũ sufficit ꝙ pluries eis
apparuit. ꝛ cum eis familiariter
locutus est et comedit et bibit et
se eis palpandum prebuit. Ad
gloriam autez resurrectionis sue
manifestandum noluit continue
conuersari cum eis sicut prius fe
cerat ne videretur ad talem vi-
tam resurrexisse qualez prius ha
buerat. vnde Luce vltimo dicit
eis. Hec sunt verba que locutus
sum apud vos cum adhuc essem
vobiscum. Tunc quidem quan
do erat cum eis fuerat non soluz
corporali presentia sed etiam per
similitudinem mortalitatis. Un
de Beda supradicta verba expo
nens dicit. Cuz adhuc vobiscuz
essez in carne mortali in qua estis
ꝛ vos. tunc quidem in eadez car
ne resuscitatꝰ erat. sed cuz illis in
eadem mortalitate non erat.

¶ Ad rationes in oppositum:
Ad primam respondetur negan
do consequentiam. Et ratio est.
quia frequens apparitio xp̄i suf
ficiebat ad certificandum disci-
pulos de veritate resurrectionis
conuersatio autem continua eos
potuisset inducere in errorẽ si ad
similitudinem vite eum resur-
rexisse crederent ꝙ prius habue-
rat. consolationem autem de cõ
tinua sui presentia eis in alia vi-
ta promisit secundum illud Jo-
hannis. 16. Iterum videbo vos
ꝛ gaudebit cor vestrum. ꝛ gaudi
um vestrum nemo tollet a vobis

¶ Ad secundam respondetur
negando consequentiam. Et ra
tio est. quia xp̄us non ideo con-
tinue conuersatus est cum disci-
pulis. quia reputaret se alibi cõ
uenientius esse. sed quia hoc dis
cipulis instruendis conuenienti
us iudicabat si non continue cõ
uersaretur cum eis ratione pre-
dicta. Incognitum est autez qui
bus in locis intermedio tempo-
re corporaliter esset. cuz hec scrip
tura non tradat nisi ꝙ in omni
loco sit dominatio eius. ¶ Ad
terciam respondetur negando ꝯ
sequentiam. Et ratio est. q2 ideo
prima die frequentius apparuit
quia per plura indicia erant am
monendi vt a principio fidem re

surrectionis reciperent. postꝙ autem eam receperant non oportebat eos tam certificatos tam frequentibus apparitionibus instrui. Unde in euangelio non legitur ꝙ post primam diem eis apparuit nisi quinquies. vt enim dicit Augustinus de consensu euangelistarum. Post quinque primas apparitiones sexto apparuit vbi vidit eum Thomas. septimo ad mare tyberiadis in captione piscium. octauo in monte Galilee. nono recumbentibus quia iam non erant in terra cum eo conuiuaturi. et decimo in ipso die ascensionis non iam in terra sed eleuatus in nube cum in celum ascenderet. sed non omnia ista scripta sunt sicut Johannes fatetur. Crebra enim erat eius cum illis conuersatio priusꝙ ascendisset in celum et hoc ad consolationem eorum. Unde etiam .i. Corintheos .15. dicitur. ꝙ visus est plus ꝙ quingentis fratribus simul. Deinde visus est Jacobo. De quibus apparitionibus in euangelio non habetur mentio.

AD Secundam questionem sic proceditur Et videtur ꝙ xpus non intrauit ianuis clausis ad discipulos. Et primo sic. Duo corpora non possunt esse simul in eodem loco. ergo xps non intrauit ianuis clausis. consequentia est bona. quia si intrasset corpus christi fuisset simul in eodem loco cum corpore portarum. assumptum probatur sic. Locus proportionabiliter respondet locato. sed nō potest etiam per miraculum fieri ꝙ idem corpus sit simul in diuersis locis nisi per aliquam conuersionem. sicut accidit in sacramento altaris. ergo nullo modo potest etiā per miraculum fieri ꝙ duo corpora sint in eodem loco. ¶ Secundo sic. Si duo corpora essent in eodem loco sumantur duo puncta in duabus extremitatibus loci. ergo inter ista duo puncta erant due linee recte duorum corporum in eodem loco existentium quod est impossibile. ergo impossibile est duo corpora esse in eodem loco.

Tercio sic. Contra communes animi conceptiones non potest etiam miraculose aliquid fieri vt scilicet pars non sit minor toto. quia contraria cōmunibus conceptionibus directe contradictionem includunt. Similiter nec contra conclusiones geometrie que a communibus conceptionibus infallibiliter deducuntur sicut ꝙ triāgulus habeat tres angulos equales duobus rectis Similiter nec aliquid potest fieri in linea contra diffinitionem linee. quia separare diffinitionem a diffinito est ponere duo contradictoria simul. sed duo corpora esse in eodem loco est contra conclusiones geometrie et contra diffinitionem linee. ergo non potest

etiam per miraculuz fieri q̄ duo corpora sint in eodem loco. probatio medii conclusio est geometrie. q̄ duo circuli non se tangūt nisi in puncto. si autem duo corpora circularia essent in eodem loco duo circuli designati in eis se tangerent secunduz totum. Similiter etiam est contra diffinitionem linee q̄ inter duo puncta sit plus q̄ vna linea recta quod contingeret si duo corpora essent in eodem loco. q2 infra duo pūcta signata in diuersis superficiebus loci essent due linee recte duorum corporum locatorum. In oppositum est euangelium in pñs. vbi dicit. Cum fores essent clause ⁊c. ¶ Respondeo. Dicendum sub certis conclusionibus. Prima est q̄ xp̄us post resurrectionē ianuis clausis virtute diuina intrauit ad discipulos. Patet ista conclusio. Dicit enim Gregorius in Omelia presentis euangelii. Illud corp9 domini intrauit ad discipulos ianuis clausis q̄d ad humanos oculos per natiuitatē suam clauso exiuit vtero virginis. Secūda conclusio. Duo corpora possunt diuina virtute esse in eodem loco. Patet ista conclusio ex conclusione p̄cedenti. Tū ex illo q̄ xp̄us ad discipulos intrauit clausis ianuis. Tum ex illo q̄ beata virgo filium suuz miraculose peperit. sed in illo partu oportuit duo corpora esse simul in eodem loco. quia corpus pueri exiens claustra pudoris nō fregit. ergo miraculose potest fieri q̄ duo corpora sint in eodem loco. Secundo patet sic. Duo corpora prohibentur esse in eodem loco ex dimensionib9. quia materia corporalis secundum dimēsiones diuiditur. dimēsiones autem diuiduntur secundum situz deus autem qui est omniuz causa prima potest conseruare effectus in esse sine causis proximis. Vñ sicut conseruat in sacramento altaris accidentia sine subiecto. ita potest conseruare distinctionem materie corporalis ⁊ dimēsionum in ea absq3 diuersitate situs. Potest ergo fieri virtute diuina et non alias q̄ corpori remaneat esse dimensionatum ab alio corpore quamuis eius materia non sit distincta in situ ab alterius corporis materia. et sic miraculose potest fieri q̄ duo corpora sint in eodem loco. Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia q̄ vnum corpus sit in duobus locis implicat contradictionez. q2 de ratione loci est q̄ sit locati terminus. terminus autem est extra q̄d nihil est rei. vnde nihil locati potest esse in loco exteriori. q̄d si ponatur esse in duobus locis sequitur q̄ sit extra suum locum. ⁊ sic sequitur q̄ sit locatum ⁊ nō locatum. hoc autem non contingit si duo corpora sint in eodem

loco vt dictum est. et ita non est simile de vno et de alio. ¶ Ad secundam rationem respondetur negando minorem. Dicim⁹ enīꝫ q̄ duas lineas rectas mathematicas esse infra duo puncta ē impossibile. quia in eis nulla alia ratio distinctionis potest intelligi nisi ex situ. sꝫ duas lineas naturales esse inter duo puncta est impossibile quidem per naturaꝫ sed possibile per miraculuꝫ. quia remanet alia ratio distinctionis in lineis duabus ex diuersitate corporum subiectorum que conseruatur virtute diuina etiam remota diuersitate situs. ¶ Ad terciam respondetur q̄ posito q̄ duo corpora sint in eodem loco per miraculum non sequitur aliquid contra communes animi conceptiones nec contra conclusiones Geometrie. Pro quo notandum q̄ quantitas dimensiua in hoc differt ab omnib⁹ aliis accidentibus q̄ habet specialem rationem indiuiduationis et dimensionis scilicet ex situ partium preter rationem indiuiduationis et dimensionis que est sibi et aliis accidentibus communia scilicet ex materia subiecta. Sic igitur vna linea potest intelligi diuersa ab alia. vel quia est in alio subiecto que consideratio non est nisi de linea naturali. vel quia differt in situ ab alia q̄ consideratio ē etiaꝫ de linea mathematica que intelligitur preter materiam. Si ergo remoueatur materia nō potest esse distinctio linearuꝫ nisi secundum situm diuersum. Et simili modo nec punctoruꝫ nec superficierum nec quarumcunqꝫ dimensionum. et sic geometria nō potest ponere q̄ vna linea addat alteri tanq̄ distincte ab ea nisi sit diuersa in situ ab ea. sed supposita distinctione subiecti sine distinctione situs diuino miraculo vt dictum est intelligentur diuerse linee que nō differunt situ propter diuersitatem subiecti. Dicim⁹ ergo q̄ duo circuli designati in duobus corporibus spericis existentibus in eodem loco q̄ sunt duo non propter diuersitatem situs alias non possent se tangere secundum totum. sed sunt duo ex diuersitate subiectorum. et propter hoc se totaliter tangendo adhuc manent duo. Sicut et circulus in corpore locato sperico signatus tangit secundum totum alium circuluꝫ signatum in corpore locante de linea iam dictum est.

AD terciam questioneꝫ sic proceditur. Et videtur q̄ cicatrices xp̄i Thomas non tetigerit. ¶ Primo sic ex presenti euangelio vbi dicitur qꝛ vidisti me Thoma credidisti g⁹ videtur q̄ viderit tantū et nō tetigerit. Patet consequentia. qꝛ

e im exhibuerit tactum et visu m
debuit dicere quia vidisti me et
tetigisti. ¶ Secundo sic. Dicit
Hieronim⁹ ad Marcellum. Nō
meretur tangere christum qui ei-
us resurrectionem non credit. ꝓp
ter quod dictuz est Magdalene
Noli me tangere. Johan. 20. sed
Thomas resurrectionem nō cre
didit. ergo cicatrices christi pal-
pare non debuit. ¶ Tercio nō
videtur conuenienter dictum qđ
dictum est ei. Quia vidisti me
Thoma credidisti. cum fides sit
inuisibilium secundum illud ad
Hebre. 11. Fides est argumentuz
non apparentium. ¶ In oppo
situm videtur esse euangelium.
¶ Respondeo. Dicenduz ꝙ qui
dam dicunt ꝙ quãuis domin⁹
manus ꝛ latus exhibuerit ad tã
gendum: tamen Thomas prop-
ter reuerentiam tangere non fuit
ausus. hoc autem videtur dubi-
tando dicere Augustinus vt di
cit Albertus super Johannem.
Sed alii melius dicunt scilicet
Albertus Alexander et sanctus
Thomas. ꝙ Thomas vidit et
tetigit. sed ad suam fidem suffici
ebat ei videre. ꝗcito enim vidit
credidit. Unde de ipso dicitur.
Quia vidisti me credidisti. qz in
visu fuit primuz ꝛ sufficiens mo
tiuum ad credenduz. quia autez
nos possemus de eo dubitare ꝙ
crediderit in visu tantum. ideo
tetigit vt nos crederemus. ergo
vidit soluz cicatrices sibi. nobis
autem non solum vidit sed etiaz
tetigit vt omnem a nobis exclu-
deret dubitationem. quia testis
erat futurus resurrectionis. Un-
de dicit Leo papa. Sufficit ad
fidem propriam vidisse qđ vide
bat. sed operatus est vt tangeret
quod videbat. ¶ Ad rationes
in oppositū. Ad primam respon
detur negando consequentiam.
Et ratio est. quia licet ad propri-
am fidem sufficit vidisse nihilo-
minus propter nos etiam tetigit
vt plenius resurrectōnis testimo
nium afferret. ¶ Ad secundam
respondetur. ꝙ Thomas priũs
credidit ꝗ tetigit vt dictum est. ꝛ
ideo ratio non procedit. ¶ Ad
terciam respondetur primo sic. ꝙ
aliud vidit et aliud credidit. vi-
dit hominem ꝛ cicatrices ꝛ ex hꝰ
credidit deitatẽz resurgentis. vel
dicendum secundum Albertum
super Johannem. ꝙ in ipso cre-
dere sunt duo. Dicit eniz Grego.
ꝙ credere est cogitare cum assen
su. ꝛ ideo ex ꝑte assensus in quo
perfectio fidei est credere simplici
ter donum dei est. nec consurgit
ex visu nec ex auditu sed simpli-
citer est lumen collocans in cre-
dentibus primam veritatem et
ipsos in veritate vt assentiant ei
propter se ꝛ super omnia vt dicit
Dionisius. Et ex illa parte fides
est immobile credentium ꝛ veri-
tatis fundamentuz. Ex parte au
tem illi⁹ qua credere ẽ de articu
lo cogitare nihil prohibet quin

ipsa cogitatio ex visu vel auditu
accipiat generationem. Et sic di-
citur ad Roma.10. Fides ex au
ditu est. et sic dicitur hic. quia vi-
disti me credidisti. non accipit vi
dere prout est actus visus in quan-
tum est sensus particularis super
proprium obiectum. nec accipit in
quantum est in ipso sensus com
munis super figuram vel ad ob
iectum sensus communis. sed po-
tius prout est visus actus ratio-
nis se super sensum reflectentis
sicut communiter et vsualiter dici
tur. Video deum esse qui intra
clausis ostiis et talis est mortis et
vite triumphator: et sic sumitur
Johan. 4° vbi dicitur. Domine
video quod propheta es tu. Mouet
autem Albertus magnus hic qua
re deus permisit vt Tho. absens
dubitaret. Ad hoc respondens
dicit quod Thomas vt dicit Cri-
sosto. tardior aliis fuit ad creden-
dum ea que erant de potentia xpi
diuinitatis. et ideo oportuit forti
oribus experimentis reduci. per-
misit autem deus eum dubitare
vt virtus resurrectionis Thome
probata aliis indubitata effice-
retur. Unde Grego. Minus mi
hi Maria magdalena que cito
credidit contulit quam Thomas qui
diu dubitauit.

IN Dominica

prima post octauas pas-
ce est euangelium. In illo tempo
re dixit Jhesus discipulis suis.
Ego sum pastor bonus. Joh. 11.
10. Circa quod possunt disputa
ri sequentes questiones. ¶ Pri-
ma. Utrum bonus pastor xpus
posuit animam suam in precium
redemptionis pro ouibus suis.
¶ Secunda. Utrum bonus pa
stor teneatur ponere animam su
am pro ouibus suis. ¶ Tercia.
Utrum licitum sit persecutionis
tempore gregem suum relinquere

AD primam que
stionem sic proceditur. Et
videtur quod bonus pastor christus
non posuit animam in precium
redemptionis pro ouibus suis.
¶ Primo sic. Nihil corporale est
equale rei spirituali. sed vita xpi
quam xpus per passionem dedit
fuit vita corporalis. ergo non fu
it sufficiens precium ad recom-
pensandum salutem omnium oui
um xpi. ¶ Secundo sic. Nullus
emit vel redemit quod suum esse
non desiit. sed homines nunquam de
sierunt esse filii dei secundum il-
lud psal. Domini est terra et ple-
nitudo eius orbis terrarum et vni
uersi qui habitant in eo. ergo non
dedit animam pro redemptione
hominum. ¶ Tercio sic. Dicit
Augusti. 3° de trinita. diabolus
a xpo iusticia superandus fuit. sed
hoc exigit iusticia vt ille qui in-
uasit dolose rem alienam debe-
at priuari quia fraus et dolus ne
mini patrocinari debent vt etiam

iura humana dicunt. cum ergo diabolus lupus rapax oues xp̄i dolose deceperat ⁊ sibi subiugauerat videtur ꝙ christus bonus pastor non debuit per viam redemptionis oues suas ab eius potestate eripere. ¶ Quarto sic. Quicunq̃ emit vel redimit aliquid precio precium soluit ei qui possidebat. sed xp̄us non dedit animam suam que dicitur esse p̄cium redemptionis nostre diabolo qui nos captiuos tenebat. ergo xp̄us non dedit animam suam in precium redemptionis ouium suarum. ¶ In oppositum est euangelium presens. Respondeo. Dicendum sub tribus conclusionibus. Prima est. ꝙ xp̄us fuit verus pastor ouium fidelium. Patet conclusio. Nam pastor est qui gregem suum gubernat ⁊ pascit. sic autem facit xp̄s. nam ipse regit suos fideles ⁊ cibo spirituali multiplici ⁊ etiam sacramentali scilicet corpore ⁊ sanguine suo fideles suos pascit ⁊ reficit secundum illud psal. Dominus regit me et nihil mihi deerit. in loco pascue ibi me collocauit. Et Isaie. 40. Sicut pastor gregem suum pascit ⁊ in brachio suo congregabit agnos et in sinu suo leuabit fetus ipse portabit. Et. i. Petri. 4º scribitur. Eratis aliquando sicut oues errantes. sed conuersi estis nunc ad pastorem et episcopum animarum vestrarum. ¶ Secunda conclusio. Christus fuit bonus pastor. Patet conclusio. quia ipse posuit animam suam pro ouibus suis. et ita impleuit officium boni pastoris sicut miles dicitur bonus qui officium militis implet.

¶ Tercia conclusio. Christus pastor bonus posuit animam suam in redemptionem precium pro ouibus suis. Ista conclusio patet ex illo Math. 20. Filius hominis venit dare animam suam in redemptionem pro multis. Pro cuius conclusionis declaratione est sciendum ꝙ per peccatum primi parentis totum humanum genus alienatum erat a deo. vt dicitur ad Ephe. 2º Non quidem a potestate dei sed a visione faciei eius ad quam filii ⁊ domestici admittuntur et iterum in potestate diaboli vsurpantis deueneramus cui consentiendo homo se subdiderat quantum in ipso erat. quamuis de iure nō posset. quia suus non erat sed alterius. ⁊ ideo per passionem suam xp̄us duo fecit. liberauit enim nos a potestate hostis ipsum vincendo per contraria eorum quibus hominem vicerat scilicet humilitatem ⁊ obedientiam. ⁊ austeritatē pene que delectationi cibi vetiti opponitur. ⁊ iterum satisfaciendo pro culpa deo coniunxit nos ⁊ domesticos dei et filios fecit. Unde ista liberatio duas rationes habuit emptionis. Inquantum enim a potestate eripuit nos dicitur nos redemisse. sicut rex regnum occu

patum ab aduersario per labo-
rem certaminis. In quantum ve
ro deus nobis placauit dicit' nos
redemisse sicut precium soluens
sue satisfactionis pro nobis vt a
pena et peccato liberaremur. Et
sic patet conclusio scilicet q pa-
stor noster christus animam suaz
dedit in precium redemptionis
pro ouibus suis. Alii vero prela
ti pastores boni nō ponunt ani
mas suas in preciuz. sed vt dicit
Albertus in exemplum z fidei ar
gumentum z ita pro nomine xpi
anima ponitur. secundum illud
Johannis. 13. q dicebat Petrus
xpo. Animam meam ponaz pro
te. Ad rationes in oppositu;
Ad primaz respondetur. q vita
corporalis christi habebat quen
dam infinitum valorem ex diui
nitate coniuncta inquantuz nō
erat vita puri hominis sed dei z
hominis. z ideo poterat esse suffi
ciens recompensatio vite spiritu
alis omnium suarum. et precipue
ratione caritatis eximie ex qua
offerebatur. Ad secundam re
spondetur. q homo dicitur esse
dei dupliciter. Uno modo inq-
tuz subicitur potestati eius. z ho
modo homo nunq desiit esse dei
Alio modo per unionem carita
tis ad eum secundum q dicitur
ad Roma. 8°. Si quis spiritu;
dei non habet hic non est eius. z
hoc modo desiit esse dei per pec-
catum. et ideo inquantum fuit
liberatus a peccato christo passo
satisfaciente dicitur per pass onē
christi esse redemptus. Ad
terciam respondetur negando co
sequentiam. Et ratio est. quia q̄
uis diabolus iniuste nos vsur-
pauerit et sua fraude deceptos
sub sua seruitute teneret. nos ta
men iuste in eius potestate deue
nimus. ex quo ab eo victi sumus
z ideo oportuit etiam vt ipse vin
ceretur per contraria eorum qui
bus vicit nos non enim violen-
ter vicit. sed ad peccatum frau-
dulenter inducens. z ideo per re
spectum ad deum iusticia exige-
bat q homo redimeret. non autē
per respectum ad diabolum.
Ad quartam respondetur
negando consequentiam. Et ra-
tio est. quia redemptio require-
batur ad hominis liberationem
per respectuz ad deum cui homo
propter peccatuz ad penam erat
obligatus sicut summo iudici. nō
autem requirebatur redemptio
per respectum ad diabolum. z io
precium non erat soluendum di
abolo sed deo. z ideo christ' ani
mam suam que erat precium no
stre redemptionis nō dicitur ob
tulisse diabolo sed deo. a diabo
lo autem per victoriam sue passi
onis nos eripuit.

Ad Secundam
questionem sic procedit'.
Et videtur q pastor non tenea-
tur ponere aiam suaz p ouib' su
is. Primo sic. Dō tenet animae

plus se q̃ proximum. ergo videtur q̃ non tenetur dare animam suam pro ouibus suis. consequẽtia patet. quia magis amabile ꝫ preferendum ei quod minus tenetur quis amare. assumptu ꝫ etiam patet ex illo Math. xxii. Diliges proximum tuum sicut teipsm vbi videtur q̃ dilectio hominis sit exemplar dilectionis proximi sed exemplar est potius exemplato. ergo non tenetur se plus diligere q̃ proximum. ¶ Secundo sic. Quanto quis amat salutem alicuius tanto vitat peccatum eius. sed magis debet vitare peccatum suum q̃ peccatum alterius ergo pastor magis debet diligere vitam suam q̃ salutem ouium suarum. ergo ꝛc. Tercio sic. Cum dicitur q̃ pastor teneatur ponere animam suam pro ouibus suis aut intelligitur in temporalibus. sed hoc non. quia pastor nõ tenetur pati dispendium vite temporalis pro vita temporali gregis. aut in spiritualibus. ꝛ hoc etiam non. quia nullus tenetur pati dispendium in spiritualibus pro bono spirituali ouium suarum. ergo ꝛc. ¶ In oppositum ꝫ euangelium presens. Respondeo. Dicendum sub certis conclusionibus. Prima est. Bonus pastor non debet animam suam ponere pro vita ouium brutorum animalium. Patet conclusio. Res melior non est exponenda periculo pro minus bona sed magis econuerso. sed vita hominis est melior simpliciter q̃ vita ouium brutorum animalium. ergo licet pastor brutorum animalium debeat aliquem laborem pro salute gregis sustinere. Unde dicebat Jacob Gen. xxxi. Nocte ac die gelu vrebar ꝛ estu. non tamen debz se morti exponere pro eo. Secunda conclusio. Bonus pastor non tenetur ponere animam suam id est vitam corporalem pro salute corporali ouium suarum. Patet. quia vita pastoris ꝫ preferenda saluti corporali siue vite corporali ouium suarum. ergo non tenetur pastor vitam exponere periculo mortis pro salute corporali ouium suarum. Confirmatur. quia ex ordine caritatis homo tenetur plus diligere corpus proprium q̃ corpus proximi sui. ergo ꝛc. Tercia conclusio. Pastor bonus animarum tenetur animam suam. i. vitam corporalem exponere pro salute spirituali ouium suarum. Ista conclusio patet ex dicto saluatoris in presenti euangelio. Patet etiam ratione. quia anima humana ꝫ nobilior corpore. ꝛ ita salus eius preferenda est saluti corporis. ergo cum periculum imminet de salute gregis quisque bonus pastor debet corporis vite sue sustinere dispendium pro gregis salute. Quod confirmatur ex eo q̃ plus debemus diligere proximum quo ad animam q̃ corpus proprium nostrum vt dicit Augusti. in pri

mo de doctrina xpian. Ad ra tiones in oppositum. Ad primã respondetur q assumptuz est verz Sed notanduz q i homine sunt duo scilicet natura spiritualis et corporalis. Per hoc autem dicitur homo diligere seipsum q diligit se secundum naturam spiritualem. z secunduz hoc debz homo magis se diligere post deum q quemcunqz alium. Secundũ autem naturam corporalem debet plus diligere naturam spiritualem proximi sui. et ita est explanatum in conclusionibus positis. ¶ Ad secundam patet responsio ex dictis. quia arguit q homo secundum naturam spiritualem debet se plus diligere p9 deum q quemcunqz aliuz. Ad terciam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia argumentum illud claudicat non sufficienter diuidendo. quia deficit in tercio membro scilicet q pastor in temporalibus patiatur dispendium pro salute spirituali suarum ouium. z ita vt dictum ẽ intelligitur conclusio.

AD terciam questionem sic proceditur. Et videtur q non sit licitum pastori tempore persecutionis gregem suuz derelinquere. Primo sic ex presenti euangelio vbi xps dicit q ille est mercenarius z non verus pastor qui vidit lupum venientem z dimittit oues z fugit. Secundo sic. dicit Grego. Ille qui fugit tempore persecutionis merito perdit meritũ pastoris. qd non esset verum si fugere z derelinquere gregem tali tẽpore esset licitum. ¶ Tercio sic. Dicitur prouerb. 6o. Fili mi si spoponderis pro amico tuo apud extraneum manum defixisti. Et postea subdit. Discurre festinã suscita amicum tuum. sed hoc nõ potest facere pastor si corporaliter deserit gregem. ergo videtur q nõ sit licituz tempore persecutionis deserere gregem. In oppositũ videtur illud q dominus discipulis suis quorũ successores sũt Epi z pastores in ecclesiis mandauit. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate fugite in aliam. ¶ Respondeo. Dicendum q triplex tempus persecutionis potest distingui secundum q distinguit triplex lupus. Aliqñ dicit lupus diabolus per temptationes fideles infestans de quo dicit. 1. Petri. 5o. Fratres sobrii estote z vigilate qz aduersarius vester circuit querens quem deuoret. Aliqñ dicitur lupus hereticus per falsam doctrinam corrumpens. Math. 7o. Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium intrinsecus autez sunt lupi rapaces. Aliqñ lupus dicit tyrannus violentia armorum seuiens siue persequens. Ezech. 22 Principes eni in medio tui quasi lupi zc. Ista distinctione habi

ta sit ista prima ꝯclusio. Tēpore persecutionis tam lupi. i. diaboli ꝙ lupi. i. heretici non est licitū pastori derelinquere gregeꝫ suuꝫ. Patet conclusio. quia in qualibet obligatione precipue att. dr̄ obligationis finis. obligant autem se Epi ad exequenduꝫ pastorale officium propter subditoruꝫ salutem. et ideo vbi subditorum salus exigit persone pastoris presentiam non debet pastor personaliter suam gregeꝫ deserere. nec propter aliquod commodum tēporale. nec etiam ꝑpter aliquod personale periculum imminens. cum bonꝰ pastor debeat animaꝫ suam pro ouibus suis ponere.
Exigit autem subditorum salus vt persona pastoris sit p̄ns cum ouibus suis ad resistendum predictis lupis quibus non est resistendum corporaliter. sed magis spiritualiter per deuotam orationem ⁊ sanctam predicationem ⁊ doctrinam. ⁊ ideo per talia ē eis stati n resistendum. aliter enim si daretur ingressus eis non resistēdo accideret maius periculum. propter qd̄ dicit beatus Jacobꝰ c. 4º. Resistite diabolo ⁊ ipse fugiet a vobis. et idem pōt dici de hereticis. qui fugabat illum cum per sanam doctrinam tetigerit eius falsitatem ꝑpter qd̄ Simon magus fugiebat beatuꝫ Petruꝫ de ciuitate in ciuitatem. vt dicitur in itinerario Clementis. debet ergo bonus pastor tuete subditos suos orationibus et sana doctrina cum viderit predictos lupos scilicet diabol. cum temptationem ⁊ hereticaꝫ deceptionē. Vn̄ de malo pastore qui fugit ⁊ derelinquit oues dicitur. Zach. 11. O pastor ⁊ ydoluꝫ derelinquēs gregem. quasi diceret: non es pastor. sꝫ similitudinem et ydolum gens pastoris. Si vo loquamur de tercio lupo. s. tyrāno ꝑsequente est distinguendum. qꝛ aut ꝑsecutio est personalis aut cōis. Si ꝑsonalis ita ꝙ est ꝯtra pastorem tātum ⁊ nō ꝯtra gregem sibi cōmissum tunc est ꝯclusio. ꝙ quando subditorum saluti in absentia pastoris per alium prouideri posset ꝙ licituꝫ est pastori vel ꝑpter aliqd̄ ecclesie cōmodum vel propter persone periculum corporaliter gregem deserere. que conclusio ꝓbatur sic auctoritate beati Augusti. in epl'a ad Honoratum. Fugiant de ciuitate in ciuitatem serui xp̄i qn̄ eoruꝫ quisqꝫ specialiter a persecutoribus queritur vt ab aliis qui nō q̄runtur non deserat ecclesia. Hec Augꝰ. Nec in isto casu ꝓprie est dicēdꝰ dimittere gregē in ꝑsecutione. qꝛ ꝑsecutio nō est ꝯtra gregē vt dictum ē. Et hoc mō Paulus fugit de Damasco vt habet' Actu. 9º. Et aliqui alii sancti etiaꝫ fugisse legunt' vt Tho. Cantuarien. fugit de anglia. Si ꝯtra gregē ⁊ ꝯtra pastorem adhuc distinguenduꝫ est. qꝛ aut vnꝰ solus ē pastor

aut multi. Si est unus tantum tunc est alia conclusio. non est licitum tunc fugere et gregem dimittere. quia sic esset mercenarius et non pastor secundum quod dicit salvator. Si enim perniciosum est nautam in tranquillitate navem deserere quanto magis in fluctibus ut dicit Nicolaus papa. et habetur. 7 q. 2. Si autem sint multi pastores quibus ecclesia alibi indigeat. tunc est alia conclusio. quod aliqui possunt fugere et aliqui debent remanere ut sic grex remanens in illa ecclesia sufficienter custodiatur et utiliter provideatur. Et si non possit determinari de communi concordia vel alia convenienti via qui remaneant et qui fugiant primo super hoc invocata spiritus sancti gracia sortes mittit ut quod dicit Augustinus in epistola ad Honoratum ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia ille tanquam mercenarius fugit qui commodum temporale vel salutem corporalem spirituali saluti proximorum preponit. ille autem qui ad evitandum periculum recedit absque detrimento gregis non mercenarius fuit. et ita in casibus licitis licitum est pastoribus corporaliter derelinquere gregem.

¶ Ad secundam respondetur per idem. quod talis qui fugit in casibus non licitis non est dignus nomine pastoris ¶ Ad terciam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia ille qui spondet pro aliquo si per se implere non posset sufficit quod impleat per alium. unde prelatus si habeat impedimentum propter quod non possit personaliter cure subditorum intendere sue sponsioni satisfacit si per alium providerat

In Dominica

secunda est evangelium: In illo tempore dixit Jhesus discipulis suis. Modicum etc. Circa quod possunt disputari sequentes questiones ¶ Prima. Utrum apostoli de morte christi debuerint dolere et tristari. ¶ Secunda. Utrum gaudium de visione christi in eterna beatitudine sic aufertur ab apostolis.

Ad primam questionem

sic proceditur. Et videtur quod apostoli non debuerunt de morte christi dolere et tristari.

¶ Primo sic. dicitur Zach. 9. Exulta satis filia syon. Ecce rex tuus venit tibi. ergo tota ecclesia debuit letari et non tristari de adventu christi ad mortem subeundum pro humano genere ¶ Secundo sic. dicit Augustinus in li. de civi. dei. Tristicia est de his que nobis nolentibus acciderent. sed si apostoli fuerunt tristes et dolentes de morte christi sequitur quod nolebant christum pati deus autem hoc volebat. sed tota rectitudo humane voluntatis est conformare se divine voluntati ut dicit glo. super psal. Rectos decet collaudatio. ergo apostoli tristes et do-

lentes in morte christi peccabāt voluntati diuine se non confor-mantes. ¶ Tercio sic. Mors xpi fuit salutifera toti humano generi vtpote per quam redemp-tum est de captiuitate diaboli et deo patri reconciliatum. sz de bo-no tam vtili non est contristan-dum sed summe gaudendum. er-go apostoli inconuenienter trista-ti sunt in morte xpi. ¶ In oppo-situm est euangelium presens. Et illud. Tristes erant apostoli de nece sui domini. quez pena mor-tis crudeli serui damnarunt im-pii. ¶ Respondeo. Dicenduz. q passio xpi dupliciter considerari poterit. Uno modo per se scilicet inquantum erat quedam afflic-tio morientis. Alio modo secun-dum ordinez ad fructuz ad quē eum dominus ordinabat. et sic erat a deo volita. non autez pri-mo modo. Apostoli autem dissē-tiebant a passione xpi z tristabā-tur de ea in se considerata scilicz prout erat afflictio agni innocē-tissimi domini z magistri eorum volebant tamen fructuz salutis qui ex passione Christi sequeba-tur. z ita diuine voluntati quan-tum ad hoc quod volebant con-formabāt. Et hoc idem ē quod aliisverbis dicimus q beata vir-go z quilibet sanctus voluntate rationis deliberata volebat pas-sionem xpi. licet voluntas eoruz naturalis dissentiret. ¶ Ad ra-tiones in oppositum. Ad primaz respondetur q prophetam exul-tanduz esse dicebat de aduentu saluatoris inquantum ordina-batur ad redemptionem generis humani ¶ Ad secundam pa-tet responsio q conformabantur voluntati diuine quantum ad hoc q passio christi a deo erat vo-lita. ¶ Ad terciam respondetur vt patet ex dictis.

AD Secundam

questionez sic proceditur vt videtur q gaudium de visio-ne Christi in eterna beatitudine sit auferibile ab apostolis z aliis beatis ¶ Primo sic. Beatitudo est perfectio quedam. sed omnis perfectio inest perfectibili secun-dum modum ipsius. sed omnis homo per suam naturam ē mor-talis. ergo tam beatitudo ipsa q gaudium de ea est auferibile ab eo. ¶ Secundo sic. Beatitudo consistit in actione intellectus q subiacet voluntati. sed volunta[s] se habet ad opposita. ergo vide-tur q posset desisterere ab opera-tione qua homo beatificatur et repletur gaudio. z ita desinet esse beatus z desinet per ɔñs gaudi-um eius qd' ex visione beata pce-dit. ¶ Tercio sic. Principio re-spondet finis. sed gaudiuz illud aplor' siue alior' sctor' habuit principium q2 nō sp fuerūt bea-ti. g° videt' q debeat habere fi-nem. ¶ In opp° est euāge° pñs Itez illō Isa. 55. Leticia sempiter

na super capita eorum. ¶ Respondeo. Dicendum sub duab9
conclusionibus. Prima q gaudium quod habuerunt apostoli
in resurrectione viso domino nō
est auferibile ab eis. Patet conclusio. qz vita xpi que fuit materia
huius gaudii immortalitatis effecta non erat amplius auferenda
per mortem. quia xpus
resurgens a mortuis iam nō moritur. r mors illi vltra non dominabitur.
ergo conclusio vera.
¶ Secunda conclusio. Gaudium
quod habiturī erant apostoli de
visione diuinitatis xpi in celesti
gloria nunq̄ etiam erat auferibile ab eis nec ab aliquibus beatis
perfecta beatitudine patrie.
d' qua dicitur in psal. Replebis
me leticia cum vultu tuo delectationes
in dextera tua vsqz in
finem. Circa q̄ conclusionez notandum.
q Origeñ. quorundaz
platonicorum errorem sequens
posuit q post vltimam beatitudinem
homo r etiaz angelus potest fieri miser.
sed hoc manifeste falsum est r error.
quod sic ostenditur r veritas conclusionis roboratur.
Primo sic ex ipsa ratione beatitudinis.
Cum enim beatitudo sit perfectuz bonum r sufficiens
oportet q desiderium bominis quietet r omne malum excludat.
naturaliter autem homo desiderat retinere bonum quod
habet. r q illud retinendi securitatem obtineat alioquin necesse
est q timore amittendi vel dolore de certitudine amissionis affligatur.
relinquitur ergo q ad veram beatitudinem pertinet q homo certam
opinionez habeat q bonum quod habet nunq̄ sit amissurus.
que quidem opinio si vera sit consequens est q beatitudinem
nunq̄ amittet. si autez falsa sit hoc ipsum est quoddam
malum falsam opinionem habere natura falsuz est malum intellectus
sicut verum est bonum ipsius vt dicitur. 6° Ethicoꝝ. Non
igitur iaz erit beatus si aliquod
maluz ei inest. Secundo idez apparet si consideretur ratio beatitudinis
in speciali. perfecta autē beatitudo hominis ↄsistit in visione diuine
essentie. Est autem impossibile q videns diuinam essentiam
vellet eam non videre quia omne bonuz habituz quo
quia carere vult aut est insufficiens r queritur aliud sufficientius
loco eius. aut habet aliquod incommoduū annexum propter qđ
in fastidium venit. visio autem diuine essentie replet animā omnibus
bonis cuz coniungat fonti totius bonitatis. Unde dicitur in p'al.
Saciabor cum apparuerit gloria tua. Et Sapientie. 7° dicitur.
Venerunt mihi autē omnia bona pariter cum illa scilicet cum
contemplatione sapientie. Similiter, etiam non habet aliquod
incommoduz annexuz quia de ipsa contemplatione sa-

pientie dicitur. Sapientie. 8° Nõ habet amaritudinem conuersatio eius nec tedium conuictus illius. Sic g° patet q propria voluntate beatus non potest beatitudinem deserere. similiter etiaȝ non potest eam perdere deo subtrahente. quia cum subtractio beatitudinis sit quedam pena nõ potest talis subtractio a deo iusto iudice peruenire nisi pro aliqua culpa in quam cadere non potest qui dei essentiã videt cuȝ ad hanc visionem de necessitate sequatur rectitudo voluntatis. Etiam nec aliquod aliud agens potest eam subtrahere quia mẽs deo coniuncta super omnia alia eleuatur. ⁊ sic ab huiusmodi cõiunctione nullum aliud agens potest ipsam excludere. ergo gaudium qđ ex visione diuine essentie surgit non est auferibile a beatis. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primaȝ respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia beatitudo est perfectio consummata que omnem defectum excludit a beato. ⁊ ideo absq; mutabilitate aduenit habenti faciẽte hoc virtute diuina que hominem subleuat in participationem eternitatis transcendentis omnem mutationem. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiaȝ. Et ratio est. quia voluntas ad opposita se habet in his que ad finem ordinantur sed ad vltimum finem naturali necessitate ordinatur. quod patet ex hoc q homo nõ potest nõ velle esse beatus. ¶ Ad terciaȝ respondetur negando consequẽtiam. Et ratio est. quia q beatitudo habeat principium ex conditione participãtis est. sed q careat fine est propter conditionem boni cuius participatio facit beatum. Unde ab alio est meritum ab alio initium beatitudinis et ab alio est q careat fine.

In Dominica

tercia est euangelium. In illo tempore. Dixit Jhesus discipulis suis. vado ad eum ⁊c̄. Johan. 16. Circa quod possunt hec disputari. ¶ Prima. Utrum expediebat discipulis vt xp̄us subtraheret presentiam corporalem ab eis. ¶ Secunda. Utruȝ spiritus sanctus erat arguturus mundum de peccato ⁊ de iusticia ⁊ de iudicio. ¶ Tercia. Utrum plenitudo spiritus sancti debuit dari ante ascensionem.

Ad primam sic

proceditur q non expediebat discipulis vt xp̄us subtraheret presentiam corporaleȝ ab eis ¶ Primo sic. quia presentia corporalis salutaris erat contraria nec impeditiua cõsolationis spiritus sancti. ergo nõ expediebat a discipulis christi subtrahi. Secundo sic. Eque potuit xp̄s dare

spiritum sanctum vivens in carne sicut post ascensionem et subtractionem presentie sue. ergo videtur quod non expediebat subtrahere etc. ¶ Tercio sic. Presentia corporalis christi sive eius familiaritas ad divinitatis fidez semper profuit. et ita a caritate eius et dulcedine non impediebatur. ergo videtur quod nullo modo expediebat discipulis subtractio presentie eius ¶ In oppositum est evangelium presens. Respondeo. Dicendum sub ista conclusione. Expediebat discipulis ut christus subtraheret eis presentiam corporalem. Patet conclusio. Tum primo. quia corporalis delectatio discipulorum in christo secundum carnem impediebat elevationez mentis eorum in desiderium divinitatis. Unde Beda in Omelia huius evangelii ait. Expedit ut formaz servi vestris subtrahat aspectibus quatenus amor divinitatis aptius vestris infigatur mentibus. Tum secundo quia plenitudo spiritus sancti non erat danda nisi post ascensionem christi Unde ait. Expedit vobis ut ego vadam si enim non abiero paraclitus id est spiritus sanctus non veniet ad vos scilicet in tanta plenitudine ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est iuxta Albertum. quia presentia corporalis Christi licet salutaris esset et non esset contraria adventui spiritus sancti. nec impeditiva consolationis spiritus sancti, etc. est tamen alia et minor et circa aliud quia illa hominez tenet. et ideo animus quamdiu circa talia occupatur non potest surgere ad altiora. quia animus intensione devotionis circa duo simul non est cum sit indivisibilis scilicet circa amiciciam que est amicicia presentie carnalis. et circa eam que est circa altitudinem divinitatis. quia una est humana et alia divina. ¶ Ad secundaz respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia licet christus potuerit dare spiritum sanctum vivens in carne hic. Unde spiritus sanctus descendit super eum baptisatum in specie columbe et nunquam recessit ab eo quem ab instanti conceptionis recepit non ad mensuram. sed noluit euz dare discipulis cum eis existens Et hoc multiplici ratione secundum sanctum Thomam super Johannem. Primo propter eorum dispositionem. nam spiritui sancto cum sit amor spiritualis contrariatur amor carnalis. discipuli autem quodammodo carnali amore afficiebantur ad ipsius Christi humanitatem nec dum elevati erant spirituali amore ad eius divinitatem. et ideo ipsi nondum capaces erant spiritus sancti. Secundo propter divini auxilii conditionem quod maxime adest suis cum suis necessitatibus.

quãdiu autem xp̄us cum disci-
pulis erat sufficiens adiutoriuȝ
erat eis. sed eo recedente qui mal-
tis tribulationibus exponebantur. ideo sibi datus est eis ali-
us consolator et adiutor. Unde
signanter dicit. Aliuȝ paraclituȝ
dabit vobis. Tercio propter dig-
nitatis xp̄i consideratonē. Naȝ
vt Augustinus dicit in libro de
trinitate. Christus inquantum
homo non habet ꝙ det spiritum
sanctum sed inquantum deus.
quando autem cum apostolis erat
videbatur esse quasi vnus ho-
mo ex eis. ne ergo videretur ꝙ ho-
mo esset qui daret spiritum sanc-
tum. Johan. 7º. Nondum spirit-
us erat datus. quia nōdum ihe-
sus erat glorificatus. Quarto
propter vnitatem ecclesie conser-
uandam. nam vt Johan. 4º di-
citur. Johannes nullum signum
fecit. qd' ideo fuit ne populus di-
uideretur a xp̄o et vt euidentior
appareret eminentia eius ad Jo-
hannem. discipuli autem christi
ita a Christo replendi erant gra-
cia spiritus sancti vt etiam ma-
iora opera facerent ꝙ christus fe-
cit. Johan. 15. et maiora horum
facient. et ideo si ante passionem
fuisset eis datus spiritus sanctus
potuisset verti in dubium apud
populuȝ quis esset christus. et sic
fuisset in ea diuisio. psal. Ascen-
dens christus in altum. sequitur
dedit dona hominibus. ¶ Ad
vltimum respondetur negando

consequentiaȝ. Et ratio est. quia
vt dicit Albertus magnus. ve-
rum est ꝙ quando christus suaȝ
corporalem presentiam exhibuit
statum ad caritatem sue diuini-
tatis verbis erexit. et ideo corpo-
ralem suam societatem exhibuit
vt esset sicut via vt dicit Grego.
Diuinam autem promisit sicut
vie terminum. et ideo permanēs
in eo qd' est via impeditur a ter-
mino. et hoc quo deberet vti frui-
tur sicut fine. et ideo est peruersum
et hoc est quod dicunt sancti. ꝙ
corporalis dilectio in christo se-
cundum carnem impediuit con-
solationem spiritus sancti. et hec
est veritas huius conclusionis.
Hec Albertus magnus.

Ad Secundam questioneȝ sic proceditur
Et videtur ꝙ non conuenienter
dicatur ꝙ spiritus sanctus argu-
et mundum de peccatis et cetera
¶ Primo. Quia spiritus sanctus
non erat incarnandus et visibili-
ter predicans vt mundum argu-
eret. ¶ Secundo. Christus suf-
ficienter arguit mundum de pec-
cato. Unde Johan. 8º arguens
iudeos dicebat. Vos ex patre di-
aboli estis. et. Math. 21. Multa
contra scribas et phariseos argu-
endo dixit. non ergo videbatur
aduentus spiritus sancti necessa-
rius ad hoc. ¶ In oppositum est
euangelium presens. Ad ratio-
nes in oppositum. Ad primam

dicendum. ꝙ spiritus sanctus super discipulos venturus argueret mundum de peccato &c. non est intelligendum ꝙ esset sicut dei filius carnem assumpturus et in ea visibiliter predicaturus mundo et eum redarguturus. sed quia inuisibiliter penetrans corda discipulorum diffunderet in eis tantā caritatem qui timore depulso arguendi haberent potestatem. quamdiu enim discipuli carnaliter ad xp̄m afficiebantur spiritus sanctus nō erat in eis modo quo postea fuit. et ideo nō erant ita audaces sicut post eius aduentū fuerunt. psal. Spiritu oris eius omnis virtus eorum. scilicet apostolorum et sic patet solutio ad primam. arguendo ergo et condemnando arguet mundum idest mundialiter viuentes de tribus scilicet de peccato scilicet infidelitatis in xp̄m. Unde ait de peccato. quia non crediderunt in me. non dicit mihi vel me quia etiam demones credunt Christum esse et contremiscunt. Jacobi. 2°. sed dicit in me per fidem caritate formatam sine qua fide mediatoris non dimittitur aliquod peccatum. Secundo de iusticia scilicet Christi quam non acceperunt nec imitati sunt homines mundani. cuius iusticie declarationem subdit dicens. quia vado ad patrem. per hoc enim ꝙ Christus ad patrem rediens resurrexit et ad celum ascendit declarata est iusticia eius secundum ꝙ arguit Petrus Actuum. 2°. Jhesum nazarenum virum approbatum a deo. et sequitur. Hunc Jhesum resuscitauit deus cuius nos omnes testes sumus. Dextera ergo dei exaltatus est &c. Et huius iusticie christi declarano erat persecutorum eius manifesta argutio vel condemnatio. Tercio arguendus erat mundus de iudicio. quia princeps scilicet diabolus qui ē princeps mundi id est mundanorum non creatione sed imitatōne. Job 41. Ipse est rex super omnes filios superbie. Hic princeps iam iudicatus est id est condemnatus diuina sententia tanꝗ obstinatus. et per consequens omnes ei adherentes eodem iudicio ostenduntur condemnabiles. ¶ Ad secundam rationem respondetur ꝙ non ideo dicitur ꝙ spiritus sanctus arguet mundum de peccato &c. quasi christus non arguebat sed christus visibiliter. spiritus autem sanctus inuisibiliter sicut dictum est.

Ad terciam que

stionem sic proceditur. Et videtur ꝙ plenitudo spiritus sancti debuit dari ante ascensionem ¶ Primo sic. Plenitudo gracie debuit dari in temporis plenitudine. sed plenitudo temporis incepit a christi natiuitate. secundum ꝙ dicitur ad Galla. 4°. cir

o.i.

go rc. Secundo etiam arguitur ꝙ plenitudo gracie nõ sit adhuc data sic. Sicut filius ē a patre ita spiritus sanctus est ab vtroqꝫ. Status autem veteris testamenti correspondet patri in quo intendebant patres generationi. similiter status noue legis correspondet filio in quo clerici intendentes sapientie filio appropriate habent populum regere. ergo et videtur ꝙ futurus sit alius status spiritui sancto correspondens. in tempore autem spiritui sancto correspondenti debet plenitudo gracie dari. ergo ꝛ cetera. ¶ In oppositum arguitur ex euangelio presenti vbi ait saluator. Si non abiero paraclitus non veniet ad vos. Respondeo. Dicenduꝫ ꝙ circa hanc questionem errauerunt manichei occasione verborum Christi secundum ꝙ dicit Augustinus libro. 2º contra Faustuꝫ. Christus enī in hoc capitulo loquens de aduentu spirit⁹ sancti dixit apostolis. Cum autem venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnē veritatem. apostoli autem omnē veritatem non cognouerunt secunduꝫ ꝙ dicit Apostolus. I. ad Corinthe. 13. Ex parte cognoscimus et ex parte prophetamus. Ideo dixerunt aliqui ꝙ promissio spiritus sancti non fuit impleta in apostolis sed in ipso manicheo qui fuit posterior ipsis et secundum eos cognouit plenitudinem veritatis propter quod manichei non recipiunt librum Actuum apostoloꝝ. qꝛ ibi expresse ponitur missio plenitudinis spirit⁹ sancti super apl'os vt patet Actuum. 2º sed dictum illoꝝ manicheorum manifeste patet falsum qꝛ manicheus quem dicunt omnem veritateꝫ cognouisse non solummodo multa falsa sed etiaꝫ absurdissima dixit vt patꝫ intuenti eius errorem. Et nos in libello quem contra manicheos scripsimus ponendo quinquaginta veritates contra quinquaginta errores eoruꝫ manifeste ostendim⁹ propter quod dicenduꝫ est ꝙ plenitudo spiritus sancti sꝫ⁹ ꝙ xp̄s promiserat fuit ꝯpleta in apostolis qui fuerunt ipsi xp̄o propinquissimi in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis. veruntamen nō fuit data ista plenitudo apl'is ante ascensionem xp̄i. Cuius ratio triplex est. qꝛ ad hoc datur gracia spiritus sancti hominibus vt corda eoruꝫ trahantur sursum per appetitum celestium. appetitus autem hominis non tendit efficaciter ad aliquid nisi illud apprehendatur possibile. ꝛ ideo possibilitas perueniendi ad celestia debuit prius homini declarari ꝙ daretur plenitudo spiritus sancti. Ista autem possibilitas fuit declarata in xp̄i ascensione sꝫ⁹ ꝙ dicitur Michee. 2º Ascendet ante eos pandens iter. Et ideo plenitudo sp̄us sancti non

debuit dari ante ascensionez xpi
propter quod dicitur Johan. 7°
Nondum erat spūs sanctus da-
tus. qr nonduz fuerat Ihūs glo
rificatus. Secunda ratio est ad
hoc. qr spiritus sanctus est amor
spiritualis. z ideo apostoli prius
debuerunt disponi per aliquem
spiritualem amorem ad xpm an
teq̄ reciperent plenitudinem spi-
ritus sancti. talis autem disposi-
dit vt in. 7° Ethi. dicit̄ tria exi
gunt̄. vnū. s. ꝙ ꝯsilians ꝓstituat
sibi finē debitū. q2 si aliquis ad
malū finē ꝓsequendū multas ef
ficaces vias inueniat non dicit̄
bonus ꝯsiliator. Secundo ꝙ ad
bonū finē ꝯsequēdu; adinueniat
bonū op⁹ p qđ finē ꝯsequatur.
Vn̄ si q̄s bonū finē intendat cō
sequi p malā actionē nō ē bon⁹
ꝯsiliator. q2 sortitur finē incōue
niēti medio. eo ꝙ illud qđ ad fi
nem ordinatur non ē proportio
natu; fini illi. sicut si aliquis ve
ram ꝯclusionē; p mediū imperti
nens ꝯcluderet. Tercio requirit̄
vt adinueniat vtrūq; in tp̄e cō
uenienti ne sit ꝓceps in festinan
do. vel etia; inutilis in tardādo

sed hoc vltimum pertinet ad bo
nitatem consilii secundum ꝙ cõ
silium in ratione inquirente ꝛ in
ueniente aliud ꝛ aliud est ex par
te rei consiliabilis. cum ergo elec
tio sit quasi consilii conclusio vt
in tercio Ethicoruꝫ dicitur. opoꝛ
tet ꝙ ad bonitatem voluntatis
eligentis concurrat finis ꝛ boni
tas. bonitas eius qđ est ad finẽ
oꝛdinatum. et si hoc sit procul du
bio actus exterioꝛ bonus erit. si
autem alterum defierit erit volũ
tas mala ꝛ actus malus. ❡ Ad
rationes in oppositum. Ad pri
maꝫ respondetur ꝙ arboꝛ ẽ qua
im mediate procedit fructus. vn
de arboꝛi comparatur voluntas
in euangelio secundum ꝙ est eli
gens. quia ex electione immedia
te sequitur fructus. vel vt dicit
sanctus Thomas in prima secũ
de. per alia verba voluntas bo
na prout significatur per arboꝛeꝫ.
bonam est accipienda secunduꝫ
ꝙ habet bonitatem ꝛ ex actu vo
lito ꝛ ex fine intento. ❡ Ad se
cundam respondetur negando ꝯ
sequentiaꝫ. Et ratio est. quia ad
bonitatem rei non soluꝫ exigitur
bonitas finis vltimi quam respi
cit voluntas intendens. sed etiã
bonitas finis proximi quem re
spicit voluntas eligens. et ideo
non sequitur ꝙ bonitas volun
tatis intendentis ad bonitatem
actus sufficiat. ❡ Ad terciam
respõdetur sicut ad superius. nõ
enim soluꝫ aliquis peccat quan
do vult malum finem sed etiam
quando vult malum actum.

In Dominica

Nona ẽ euangeliuꝫ. Do
mo quidam erat diues ꝛc. Luce
decimosexto. Circa quod possũt
disputari sequentes questiones.
❡ Prima. Utrum prelatus vł
clericus dissipans bona ecclesie
sit deponendus. ❡ Secundo.
Utrum conuenienter dentur pe
cunie siue elemosine vt oretur ꝑ
dante. ❡ Tercio. Utrꝫ de illicitꝫ
acquisitis possit fieri elemosina.

Ad primaꝫ que
stioneꝫ sic proceditur. Et
videtur ꝙ clericus siue prelatus
dissipãs bona ecclesie nõ sit pro
pter hoc deponendꝰ. ❡ Primo
sic. Matrimoniuꝫ spũale in quo
prelatus ẽ vir siue sponsus eccle
sie est nobilius ꝙ carnale vbi vir
ꝯiungitur carnaliter vxoꝛi sue. sꝫ
in matrimonio carnali vir ꝙuis
bonoꝝ vxoris sit dissipatoꝛ non
remouetur aut deponitur de ma
trimonio. gͦ nec prelatus ꝑ hoc
ꝙ dissipauerit bona ecclesie ve
nit deponendus. consequentia
videtur bona. ❡ In oppositum
arguitur ex presenti euãgelio. ar
guendo a minori ad maius. qꝛ
dissipatoꝛ bonoꝛuꝫ tempoꝛaliuꝫ
domini sui deponitur ab officio
multo magis est deponẽdus pre
latus dissipatoꝛ bonoꝛuꝫ tempo
ralium siue spiritualium Christi.

¶ Respondeo. Dicendum q prelatus dissipator siue dilapidator bonorum ecclesie est deponendus ab ecclesia. Ista conclusio colligitur ex multis capitulis in decre. 9. questione. 3. capitulo vltimo. 12. questione 2. a. Dia coni. et capitulo Abbatibus. et. 16. questione quarta. capitulo secundo ¶ Ad rationem in oppositum respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia non est simile in hac parte de matrimonio carnali et de matrimonio spirituali prelati cum ecclesia. carnale enim est magis firmum et inseparabile q spirituale sit.

AD Secundam

questionem sic proceditur Et videtur q non sit danda elemosina alicui vt oret pro dante. ¶ Primo sic. Symonia est studiosa voluntas emendi vel vendendi aliquod spirituale vel spirituali annexum. sed oratio est maxime spiritualis. ergo dare elemosinam vt quis oret pro eo videtur symonia. eo quia dat temporale pro spirituali. sed symonia nullo modo est committenda. ergo elemosina non est danda alicui vt oret pro eo Secundo sic probatur arguendo. Qui diligit alium vt oret pro pecunia dat spirituale pro temporali. et omnis talis est symoniacus. ergo etc ¶ In oppositum est euangelium presens. Respondeo. Dicendum q elemosina licite pauperibus datur aut bonis viris: vt oretur pro dante quando illi qui dant elemosinas pauperibus vt orantum pro ipsis suffragia impetrent: non eo tenore dant quasi intendentes orationes emere. sed per gratuitam beneficientiam pauperum animos eorum prouocant ad hoc q pro eis gratis et ex caritate orent. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur q verum est q oratio spiritualis est. vnde nullo modo debet sub precio poni nec illi qui dant pecuniam pauperibus vt pro eis orent orationem emunt. sed vt dictum est animos pauperum alliciunt ad orandum pro se et eos faciunt sibi debitores. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est eadem. Homo enim facit sibi amicos pauperes dum subuenit eorum necessitatibus. pauperes enim christi grati sunt suis benefacientibus. Et ita patet quia beneficium non est sicut finis motiuus sed sicut aliquid inducens. et quoniam principaliter hoc intendunt ideo non propter hoc orant finaliter. et ideo oratio non venditur sed impetratur per accidens solum per acquisitionem amoris. Et sic de ista conclusione.

AD terciam que

stionem sic proceditur. Et videtur q de illicite acquisitis possit fieri elemosina. ¶ Primo sic.

ex presenti euangelio. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. vbi glosa dicit. Iniquitas bene dispensata in iusticiam vertitur. ergo videtur ꝙ licite de malis acquisitis possit elemosinaꝫ facere. ¶ Secūdo sic. Qui est in extrema necessitate constitutus omnibus modis subueniendum est. sed conuenit aliqueꝫ qui nihil habet nisi de iniuste acquisito aliqueꝫ in extrema necessitate videre. ergo debet elemosinam facere. ergo de male acquisito ⁊ detento potest elemosina fieri. ¶ Tercio sic. De acquisito per meretricium ⁊ per aleas ⁊ per symoniam que sunt turpia lucra potest elemosina fieri. ergo ⁊c.

¶ In oppositum est illud Augustini li. de verbis domini de iusto labore. Facite elemosinam. ⁊ infra. Nolite elemosinam facere de fenere ⁊ vsuris. ⁊ Grego. Non est computāda elemosina si pauperibus dispensatur quod ex illicitis acquiritur. ¶ Respondeo. Dicendum ꝙ tripliciter pōt esse aliquid acquisituꝫ illicite. Uno modo quando id quod illicite ab alio acquirit᷑ debetur ei a q° est acquisituꝫ nec potest ab eo retineri qui acquisiuit. Sicut contingit in rapina ⁊ī furto ⁊ in vsuris. Et de talibus est conclusio ꝙ de talibus nō potest fieri elemosina. Patet cōclusio. quia homo de talibus tenetur ad restitutionem. Alio modo est aliquid illicite acquisitum ꝙ ille qui acquisiuit retinere non potest᷑ nec tamen debetur ei a quo acquisiuit quia contra iusticiam accepit et alter contra iusticiam dedit. Sicut ꝯtingit in symonia qua dās et recipiens contra iusticiam legis diuine agit. Et de tali ē conclusio secunda. ꝙ non debet restitui ei qui dedit sed debet in elemosinam erogari. Et eadem ratio est in similibus in quibus scilicet datio et acceptio est contra legem dei. Tercio est aliquid illicite acquisitum non quideꝫ ꝙ ipsa acquisitio sit illicita. sed qꝛ id a quo acquiritur est illicitum. Sicut patet de eo qd᷑ mulier acquirit per meretricium. et hoc vocatur proprie loquendo turpe lucrum. Qꝛ enim mulier meretricium exerceat turpiter agit et contra legem dei. sed in eo ꝙ accipit non iniuste agit nec contra legem dei. Unde de tali turpiter et illicite acquisito est tercia conclusio. ꝙ retineri potest etꝫ de eo elemosina fieri. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur ꝙ textus ille intelligitur de diuitiis per actuꝫ illicituꝫ acquisitis et tamen iuste possidē tur. Uel aliter dicenduꝫ ꝙ mammona iniquitatis dicuntur diuitie etiam licite acquisite et possesse. tamen dicuntur iniquitatis quia frequenter ducunt hominē in peccatum. ¶ Ad secundaꝫ respondetur negando ꝯsequētiam

Et ratõ est. q2 in casu extreme necessitatis oia sunt communia et ita non prouident sibi de alieno

¶ Ad terciam respondetur q de acquisito per meretriciu3 iam dictum est q potest fieri elemosina non aũt fit deo sacrificium vl' oblatio ad altare. tum propter scandalum. tum propter sanctoru3 reuerentiam. De eo autem qđ est acquisitum per symoniam iam dictum est q debet erogari in pias causas. Circa vltimam. Illa que per aleas acquiruntur videtur esse aliquid illicitum ex iure diuino. sc3 q aliquis lucretur aliquid ab his qui rem suam alienare nõ possunt sicut sunt minores ꝛ furiosi ꝛ hmõi. ꝛ aliqs trahat alium ex cupiditate lucrãdi ad ludum et q fraudulenter ab eo lucretur. Et in his casibus tenetur ad restitutõnem ꝛ sic de eo non potest elemosinã facere. Aliud autem videtur esse vlteri9 illicitum ex iure positiuo ciuili qđ prohib3 vniuersaliter tale lucrũ. sed q2 ius ciuile non obligat omnes sed eos solum qui sunt his legibus subiecti, ꝛ iterum per dissuetudinem abrogari potest. idõ apud illos qui sunt huiusmodi legibus astricti tenentur vniuersaliter ad restitutione3 qui lucrãtur. nisi forte contraria consuetudo preualeat aut nisi aliquis lucratus sit ab eo qui traxit eũ ad ludu3. In quo casu non tenetur restituere. q2 ille qui amittit non est dignus recipere nec potest licite retinere tali iure positiuo dutante. Unde oportet de hoc elemosinam facere in hoc casu.

In Dominica

dec ma est euangel.um. In illo tempore. Cum appropinquaret Jhesus ꝛc. Lu. 19. Possunt hee disputari questiones.

¶ Prima. Utrum per sacram scripturã possit ostendi q aduentus messie. i. xpi in carnem aduenerit. ¶ Secundo. Utrum iudei temp9 visitationis sue. i. aduentus xpi cognouerunt. ¶ Tercio. Utrum symoniaci tam vendentes q emẽtes spiritualia pro temporalibus sint ab ecclesia expellendi.

Ad primam que

stione3 sic proceditur. Et videtur q non possit per scripturam sanctam ostendi q aduent9 messie. i. xpi in carne3 aduenerit.

¶ Primo sic ex illo Isa. 2° vbi loquitur de tempore aduentus christi vbi dicitur. Erit in nouissimis dieb9 preparatus mons domini in vertice montium ꝛ eleuabitur super omnes colles et fluẽt ad eum omnes gentes. Et sequitur. Conflabũt gladios suos in vomeres ꝛ lanceas in falces. Nõ leuabit gens contra gentem gladium nec exercebuntur vltra ad bellu3. Ex his arguitur multipliciter. Primo ex eo quod dicitur

ꝙ hoc erit in nouissimis diebus
quia Jhesus christꝰ non fuit in
nouissimis diebꝰ. quia post na-
tiuitatem eius et mortem multa
tempora fluxerunt. ergo videtur
ꝙ ipse non fuerit vere christꝰ cu-
ius aduentus promittitur in no
uissimis diebus. ¶ Secundo ar
guitur ex illo quod subditur. ꝙ
mons domini erit in vertice mō
tium. mons eniȝ ille dicit᷑ mons
syon vbi fuit templum. sed mōs
ille non est in aliquo eleuatus.
ergo adhuc non venit christus.
¶ Tercio arguitur ex eo qđ sub-
ditur. Fluent ad eum omnes gē
tes. quia non omnes credunt in
Jhesum nazarenum. ¶ Quarto
arguitur ex eo quod sequit᷑. Nō
leuabit gens contra gentem gla
dium. quia post natiuitatem Jhesu
xp̄i nō cessarunt bella per orbeȝ.
vt pateȝ. nec cessant. ergo videtur
ꝙ aduentus veri messie scȝ christi
nonduȝ venit. ¶ Secundo prin
cipaliter arguitur sic. dicitur Jsa
ie. 11. Egredietur virga de radice
yesse. vbi scriptura loquit᷑ de ad
uentu xp̄i. sequitur ibidem. Ha-
bitabit lupus cum agno. et par-
dus cuȝ hedo accubabit. ⁊ sequi
tur ibidem. Delectabitur infans
ab vbere super foramina aspidis
⁊ in cauerna reguli delectatꝰ fue
rit manum suam mittet. sed ad-
huc non videmus agnos cuȝ lu
pis pacifice habitare. nec pueros
delectabiliter cum serpentibꝰ lu-
dere. ergo nō fuit tempus adim
pletum veri christi. ¶ Tercio sic
dicitur Jeremie. 23. Ecce dies ve
nient dicit dominus. ⁊ suscitabo
Dauid germen iustum. Et sequi
tur. Jn diebꝰ illis saluabitur iu-
da. ⁊ israhel habitabit confiden
ter. sed post aduentum Jhesu iu
dei semper fuerunt in periculo et
in pauore. ergo videtur ꝙ tēpus
veri christi nondum venit. ¶ Jn
oppositum arguitur ex presenti
euangelio vbi christus redargu-
it iudeos ꝙ non cognouerunt tē
pus visitationis eoꝝ scilicet ad
uentus sui qui fuit aduentus ve
ri christi promissi. ¶ Respondeo
Dicendum ꝙ per sacram scriptu
ram potest ostendi manifeste ꝙ
aduentꝰ veri christi qui fuit Jhe
sus nazarenus iam aduenit siue
christuȝ iam venisse. Jsta conclu
sio probatur multipliciter. Pri-
mo sic ex illo Gen̄. 49. vbi Ja-
cob patriarcha ꝓphetauit dicēs
Non auferetur sceptrum de iuda
⁊ dux de femore eius donec ve-
niet qui mittendus est. ⁊ ipse erit
expectatio gentium. sed notoriuȝ
est ꝙ quando christus fuit natꝰ
sceptrum fuit ablatum de femo-
re iude. vnde tunc sub cesare reg
nabat herodes alienigena natio
ne in iuda vt patet. ergo ab illo
tempore venit christus. Et confir-
matur per translationem iudai-
cam. quia vbi Hieronimꝰ tran
stulit donec veniat qui mitten-
dus est. caldaica translatio ha-

bet donec veniat messias: et sic pa tet quod auctoritas predicta non po test intelligi de aliquo alio quam de Christo. In quo possunt confu tari multe cavillationes iudeorum. Secundo probatur predicta con clusio ex illo Danielis nono. vbi angelus Gabriel instruit eum de aduentu christi dicens. Septua ginta ebdomade abbreuiate sunt super populum et super vrbem tu am sanctam vt consumeretur pre uaricatio et finem accipiat pecca tum et deleatur iniquitas et ad ducatur iusticia sempiterna et im pleatur visio et prophecia et vn gatur sanctus sanctorum. Ut ve ro accipiat ibi ebdomadas an norum patet in principio capitu li. et ita intelligunt omnes doc tores. sed iste ebdomade septem que faciunt quadraginta nouem annos sunt preterite. ergo tem pus aduentus Christi iam lon ge preterijt. Tercio probatur con clusio sic. Quando scriptura sa cra denunciat aliquod futurum et determinat tempus et locum et modum. vt scilicet omnia illa concurrunt in vnum manifeste patet quod illud quod fuerat predi ctum est impletum. Sacra autem scriptura predixit aduentum Ihe su christi vt patet in multis locis. determinauit etiam tempus ve niendi videlicet quando fuerit translatio regni. supra Genesis. 49. Non auferetur sceptrum de iuda et cetera: Similiter locum nascendi Michee quinto. Et tu bethleem effrata et cetera. Simi liter modum viuendi scilicet quod Christus in paupertate viueret. Zacharie nono. Ecce rex tuus ve nit iustus et saluator et ipse pau per. Similiter determinat sacra scriptura modum moriendi. quia scilicet in humilitate et pacientia ex parte ipsius Christi. et in cru delitate maxima ex parte occiden tium ipsum vt habetur Isa. quin quagesimotercio. Sicut ouis ad occisionem ducetur. Sed hec om nia manifeste sunt impleta in Ihe su nazareno. ergo rationabiliter concluditur quod ipse fuerit verus christus. ¶ Ad rationes in op positum. Ad primam videlicet de auctoritate Ysaie respondetur negando consequentiam in om nibus partibus argumentatio nis eius. Ad id quod ait de no uissimis diebus dicimus nihil va lere. quia nouissimi dies ibi di cuntur dies messie siue Christi. et aliquando dicuntur tempora eti am Christum precedentia secun dum illud Genesis quadragesi mo nono. vbi patriarcha Iacob dixit filijs suis. Congregamini vt enunciem vobis que futura sunt in diebus nouissimis. Et ibi dem consequenter denunciat non solum de aduentu Christi sed etiam de multis que adimpleta sunt a tempore regum et iudicum

vt patet litteras intuenti. ¶ Ad rationem sumptam de eleuatõe montis. Respondetur quod est vanitas hoc. quia eleuatio tal'non est intelligenda secundum motũ localem vt intelligunt iudei sed secundum nobilitatem et appreciatõnem quam tunc facta sunt quando xpus ipsum templũ miraculis et doctrina multipliciter super omnia alia loca nobilitauit et exaltauit. Ad rationem sumptam ex hoc. Defluent omnes gentes. Respondetur quod ibi distributio est accomodata pro generibus singulorum non pro singulis generum sicut dicit'. quod omne animal fuit in archa Noe. quia de singulis generibus animalium fuerũt ibi aliqua indiuidua. Et similiter de omnibus gẽtibus. siue de iudeis siue de gentilibus confluxerunt ad christum credentes in ipsum. et ita illud adimpletum est. ¶ Ad rationem sumptam ex illo. Non leuabit gens contra gentem. Respondetur quod illud dictum est quia circa tempus christi fuit pax diuturna in orbe et maxime in iudea. quod patet ex eo quod imminente natiuitate Christi placatis omnibus regnis et sub imperio romano redactis precep[to] ...n fuit a cesare augusto vt describeretur vniuersus orbis. et ab illo tempore vsque ad quartum annum post passionem Christi quando ceperunt iudei rebellare romanis nõ leguntur aliqua notabilia bella fuisse in iudea. nec iudeos vsos fuisse armis quia terra custodiebatur a militibus romanis. Et ideo probabile est quod tunc propter diuturnitatem pacis iudei instrumenta quibus vtebantur prius in bellis mutarent in instrumenta agriculture apta sicut sensibiliter videtur fieri in terris vbi est pax diuturna. Quod autem dicitur non leuabit gens contra gentem gladium etc. vbi ly vltra non importat eternitatẽ sed solum diuturnitatem temporis .i. vsque ad longum tempus. ¶ Ad secundam rationem principalem de illo Ysaie.11. Dabitabit lupus etc. Respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia est locutio methaphorica quia homines ibi nominantur nomine animalium. Et similiter habetur Genesis.49. Beniamin lupus rapax etc. Sic ergo dicendum est in proposito quod iudei et gẽtiles qui prius erant ad inuicem nociui et odiosi pacifice simul habitauerunt conuersi ad fidem christi secundum qd' dicitur Actuum.4.° quod multitudinis credentium erat cor vnum et anima vna. Et eodem modo exponendum est de pueria et animalibus venenosis. quia simplices et pueri non leduntur ab illis qui ante conuersionem ad fidem christi erant veneno infidelitatis et perfidie repleti. ¶ Ad terciam ex illo Iere.23. Respondetur quod iam

non erant filii israhel ꝛ iuda proprie loquendo. quia erant auersi a deo quia christum negauerunt et occiderunt. propter quod etiam illam miseriam meruerūt ꝛ ideo ex illa miseria magis concluditur propositum sicut patet ex dictis. Illi autem qui vere fuerunt filii israhel et iuda qui scilicet Christum receperunt saluati sunt per ipsum. non solum spiritualiter quantum ad animas sꝫ etiam corporaliter. quia secundum ꝙ dicitur in ecclesiastica historia. imminente destructione ciuitatis Hierosolime per Titum et Uespasianum admoniti sunt fideles qui erāt in iudea per angelum vt transirent in regnuꝫ regis agrippe qui erat ↄfederatus romanis ꝛ ibi saluati sunt in bona pace. Aliter potest dici ad auctoritateꝫ Iere. ꝙ illi sunt profecto de regno christi de quo ibi loquitur qui iam sunt ī gloria celesti ꝛ ibi habitant confidenter et sunt profecto saluati.

AD Secundam questioenꝫ sic proceditur Et videtur ꝙ iudei tempus visitationis sue .i. aduentus xp̄i nō cognouerunt. Primo ex p̄nti euāgelio vbi dicit᷑. eo ꝙ nō cognoueris tēpus visitationis tue.

¶ Secundo arguit᷑ ex illo apostoli. i. Cori. 2°. Si enim cognouissent dn̄m glorie nunꝙ crucifixissent eū. Tercio arguit᷑ ex illo Actu. 3°. vbi Petr⁹ loquēs iudeis dicit sic. Scio fratres ꝙ ꝑ ignorantiaꝫ fecistis sicut ꝛ principes vestri. ¶ In oppo⁹ est illud Math. 21. ꝙ agricole vidētes filiuꝫ dixerūt intra se. Dic ē heres venite occidamus euꝫ vbi dicit Jero. Manifestissime de⁹ probat his verbis iudeoꝝ principes nō per ignorantiaꝫ sed ꝑ inuidiam dei filium crucifixisse. Rndeo. Dicenduꝫ ꝙ aliqui iudeoꝝ cognouerunt tēpus visitationis sue ꝛ aliqui non. Pro q°. notanduꝫ sicut notat sanct⁹ Tho. in tercia parte. q. 47. ꝛ Nicolaus de lyra Lu. 19. ꝙ apud iudeos quidam erant maiores sciētes scripturas legis ꝛ ꝓphetaꝝ. aliqui aūt minores sicut layci ꝛ mulieres tantummō sciētes qd' est de necessitate saluti᷑ vt ꝑcepta decalogi ꝛ hmōi q̄ debēt sciri ab oibus. Est g°. prima ↄclusio ꝙ maiores eorum qui principes dicebant᷑ cognouerūt Ihesum esse veꝝ ꝓphetam ꝓmissuꝫ in lege. ꝛ ita tēp⁹ visitationis eoꝝ nouerūt. Patꝫ cōclusio. q2 oīa signa videbant in eo q̄ dixerant futura ꝓphete. Diuinitatē aūt eius etiaꝫ cognouerunt. q2 euidētia signa hmōi habuerūt ꝛ dicta ꝓphetaꝝ quibus tn̄ assentire ꝓpter odiuꝫ ꝛ inuidiam noluerūt vt cognoscerēt euꝫ esse filiuꝫ dei. Un̄ Beda dicit super illud Lu. 23. Nesciunt quid faciūt. Notandū inquit ꝙ nō ꝓ eis orat qui quē filium dei intel

lexerunt crucifigere q̄ confiteri magistrum. Unde ipse dn̄s de eis dicit Johan. 15. Si non venissem et locutus eis non fuissem peccatum non haberent. nunc aūt excusationem nō hn̄t de peccato suo. Et postea subdit. Si opa nō fecissem in eis q̄ nemo alius fecit peccatum nō haberent. Et p⁹ea subdit. Nūc enim viderunt me et oderunt me et patrem meū. Alia ɔclusio ē. q̄ minores .i. populares qui misteria scripture nō noverant nō plene cognouerūt ipm Jhesum verum prophetā esse. nec xp̄m pmissum in lege nec esse filium dei. licet aliq̄ eorum etiā in eū crediderūt multitudo tn̄ non credidit. et si aliqui dubitarēt an ipse esset xp̄s ꝑpter signoꝝ multitudinē et efficaciam doctrine vt habet Johan. 7. tn̄ p⁹ea decepti fuerūt a suis principibus vt eum nō crederēt nec filium dei nec xp̄m. ¶ Ad rōnes in opp⁹. Ad primā de p̄nti euāgelio rn̄detur q̄ loquit xp̄s de actuali ɔgnitiōe applicāte ad op⁹ scz recipiēdo p̄dicatiōem xp̄i simo ecōuerso negauerūt et crucifigerūt. ¶ Ad secundam rn̄detur eodem mō. habituali enim cognitiōe maiores hū cognouerūt sed nō actuali ad opus deducta inuidia et odio excecati. ¶ Ad terciam eodem modo respondetur.

AD terciam questionē sic pceditur. Et videt q̄ nō sit ɔueniēs symoniaci pena q̄ expellat de tēplo dei per priuationē ei⁹ qd' p symoniā acquisiuit. ¶ Primo sic. Symonia enim ɔmittitur ex eo q̄ alicui⁹ muneris interuentu sp̄ualia acquirunt. sz q̄dam sunt sp̄ualia que semel adepta non p̄nt amitti sicut oēs caracteres qui p aliquā ɔsecrationem imprimunt. g⁹ nō ē ɔueniens pena vt quis priuet eo q̄ symoniace acquisiuit. ¶ 2⁹ sic. Contingit aliqñ q̄ ille qui ē episcopatum adept⁹ p symoniam precipiat subdito vt ab eo recipiat ordines. et videt q̄ debeat obedire q̄diu tolleratur. sz null⁹ debet aliquid recipere ab eo qui nō habz ptātem ɔferendi. g⁹ episcopus nō amittit episcopalē dignitatem si eā symoniace acquisiuit. ¶ Tercio. Nullus dz puniri pro eo qd' ei ē factum eo nesciēte et nolente. q2 pena debet peccato qd' ē voluntarium. contingit aūt aliqñ q̄ aliquis symoniace ɔsequitur aliqd' sp̄uale pcurātib⁹ aliis ipso ignorante et nolente. g⁹ non dz puniri p priuatōnem ei⁹ qd' ei collatum est. ¶ In opp⁹ arguit ex p̄nti euāgelio vbi xp̄s de templo eiecisse dicit vendētes et emētes p quos designant symoniaci. ¶ Rn̄deo. Dicendū q̄ pena illa ē ɔueniens symoniacoꝝ vt expellent p priuatōnem eoꝝ q̄ p symoniam adepti sunt. Illa ɔclusio patet ex capitulo. Si quis eps 1. q. 1. vbi sic dicit ex ɔcilio calcedonensi. qui ordinat⁹ ē sez p sy-

moniaꝫ nihil ex ordinatione vel promotõe eq̄ ē ꝑ negociatõeꝫ fac ta pficiat. sꝫ sit alien⁹ a dignita te vel sollicitudine quā pecunijs acquisiuit. Conclusio vo predic ta rõe sic pbatur. Null⁹ licite reti nere põt id qđ ꝯtra voluntatem dñi acquisiuit. puta si aliqs dis pensaret de reb⁹ dñi ꝛ daret ali cui ꝯtra voluntatē ꝛ ordinatõeꝫ dñi sui ille qui accipit licite tene re nō posset. dñs aūt cui⁹ ecclesi arū plati sunt dispēsatores ꝛ mi nistri ordinauit vt spūalia grat̄ darent̄ sꝫ⁹ illud Math. 10. Gra tis accepistis gratis date. et ideo qui muneris interuentu spūalia quecūqꝫ assequitur ea licite re tinere nō pñt. Insup aūt symo niacos vendētes ꝙ emētes spū alia aut etiam mediatores alijs penis puniunt̄ scꝫ infamie ꝛ depo sitõe si sint clerici. excõicatõne si sint layci vt habet̄. 1. q. 1. Si qs epūs. ❡ Ad rões in opp⁹. Ad primaꝫ rñdetur ꝙ ille qui symo niace accepit sacramētū ordinis recepit quideꝫ caracterē ordinis ꝓpter efficaciaꝫ sacramēti nō tñ recepit graciaꝫ nec ordinis execu tioneꝫ eo ꝙ quasi furtiue recepit caracterē ꝯtra principal' dñi vo luntateꝫ. ꝛ iō est ipo iure suspēs⁹. ꝛ q° ad se vt scꝫ de executiõe sui ordinis se nō intromittat ꝛ quo ad alios vt scꝫ null⁹ ei cõicet in ordinis executõe siue sit peccatū ei⁹ publicuꝫ siue occultuꝫ nec tñ tenetere pecuniā põt quā turpi ter dedit licet ali⁹ iniuste retine at. Si vo sit symoniac⁹ qui ꝯtu lit ordinē symoniaco vl' q̄ dedit vel recepit bñficiuꝫ symoniace vl' fuit mediator symonie si ē publi cuꝫ ē ipo iure suspēsus quo ad se ꝛ q° ad alios. si aūt ē occultuꝫ ē suspēsus ipo iure q° ad se tāuꝫ nō aūt quo ad alios. ❡ Ad se cundā rñdetur ꝙ nec ꝓpter ꝑcep tuꝫ episcopi nec ꝓpter excõicatio neꝫ debꝫ aliquis recipe ordinem ab episcopo queꝫ scit symoniace ꝓmotū ꝛ si ordinat̄ nō recipit or dinis executiõeꝫ. ❡ Ad terciaꝫ rñde. ꝙ si nec volēte nec sciēte ꝑ alios illi⁹ ꝓmotio symoniace sit ꝓcurata. caret quideꝫ ordinis ex ecutõe ꝛ tenet̄ resignare bñficiū qđ est ꝯsecut⁹ cū fructib⁹ extanti bus. non aūt tenet̄ restituere fru ctus ꝯsumptos. q2 illos bona fi de possedit nisi forte inimic⁹ ei⁹ fraudulēter pecuniā daret ꝓ illi⁹ ꝓmotione vl' nisi ipe explic ꝯtra dixerit tunc nō tenetur ad renun ciandum nisi forte p⁹ea pacto ꝯ senserit soluēdo qđ fuit ꝓmissuꝫ

IN Dominica .11. est euange⁹. In illo tpe dixit Ihūs ad quosdam ꝛc. Lu. 18. Circa qđ pñt disputari sequētes qões: Primo. Utruꝫ pharise⁹ in oratõe sua venit me rito ꝯdēnand⁹. 2° Utrꝫ pub lican⁹ in oratõe sua formaꝫ ꝯue nięter dederit iustificatõis impři

AD primã3 que stionē sic proceditur. Et videtur q̃ phariseus in oratōe sua nō veniat ɔdēnandus. ¶ Pri° sic. Orans pharise⁹ incepit a graciarũ actione dicens. Dñe gracias tibi ago. s3 in h° nō peccauit a deo recognoscēdo oīa bona q̃ habuit. g° nō veniebat ɔdēnandus. ¶ Secũdo sic. Si dicat̃ q̃ rōe iactātie qua se iactabat esse imm̃unē a peccat̃ aliorũ h° etiam nō arguit. q2 pōt quis ostēdere laudē suã ⁊ ñ peccare sicut faciebat aplus. 2. Cor. 10. Nos non in īmensũ gloriamur. ⁊ 11. Existimo me nihil min⁹ fecisse a magnis aplis. g° ⁊c̃. ¶ Tercio sic. Jactantia cũ oriatur ex vana gloria vt dicit Grego. 2° moral. nō ē semp̃ peccatũ mortale sicut nec vana gloria s3 solũ propter peccatũ mortale venit quis condemnandus siue rep̃hendendus g° ⁊c̃. ¶ In opp° ē p̃ñs euangeliũ. ¶ R̃ndeo. Dicendũ q̃ phariseus taliter se habuit in oratōe sua q̃ merito venit rep̃hendēd⁹. ¶ Primo ex irreuerentia quã in oratiōe obseruauit. q2 nō reuerēter orauit s3 cũ fastu q2 nō incuruato corpe sed erecta fronte orabat. Vñ dicit̃. Stans. Secũdo rep̃hendit̃ ex sup̃bia. q2 se iustũ solũ inter hoīes dicebat cũ ait. Non sũ sicut ceteri hoīm. quasi diceret. Ceteri sunt peccatores ego aũt iust⁹. ⁊ ita d̃ iusticia sua iactabat se alios ɔdēnando ⁊ orantem iuxta se publicanũ despiciendo. Tercio rep̃hensibilis veniebat. q2 d̃ bonis q̃ faciebat se iactabat dicens. Jeiuno bis in sabbato. sed in hoc iusticiã suã per vanã gloriã fedabat. Prouerb. 27. Laudet te alien⁹ et nō os tuũ exteri⁹ ⁊ nō labia tua. Et Eccl. 7°. Non te iustifices apud deũ. quoniam ip̃e cognitor cordis est. ⁊ Jere. 2°. Ecce ego iudicio ɔtendam tecũ pro eo q̃ dixetis nō peccaui. Et ideo Job. 9°. Si iustificare me voluero os meum ɔdemnabit me. et ita merito phariseus cũ se ita inaniter iactauerat merito ɔdemnãd⁹ venit. ¶ Ad rōes in opp°. Ad primã tũ dicetur q̃ hic nō arguit̃ phariseus. q2 gratias egit deo s3 q2 egit modo sup̃bo. Vñ Grego. Si rep̃henditur ille qui superbe gratias agit. quid est g° ille qui impugnat gratiã? nō enī recte cognouit bona q̃ accepit. vñ Bern. de eo dicit. Sic gratias agit nō q2 bon⁹ s3 q2 solus nō tã de bonis q̃ h3 q̃ de malis q̃ in aliis videt. talis aũt mod⁹ elationis est. Vñ Beda ait. ecce phariseus ad referendas gracias oculũ hab3 ad humilitatis custodiã nō h3. ¶ Ad secundã r̃ndetur q̃ l3 iactantia qñq3 sit peccatũ mortale et qñq3 veniale. iactantia tñ ip̃ius pharisei fuit peccatũ mortale. Pro quo notandũ q̃ iactantia pōt ɔsiderari vno mō s3⁹ se put

est mendacium quoddam. et sic
quandoqz est peccatuz mortale
et quandoqz veniale. Mortale
quidem quando aliquis iactan
ter de se profert quod est contra
gloriam dei sicut ex persona re-
gis Cyri dicitur Ezechie.28. Ele
uatum est cor tuum et dixisti de9
ego sum. Uel etiam cum est con
tra caritatem proximi sicut cum
aliquis iactando se prorumpit
in contumelias aliorum sicut fe-
cit iste pharise9 qui dicebat. Non
sum sicut ceteri hominum. rapto
res/iniusti/adulteri/ velut etiaz
hic publicanus. Quãdoqz vero
est peccatuz veniale. quando ali
quis de se talia iactat q̃ nec sunt
contra deum nec contra proxi-
mum. Ad tertiam patet respõ
sio ex dictis.

AD Secundam

sic proceditur. Et videt
q conuenienter formam iustifi-
cationis non dederit publican9
percuciendo pectus et dicendo.
Propitius esto mihi peccatori.
ex quib9 verbis innuit q ad iu
stificationem impii requiratur cõ
tritio. Contra quod arguitur sic
¶ Primo Luce.7°. dicitur. Di-
missa sunt ei peccata multa. dicit
glo. q ardor caritatis rubiginez
peccatorum in ea consumpsit. er
go non oportet q ibi sit dolor si
ue contritio de peccato. ¶ Se-
cundo sic. Conuersio ad deum ẽ
potentior q̃ cõuersio ad rem tem
poralem ad malum. sed conuer-
sio ad rem temporalem sufficien
ter inducit culpam. ergo conuer-
sio ad deuz sufficienter iustificat
sine alia contritione. ¶ Tercĩo
sic. Possibile est aliquem auerti
a deo nihil cogitando de deo. er
go simul possibile ẽ aliquez auer
ti a peccato nihil cogitando de
eo. et sic sine motu liberi arbitrii
in peccatum siue sine contritione
iustificatur impius. ¶ In oppo
situm est euangelium hodiernuz
Unde glosa super illud. Percuti
ebat pectus suum dicit. Percutit
pectus et penas de se exigit vt de
us parcat. ¶ Respondeo. Dicen
dum q publicanus in oratione
sua conuenientez formam dedit
iustificatiõis impii in trib9. Pri
mo. in humili verecundia quaz
ostendit cuz dicitur. Publican9
a longe stans nolebat nec oculos
leuare. Beda. Sicut humilis nõ
audet appropinquare vt de9 ad
eum appropinquet nõ aspicit vt
aspiciatur. Nihil enim tantũ pla
cet deo i penitẽte sicut dicit Bern
ardus q̃ humilis verecũdia. nõ
audebat oculos leuare ad celuz
quia cognoscebat se offendisse
deum ita vt diceret illud. 2. para
lipo. vlti. Peccaui super numez
arene maris et multiplicata sunt
super me peccata mea et nõ sum
dignus videre altitudinem celi
pre multitudine iniquitatis mee
Secundo ostendit formam iu-
stificatiõis impii in dolorosa con

tritione peccatorum quã osten-dit i percussione pectoris in qua reddebat seipsum culpabilem et ostendebat dolorem. Huiusmõi autez contritio necessaria est ad iustificationem impii. quia sicut in generationibus naturalibus vna forma expellitur ꝛ alia intro ducitur ꝓpter qd' generatio vni-us est corruptio alterius. oportet esse dispositiones ad vtrunqz. Ista iustificatõne impii qua gra tia ꝯfertur ꝛ culpa expellit' opor-tet esse dispositionem voluntatis sꝫ⁹ proprium actum ad vtrunqz Et ideo sicut ꝑ motuz liberi arbi trii in deum disponitur ille qui iustificatur ad gratiam obtinen dam. ita ꝑ motuz li. arbi. in pec-catuz qui est contritio oportet ꝙ ad culpe expulsionẽ disponat'. et ideo oꝫ ꝙ in iustificatiõe qua in nocens iustificat' oꝫ esse disposi-tionẽ solũ ad gratiã inducẽdam sꝫ in iustificatione quo iustificat' ipius oꝫ esse duplicẽ dispositõez vnã ad inducendã gratiã. s. mo tuz li. ar. in deũ. Alterã ad expel lendaz culpã. s. motũ li. ar. in pec catuz qui est ipa ꝯtritio. ¶ Ad rões in oppo⁹. Ad primã rñdet' negando ꝯñam. Et rõ est. qꝛ fer-uor dilectõis de necessitate ꝯiũc tuz hꝫ odiuz ꝯtrariuz.. ꝛ ideo fer uor dilectõnis ad dimissionẽ cul pe nõ opat' sine peccati detestati one q̃ directe dimissioni culpe re spondet. ¶ Ad secundã rñdetur negando ꝯñaz. Et rõ ẽ. qꝛ in pec-cato ꝯuersio nõ facit culpã sine auersione. ꝛ ita oꝫ duo esse in iu stificatõe. ¶ Ad tertiã rñdet' ne gando ꝯñaz. Et ratio ẽ sꝫ⁹ dñm Bonauẽturaz. tum qꝛ recessus a deo ẽ inordinat⁹ sꝫ regress⁹ ordi nat⁹. tũ qꝛ plura exigunt' ad bo-nuz ꝙ ad malũ.

In Dominica

Iz. est euãg⁹. Exiẽs Ihe sus de finib⁹ tyri ꝛc. Marci. 7°. Circa qd' pñt disputari sequẽtes qõnes. ¶ Primo. Vtrũ ꝯueniẽter xp̃s circa huc surdum ꝛ mutũ de q° in euãgelio miraculum fecit. ¶ 2°. Vtrũ illi hoĩes faciẽtes cõ tra preceptuz christi publicando miraculum peccauerunt.

Ad primaz que stionẽ sic ꝓcedit'. Et vide tur ꝙ ñ ꝯuenienter xp̃s circa huc mutuz ꝛ surdũ miracula sit opa tus. ¶ Pri° sic. Christ⁹ faciebat miracula ꝟtute diuina cui⁹ ꝓpri um ẽ subito opari ꝛ ꝑfecte ꝛ abs qꝫ adminiculo cuiuscũqꝫ. sꝫ xp̃s nõ subito curauit istuz. Dicit'. n. in euãgelio ꝙ apphendit euz de turba seorsuz ꝛ misit digitos suos in aurib⁹ ei⁹ et exspuens tetigit linguaz ei⁹ ꝛ suspiciẽs in celuz in gemiscẽs ꝛ ait, effeta qd' est apire ꝛ statiz apte sũt aures ei⁹. g° ꝛc. ¶ 2° sic. Dei nõ ẽ orare nec re-spicere in celũ ingemiscẽdo. cum g° hoc fiebat ꝟtute diuinitatis nõ ꝯueniẽter videt' opat⁹ illud ¶ 3° Miracula xp̃i facta sũt ad

ꝯfirmationē doctrine ipi⁹ ꝛ testimoniū diuinitatꝭ ei⁹. ſ nullus dꝫ īpedire finē ſui opis. g° videt̄ ꝙ incōueniēter xp̄us ꝑcepit illis hoībus qui pn̄tauerāt ſurduꝫ et mutū ad ſanādū ꝙ nemini dicerēt. ¶ In opp⁹ ē euāge⁹ in quo dicit̄ ꝙ bn̄ oīa fecit. ꝛ ſurdos fecit audire ꝛ mutos loqui ¶ R̄n. deo. Dicendū ꝙ xp̄s ꝯuenientiſſime opat⁹ ē miraculū circa hunc ſurdū ꝛ mutū. Iſta ꝯcluſio ſic declarat̄. Ea q̄ ſunt ad finē oꝫ eſſe fini ꝓportionata. xp̄s aūt ad hō venit ī mundū ꝛ decebat vt hoīes ſaluos faceret. ſꝫ⁹ illud Iohā. 3°. Nō eniꝫ miſit de⁹ filiuꝫ ſuum in munduꝫ vt iudicet mundū. ſꝫ vt ſaluet̄ mund⁹ ꝑ ipm̄. ꝛ iō ꝯueniens fuit ꝙ xp̄s ꝑticulariter hoīes miraculoſe curando oñderet ſe eſſe vl̄em ſp̄ualeꝫ oīm ſaluatorē ſanādo nō tantū ptāte diuinitatis ſꝫ miniſterio hūanitatꝭ cū eēꝫ deus ꝛ hō. ¶ Ad rōes in opp⁹ dicēduꝫ. Ad primaꝫ rn̄det̄ negādo ꝯn̄aꝫ. Et rō ē. q꞉ xp̄s venerat ſaluare mūduꝫ nō ſolū ꝟtute diuina ſed etiā ꝑ miniſteriuꝫ incarnatōnis ipi⁹. ꝛ iō frequēter etiā in ſanatōne infirmoꝝ nō ſolum ptāte diuina vtebat̄ curādo per modū imperii. ſꝫ etiā ad hūanitatē ipi⁹ ꝑtinens apponēdo. vn̄ ſup illud Lu. 4°. Singul' man⁹ īponēs curabat oēs. dicit Cyrillus. Quāuis vt de⁹ potuiſſꝫ oēs verbo pellere morbos. tangit tn̄ eos oñdens ꝓpriaꝫ carnē efficacēꝫ ad pn̄tāda remedia. ſic ergo xp̄s ſanauit hūc ſurdū ꝛ mutum tangēdo eū corꝑaliter vt oñderet hūanitatē ſuā eē diuinitatiſ inſtrumētuꝫ. ¶ Ad ſecundā rn̄detur negando ꝯn̄am. Et rō eſt. q꞉ ſicut dictū eſt nō ſolum ptāte vtendo debuit facere miracula ſꝫ etiā hūanitate ipā. quoniam vtrūqꝫ erat de eo oñdendū et ꝙ de⁹ eēꝫ in carne venit⁹. Vn̄ Chriſo. ſup illud Math. 14. Acceptiſ quinqꝫ panib⁹ ꝛ duob⁹ piſcib⁹ aſpiciens in celū benedixit ꝛc. ait. Oportebat inquit credere de xp̄o quoniā a patre ē ꝛ quoniaꝫ ei equalis eſt. ꝛ ideo vt vtrūqꝫ oñdat. nunc quidem cum ptāte nunc aūt orās miracula facit. dicim⁹ g° ꝙ xp̄s in curatōe hmōi infirmi ipē ſuſpiciēs in celū ingemuit vt oñderet ſe veꝝ hoīem a deo q̄rens auxiliuꝫ. ¶ Ad tertiā rn̄detur negando ꝯn̄aꝫ. Et rō ē. q꞉ hoc fecit vt dicit Chriſo. volens nos erudire ꝓhibere eoſ qui volunt nos ꝓpter nos laudare. ſi aūt ad dei gloriā refert̄ nō debem⁹ ꝓhibere ſꝫ magꝭ iniungere vt hoc fiat. ſicut illud Marci. 5°. Vade in domū tuaꝫ ad tuos et ānuncia eis quāta tibi dn̄s fecit

Ad Secundam

q̄ōem ſic ꝓcedit̄. Et videtur ꝙ illi hoīes publicādo miraculuꝫ xp̄i peccauerūt. et videt̄ ꝙ ſic ¶ Primo. q꞉ deo eſt in oībus obediendūꝫ ſꝫ⁹ illud Exodi. 24

Omnia que locutus est dñs fa-ciem⁹ et erimus obedientes. sed tñ non obedierunt precepto xp̄i qui preceperat eis nec cuiq̄ dice-rent. ergo rc. ¶ Secundo sic. Aut xp̄s voluit fieri illud quod dixit eis an nõ. si noluit. sequitur q̄ fecerũt contra p̄ceptuz eius r sic peccauerunt. aut voluit sequitur q̄ xp̄s esset mendax vel duplex i verbo qd' est īpossibile ¶ In op-positum videt' q̄ nõ peccauerunt q₂ non fuissent digni saluatione ¶ Rñdeo. Dicenduz q̄ illi ho-mines predicando miracula xp̄i nõ peccauerunt. q₂ xp̄s cuz prece-pit eis vt nõ dicerent nõ intẽdit eos per virtutem p̄cepti obligare vt dicit Grego. 9° moral'. sz ser-uis suis sequentibus exemplum dedit vt ipsi quidez v̄tutes suas occultare desiderent et tñ vt alii exemplo eorum proficiant pro-dantur inuiti. Et sic patet respon-sio ad primuz argumentuz. Pro responsione ad secundum est sci-endum q̄ in xp̄o ponitur duplex voluntas sicut r duplex natura. Una diuina. r ẽ duplex. vna sig-ni et altera beneplaciti. Volun-tas eniz beneplaciti est qua vult aliquid simpliciter r absolute. et sic xp̄us voluit miraculum pub-licari quia contra voluntatez be-neplaciti nihil fit sed bene fit cõ-tra voluntatem signi. Alia fuit voluntas humana. r sic xp̄s vo-luit quodammodo: et quodam modo noluit miraculum publi-cari. quia voluit ad dei gloriam noluit autem vt ostenderet hu-manaz laudez fugiendã. sicut n. sunt aliqua partim voluntaria r partiz inuoluntaria vt dicitur in tertio Ethicoꝝ. de eo qui proicit merces in mari. vult r non vult diuersis respectibus. q₂ nõ vult absolute: vult tamen in tali casu positus r cetera.

IN Dominica

Tredecima est euangeli-um. In illo tempore dixit Jhesus discipulis suis. Beati oculi qui vident que vos videtis rc. Lu-ce. 10. Circa quod possunt dispu-tari sequentes q̄stiones. ¶ Pri-ma. Utrū sit veꝝ quod dictuz ẽ apostolis. scz Beati oculi qui vi-dent que vos videtis. ¶ Secũ-da. Utrum in statu vie de⁹ pos-sit immediate a nobis amari. ¶ Tercia. Utrum modus de diligendo deum toto corde rc. qui multiplicatur in precepto p̄-dicto possit in via seruari.

AD primaz que-stionez sic proceditur. Et videtur q̄ non sit verum q̄ bea-ti oculi qui vident que vos vi-detis. ¶ Primo sic. Johan. 2I. scribitur. Beati qui non viderũt r crediderunt. ¶ Secundo sic. Aut loquitur de visione interio-ri per fidem. Et hoc non. q₂ mul-ti prophete r reges viderunt hoc modo visionis xp̄m. Unde Jo-

post festum Ste trinitatis

bannis.8º Abraham vidit diem meum et gauisus est. Non autem de exteriori. quia exteriori visione etiam viderunt iudei sacerdotes et pharisei. Unde Johan. 15. de iudeis. Nunc autem viderunt et oderunt me et patrem meum sed oculi eorum non fuerunt beati. ergo nec oculi apostolorum. ¶ Tertio. Beatitudo dicitur status omnium bonorum aggregatione perfectus. sed apli videntes xpm hic in terra nō sequebantur beatitudinem. qr vt dicit Exodi.33. Nemo videbit deum et viuet. ergo non erant dicendi oculi eorum beati. ¶ In oppositum est euangelium pns. ¶ Rndeo. Dicendum q̄ beatitudo est duplex. Una rei que csistit principaliter in aspectu et fruitione diuinitatis et ex consequenti in visione būanitatis xpi et sic habetur in patria Alia est beatitudo in spe que in pnti vita consistit. et sic habetur in via in viris excellentibus virtute et de ista loquitur hic ¶ Secūdo notandum. Qr scz q̄ duo oculi dicuntur in hoīe. scz interiores et exteriores. ita duplex dicitur visio. scz visio interior que fit p internam inspirationem. de qua dicitur ad Ephe.1º Deus det vobis spiritum sapientie et reuelationis in agnitione eius illuminatos oculos cordis vestri. De ista visione etiā dicit Johan.8º Abraham vidit diem meum et gauisus est et horum quidem oculi beati beatitudine spei. de quibus dicit Johan.20. Beati qui nō viderunt scz corporaliter et crediderunt scz per fidem et dilectionē operantes. xpm incarnandum et passurum pro būani generis salute. Alia est visio pure corporalis que cōis fuit aplis et iudeis. et de ista nō loquitur. Aliqui aūt sunt qui vtraque visione viderūt xpm scz et interiori visione fidei et exteriori videntes eum inter hoīes cōuersantes. et miracula soli deo propria operantem. Et de tali visione dicit Johan.1º Vidimus gloriam eius quasi vnigeniti a patre. Utique eius modum videndi habuit Johānes et alii apli. qr cū eo fuerūt corporaliter cōuersati. et sic viderunt sensibiliter opa virtutē totius creature excedentia. sicut suscitatio mortuorum/illuminatio cecorum et cōsimilia. ex quibus visu mentis pcceperunt eius diuinitatē in carne latentem. Et hoc mō oculi videntes xpm beati sunt. qui scz vt dicit magnus Albertus sic xpm exterius aspexerunt q̄ interius diuinitatem per fidem in eo ex exteriori bus miraculis intellexerūt. Uel sic econuerso. qui scz interiora diuinitatis xpi intellexerunt vt eam vitam būanitati quā videbāt crediderunt. et tali mō nunq̄ est visus nisi a pñtibus deitatem et humanitatē eius cognoscentibus et hoc est quod dicit. beati oculi qui vident que vos videtis. ¶ Ad rationes in oppositum.

f.3.

Ad primaȝ respondetur. ꝙ non opponuntur. Unde est notandū ꝙ duplex dicitur beatitudo etiā in via. Quedam rei. que cōsistit in munere diuino siue per participationē diuini muneris. de q° quanto alicui plus concedit' tanto beatior est. ꝛ sic quantum ad hoc dicitur hic. Beati oculi qui vident ꝛc̄. quis hoc munus gratie habuerunt. Alia est beatitudo spei que consistit in merito. Vn̄ secundum hanc tanto quis est beatior quanto potest pl⁹ mereri. plus autem meretur qui credit ꝛ non vidit ꝙ qui videns credit. ¶ Ad secundum respondetur. ꝙ loquitur de visione vtraqȝ sicut dictum est. ¶ Ad tertiam respondetur. ꝙ non loquitur de beatitudine patrie. sed de illa que dicitur spei que habetur in via. Uel dicenduȝ ꝙ tales dicūtur beati ꝛ non prophete. quia licet prophete aliqui viderūt christum per fidem a longe prospiciendo. non tamen viderunt eum presenteȝ inter eos conuersando sicut viderunt apostoli. ꝛ ideo dicuntur beati. quia in eis fuit cōpletuȝ quod antiquis patribus fuerat promissum.

AD Secundam questioneȝ sic proceditur Et videt' ꝙ deus in statu vie nō possit immediate a nobis amari ¶ Primo sic. Incognita amari non possunt vt dicit Augustinus. 10. de trinita. Et Phūs. 9° Ethicorum. sed nos in statu vie non videmus immediate deum quia non per essentiam sed ꝑ speculum in enigmate. vt dicitur. 1. Corinthe. 13. ergo nec ipsum immediate per essentiam amare possumus ¶ Secundo sic. Cognitio patrie excedit cognitionē vie inquantum homo videt in patria deum per essentiam. si ergo in via homo immediate per essētiam amaret deuȝ caritas patrie non excederet caritatem vie. qđ est falsum. ¶ Tertio. Homo a deo disiungitur per peccatum secundum illud Isa. 59. Peccata vestra diuiserunt inter vos ꝛ deum vestrum. sed peccatum magis est in voluntate ꝙ in intellectu. ergo minus homo potest in statu vie diligere deum immediate ꝙ immediate eum videre ¶ In oppositum est euangelium pñs. vbi dicitur. Diliges dominum deum tuum ꝛc̄. ¶ Secundo sic Cognitio vie per hoc ꝙ est mediantib⁹ creaturis dicitur enigmatica ꝛ euacuatur in patria. 1. Corinthe. 13. sed caritas nunꝙ excidet vt ibidem dicit apostolus. ergo caritas non diligit deum mediante creatura sed immediate deo adheret ¶ Respondeo. Dicendum sub ista conclusione. Qz deus in statu vie immediate potest amari ꝛ amatur a sanctis. vnde Augustinus in li. ꝯfes. Uelle qui diligunt nutus tuos pro te.

Nutus aũt diuini dicuntur par/
ticipatio diuine bonitatis in cre
atura. ergo deus a ſanctis amat᷑
in ſtatu vie immediate. non ſecũ
dum ꝙ eius bonitas in creaturiſ
participatur. Pro qua concluſi/
one notandũ iuxta ſanctũ Tho
mam in tertio. ꝙ in potentiis or
dinatis ita eſt ꝙ vbi terminatur
operatio prioris potentie ibi in/
cipit operatiõ ſequentis. ſicut pa
tet ꝙ ſenſus terminatur ad yma
ginationem que eſt motus fact⁹
a ſenſu ſecundum actum intellec
tus ⁊ in termino ymaginationis
incipit. quia fantaſmata accipit
pro obiecto vt dicitur tertio de
aĩa. ⁊ ideo illarum rerum q̃ non
habent fantaſmata cognitionez
non poteſt accipere niſi ex rebus
quarum ſibi repreſentantur fan
taſmata. Unde in ſtatu vie ĩ qua
accipit a fantaſmatibus non po
teſt immediate videre. ſed opor/
tet ꝙ ex viſibilibus quorum fan
taſmata capit in eius cognitõez
deueniat. quãuis autez ipſaz dei
eſſentiaz non videat immediate
tamen cognitio intellect⁹ ad ip/
ſum deum terminatur. qꝛ ipſum
eſſe ex effectibus comprehendit.
vnde operatio voluntatis circa
ipm̃ deum immediate eſſe poteſt
nullo medio interueniẽte quod
ad voluntatem pertineat. multiſ
tamen mediis precedentibus ex
parte intellectus quibus in deuz
cognoſcendum peruenit. ¶ Ad
rationes in oppoſitum. Ad pri/
mam reſpondetur negando con
ſequentiam. Et rõ eſt. qꝛ quãuis
incognita amare non poſſumus
oportet enim ꝙ amor ſit cognitis
aliqualiter. tamen non oportet
ꝙ ſit idem ordo cognitionis ⁊ di
lectionis. nam dilectio eſt cogni
tionis terminus. ⁊ ideo vbi deſi
nit cognitio ſcꝫ in ipſa re que per
aliam cognoſcitur ibi ſtatim di/
lectio incipere poteſt. et ita illud
quod cognoſcitur in alio poteſt
in ſeipſo amari. ¶ Ad ſecũdaz
rñdetur negando ꝯñaz. Et ratõ
eſt. qꝛ quanto bonũ plenius cog
noſcitur tantomagis eſt amabi/
le. ⁊ precipue illud bonuz q̃d᷑ eſt
finis ⁊ in quo non inuenitur ali
quid quo offendatur effectus. ⁊
ideo qꝛ deus plen⁹ cognoſcitur
in patria q̃ͣ nunc etiam plenius
amabitur. ſed iſta diuerſitas ex
parte cognitionis erit per id q̃d᷑
eſt proprium cognitioni ſcꝫ cog/
noſcere per ſe ⁊ in alio. ⁊ ideo nõ
erit vnius rationis cognitio vie
⁊ patrie. in affectu autez erit per
diuerſitatem non eius per quod
ad eam pertineat ſed per diuerſi
tatem cognitionis et tamen erit
eadem ratio amoris. ſed differt
amor per maius et per minus.

¶ Ad tertiam reſpondetur ne/
gando conſequentiam. Et ratio
eſt. quia per caritatem tollitur a
uerſio a deo que eſt per peccatuz
non autem per ſolam cognitio/
nem. et ideo caritas eſt que dili/
gendo animam immediate deo

coniungit spirituali vinculo vni ouis.

Ad terciam questionem. Utrum modus ille de diligendo deum toto corde qui implicatur in precepto predicto possit in via seruari. sic proceditur. Et videtur quod non possit in via seruari ¶ Primo sic. Non possumus in hac vita sine peccato manere. i. Johannis primo. sed cum quis peccat non diligit deum toto corde. ergo illud preceptum non potest totaliter in via impleri. ¶ Secundo sic. Non potest simul cor ad multa se habere. sed oportet dum in hac vita sumus quod cor rebus temporalibus aliquando apponamus. ergo non potest homo in hac vita toto corde diligere ¶ Tercio sic. Non potest deus a nobis totaliter diligi. ergo per consequens toto corde non possumus diligere. consequentia videtur bona. antecedens patet. Deus non potest intellectu comprehendi vt totaliter videatur. ergo non potest comprehendi affectu vt totaliter diligatur. consequentia est bona quia amor sequitur cognitionem ¶ In oppositum est presens euangelium. Dicit enim Jeronimus. Qui dicit deum aliquid impossibile precepisse homini anathema sit. sed hoc deus precepit omnibus in statu vie existentibus. ergo hereticum est dicere quod predictum preceptum non possit in via obseruari. ¶ Respondeo. Dicendum secundum sanctum Thomam quod totum et perfectum idem est vt Philosophus dicit. Ratio autem perfecti in hoc consistit vt nihil ei desit. Sed hoc contingit dupliciter. aut ita quod nichil desit eorum que natum est habere. aut ita quod desit eorum que debet habere. Sicut aliquis habet perfectam quantitatem quantam requirit humana natura. etsi non habeat quantitatem gigantis quam possibile est in humana natura. ¶ Prima ergo perfectio humane nature est in statu glorie quando homo habebit totum hoc quod possibile est esse in humana natura. Sed secunda perfectio est nature condite quando scilicet homo habeat totum hoc quod debebit habere secundum tempus illud. Et secundum hoc etiam duplex totalitas in dilectione dei attenditur. Una qua nihil deest de his que potest homo expendere in amorem dei quin in dilectione ponat. Et de hac prima totalitate ponitur ista conclusio Que hec quidem perfectio siue totalitas non precipitur vt facienda sed magis ostenditur vt sciatur quo perueniendum est vt dicit Augustinus. sed sic impletur in patria. quia ibi mens fertur in deum totaliter et perfecte quantum sibi est possibile et sine aliqua interruptione Alia autem est totalitas secundum

Quam nihil homo subtrahit de his que debet ponere secundum tempus illud in amore dei. & hec totalitas excludit omne quod est contrarium repugnans dilectioni diuine. non autem id quod ad tempus actum dilectionis intercipit. quia semper agere secundum actum virtutis non est nisi eorum qui sunt in statu beatitudinis quia perfectio felicitatis est in operatione. perfectio virtutis est in habitu. & ista adimpletur in via quando nihil diligitur contra deum. Ista enim perfectio est que debet inesse ex debito necessitatis virtute quod diligatur deus toto corde id est intellectu sine errore. quod non faciunt infideles & sortilegi. Tota anima id est voluntate sine contradictione quod non faciunt qui post concupiscentias suas currunt Ex omnibus viribus suis. i. operibus que explentur per vires anime & corporis. quod non faciunt qui membra sua exhibent seruire iniquitati ad iniquitatem. Et tota mente id est iugi memoria. quod non faciunt cupidi & auari. quia vbi est thesaurus tuus ibi & cor tuum. Albertus. Sic ex toto corde dilige vt motus vite ad ipsum referas. Ex tota anima vt intelligentiam et voluntatem et memoriam cum corporalibus organis ad ipsum conuertas. Ex omnibus viribus id est vt nihil tibi de viribus tuis retineas vel attribuas tibi. Ex omni mente tua id est vt omnis ordines caritatis ordine, vt nihil inordinatum relinquas. Sic enim attingit caritas a fine vsque ad finem fortiter & disponit omnia suauiter.

In Dominica

quatuordecima est euangelium. Dum iret Jhesus in Hierusalem &c. Lu. 17. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. ¶ Prima. Utrum ad sanandum lepram peccati sit necessarium confiteri sacerdoti. ¶ Secunda. Utrum nouem leprosi non reddentes gratias xpo de eorum curatione peccauerunt mortaliter

Ad primam questionem sic proceditur. Et videtur quod ad sanandum lepram peccati non sit necessarium confiteri sacerdoti. ¶ Primo sic. Curatio lepre peccati precedit confessionem. vnde in euangelio dicitur quod isti decem leprosi dum irent ad ostendendum se sacerdotibus mundati sunt & ita antequam se ostenderent. ergo videtur quod ad curationem lepre peccati confessio non sit necessaria. Secundo sic. Aliquibus est peccatum dimissum sine hoc quod confessi leguntur sicut patet de Petro et Magdalena. etiam de Paulo. sed non minoris efficacie est gratia remittens peccatum nunc quam tunc fuerit. ergo nec nunc est de necessitate salutis confessio. ¶ Tertio. Dato quod nec. si

sarium sit confiteri non videtur ꝙ sacerdoti. penitentia eni est sacramentum necessitatis sicut et baptismus. sed in baptismo propter sacramenti necessitatem est minister quilibet homo. ergo in penitentia sufficit cuilibet confiteri. ¶ Quarto sic. Ad confessionem non obligamur nisi ex diuina institutione. sed diuina institutio nobis proponitur Jacobi. 5° Confitemini alterutrū peccata vestra vbi nō fit mentio de sacerdote. ergo etiam si confitendum est non est necessarium confiteri sacerdoti. ¶ In oppositū est euangelium presens. vbi dominus decem leprosis precepit se presentari sacerdotibus. vbi ponitur signum mundatōnis lepre peccati per sacramentum penitētie. ergo videtur ꝙ solis sacerdotibus sit fienda confessio. ¶ Respondeo. Dicendum sub duab⁹ conclusionibus. Prima est. ꝙ ꝯfessio est de necessitate salutis ei qui peccati mortalis lepram incurrit. Illa conclusio declaratur iuxta sanctum Thomam. Passio xp̄i sine cuius virtute nec actuale nec originale peccatum dimittitur in nobis operatur per sacramentorum susceptionem que ex ipsa efficaciā habent. ⁊ ideo ad culpe remissionem et actualis et originalis requiritur sacramētū ecclesie vel actu susceptum vł saltem voto quando articulus necessitatis non contemptus sacramentum excludit. et per ꝯsequēs illa sacramenta que ordinantur contra culpam cum qua saluus esse non potest sunt de necessitate salutis. Et ideo sicut baptismus quo deletur peccatum originale est de necessitate salutis ita et penitentie sacramentum. Sicut autem aliquis per h° ꝙ baptismū petit se ministris ecclesie subicit ad quos pertinet dispensatio sacramenti. ita etiam per hoc ꝙ cōfitetur peccatum suū se ministro ecclesie subicit vt per sacramentum penitentie ab eo dispensatū remissionē consequatur qui cōgruum remedium adhibere non potest nisi peccatum cognoscat quod fit per confessionem peccātis. et ideo confessio est de necessitate salutis eius qui in peccatū mortale cecidit ¶ Secunda cōclusio. Qꝫ necessario sacramentalis confessio facienda est sacerdoti si adest vel haberi potest. Probatur conclusio. Absolutio penitentis propter quam fit confessio non pertinet nisi ad sacerdotes quibus claues ecclesie cōmisse sunt. ergo confessio debꝫ fieri sacerdoti. Preterea sic gratia que in sacramentis datur a capite in membra descendit. ⁊ ideo solus ille est minister sacramentorum in quibus gratia datur qui habet ministerium supra corpus christi verum quod solius sacerdotis est qui consecrare eucharistiam potest. et ideo cū in sacra

mento penitentie gratia conferatur solus sacerdos ē minister huius sacramenti. et ideo soli facienda est sacramentalis confessio que ministro ecclesie fieri debet. diximus si adest vel haberi pōt. quia alias confessio fieret layco vt infra dicetur. ¶ Ad ratōes in oppositum. Ad primā respōdetur negando consequentiam. Et ratio est. q2 cum irent ad ostēdendum se sacerdotibus iam propositum intelligebantur habere confitendi. et hoc sufficit sicut dictum est. ¶ Ad secundam respondetur dupliciter. Primo. qr licet illorum non legatur confessio potuit tamen esse. multa enī sunt facta que non sunt scripta. ¶ Secundo respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia non est idem de aliis ministris ecclesie et de Christo. Christus enim habuit potestatem excellentie in sacramentis. Unde sine his que ad sacramentum ptinent potuit et potest rem sacramenti conferre. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequētiam. regulariter tamen in casu necessitatis conceditur. Unde sicut baptismus est sacramentum necessitatis ita et penitentia. Baptismus autem quia est sacramentū necessitatis habet duplicem ministrum. vnum cui ex officio baptisare incumbit sicut sacerdotem. et alium cui ratione necessitatis dispensatio baptismi committitur. et ita etiam minister penitentie cui confessio est facienda ex officio est sacerdos. sed in necessitate etiam laycus vicem sacerdotis supplet vt ei confessio fieri potest. Unde de pe. dis. 6. dicitur. Tanta est vis confessionis vt si sacerdos deest confiteatur homo proximo suo. qui licet potestatem absoluendi non habeat efficitur tamen dignus venia ex desiderio sacerdotis. ¶ Ad quartam respondetur negando consequentiam. Et ratō est. quia Jacobus loquitur ex suppositione diuine institutionis. et quia diuinitus institutio precesserat de confessione sacerdotibus facienda per hoc q eis potestatē remittendi peccata in apostolis dedit vt patet Johannis. 20. Et ideo intelligendū est q Jacobus confessionem esse faciendam sacerdotibus monuit in verbis predictis.

AD Secundam

questionem sic proceditur. Et videtur q leprosi non redeuntes ad dandum gloriam deo ei gratias referēdo de curatione eorum non peccauerunt mortaliter ¶ Primo sic. quia ingratitudo non semper est peccatū mortale vtpote qñ pcedit ex quadā negligētia. aut ex aliqua indispositione hoīs ad ṽtutē. isti aūt potuerūt aliqua hmōi occasione nō redire ad dandū gl'iam deo. g°

nõ videntur peccasse mortaliter
¶ In oppositum videtur euãgeliuz. q illos nouẽ videtur reprobare de hoc. ¶ Respondeo. Dicendum nostro iudicio q illi peccauerunt mortaliter. quoniaz in illa eorum negligentia videtur incurrisse ingratitudinis vicium non recognoscentes beneficium susceptum nec laudantes et glorificantes dominum quem magnis clamoribus et precibus propulsarunt vt eoruz misereretur sanando eos a lepra. Unde sunt sicut illi de quibus dicit apostolus ad Roma. i°. Non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt quo circa meruerunt de suscepto beneficio priuari nisi quia dominus altissimus benignus est super gratos et malos. Luce. 6°.
¶ Ad rationes in oppositum. Respõdetur q ingratitudo illa videtur processisse non ex simplici quadam negligentia sed ex interiori contemptu gratie suscepte. creduntur enim fuisse decepti a sacerdotibus quibus se presentauerunt qui doctrine xpi et miraculis detrahebant. et secunduz eorum informationem attribuebant suam sanationem obseruationi legis et non virtuti Christi. licet a principio fideliter et deuote potuissent ab eo sanari.

In Dominica decimaquinta est euangelium. Nemo potest duobus dominis seruire etc. Math. 6°. Circa quod possunt hec disputari.
¶ Primo. Utrum homo possit duobus dominis seruire. ¶ Secundo. Utrum possit quis deuz odio habere. ¶ Tertio. Utruz omnis sollicitudo temporalium sit prohibita.

Ad primam sic proceditur. Et videtur q homo potest seruire duobus dominis. ¶ Primo sic. Quis potest sibi constituere duos fines temporalem et eternum non referendo vnum ad alteruz. ergo etc. consequentia videtur bona. qz unde non potest duobus dominis seruire. quia non potest simplicitas et vnitas intentionis anime manere. antecedens probatur multipliciter. Primo sic. Nihil probibet eundez motum esse gratie et nature sicut diligere qz benificus: quod respicit naturaz et diligere. quia bonus quod respicit gratiam. ergo nihil probibet eundem actum referri ad finem nature et finem gratie. sed finis nature semper est in creatura. finis gratie in creatore. vnius ergo et eiusdem actus poterunt constitui duo fines non referendo vnum ad alterum. ¶ Secundo sic. Cum ergo sit vna potentia habens partem superiorez et inferiorem. et de superioris põt moueri

post festum

in deum ratione inferioris que
coniuncta est sensualitati in id
quod est necessarium ita tamen
q nec habent finem ponat ordi
natum ad illum. ergo et cetera.
¶ Tercio sic. Pot quis ire ad
sanctuz Jacobum ex voto facto
ex caritate. Item potest ire ex na/
turali pietate ad videndum fra/
trem suum. ergo actio potest esse
ex caritate et ex naturali pietate.
sed caritas refertur ad finez eter/
num. naturalis pietas ad finem
temporalem. g° sunt duo fines
vnius actionis temporalis scili/
cet et eternus. ¶ In oppositum
est euangelium presens. Unde
Augustinus in sermone domini
in monte exponens illud. Si ocu
lus tuus fuerit simplex etc. Nisi
cor simplex fuerit mundum non
erit. simplex autez quomodo erit
si duob⁹ dominis seruiatur nec
vna intentione rerum eternaruz
purificet actionem suam sed eaz
mortalium rerum amore obnu/
bilet. non potest ergo mundum et
simplex cor esse si diuidatur intē
tio et constituantur duo fines in
temporalibus et eternis. ¶ Re/
spondeo. Dicenduz iuxta Alber
tum magnum q nemo id est nul
lus homo cum sit vnus et omnia
tazq sunt in corpore q in anima
reducantur ad vnum potest esse
diuisus in duos dominos. Si/
cut enim vnum membruz non ē
duorum corporum nec vna auis
facit duos nidos nec vnus boa
in duobus trabit agris. sic nec
vnus indiuisus homo duobus
dominis seruire potest. duobus
dicit. ecce in quo notatur domi/
nii diuersitas. vnde vterqz termi
nus est formaliter accipiendus.
Duo enim formaliter acceptum
principiuz est alteritatis. sicut di
cit Pictbagoras. eo q est prim⁹
recessus ab vnitate. Domini au
tem formaliter sunt domini for/
ma dominationis differentes et
horum vnus non est sub altero.
quia quorum vnus est sub alte/
ro materialiter sunt plures et secū
dum formam dominii sunt vn⁹
solus. duo ergo formaliter domi
ni non conueniunt in legibus et
preceptis. et si vnus est vrbane po
testatis in preceptis alter est ty/
rannus. et ideo dicit glosa de cō
traria operantibus dominis.
Pro responsione ad argumenta
iuxta Alexandruz de halis in. 3.
est notandum q constituere du/
os fines scilicz temporalez et eter
num contingit ita q sint ordina
ti vt vnus propter alium. h° con
tingit dupliciter ita q ponatur
eternum finis vltimus. tempora
le vero finis proximus vel econ/
uerso. vel ita q non sint ordina/
ti sed vtrunqz principaliter intē/
datur temporale et eternum. Si
ponatur eternum finis vltimus
et temporale finis ordinatus ad
finem distinguunt alii sic. quia
aut est actio spiritualis aut cor/
poralis. si spiritualis vt predica

tio et oratio ꝛ huiusmodi nõ potest referri ad temporalem finem veluti ad pecuniam et per consequens ad finem eternum scilicet deum. Unde fas non esset vt aliquis predicaret aut celebrarꝫ diuina illo fine vt acquirerꝫ temporalia de quibus sustentaretur ad seruicium dei. Si vero sit tẽporalis sicut est laborare in vinea dicit q potest referri ad finem corporalem dum tamen referatur postmodum ad deum vt fodere in vinea ad pecuniam acquirendaꝫ qua sustentetur ad seruitium dei. Si autem econuerso finis proximus ponatur deus et finis vltimus temporale peruersissimum est. nam vt dicit Augustinus. Damnata peruersitas est fruendis vti. hoc est. diuina ad alium finem referre. Et secundũ hoc exponitur illud Ecclesiaſ. 2º. Ve ingredienti terram duabus viis. dicit glo. Duabus viis ingreditur qui quod dei est opere exhibet. et quod mundi est cogitatione querit. Si vero constituantur duo fines comprincipales temporale ꝛ eternum accidit peruersitas. De qua dicit Augustinus. Que peruersitas est vtendis frui. hoc est. temporalia quibus vtendum est referre ad eterna quibus fruendum est. secundum hoc accipitur illud Ecclesiasti. 1º. Non accesseris ad illum duplici corde. Et illđ Jacobi primo. vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis. glo. Duplex est animo qui vult gaudere cum seculo ꝛ vult gaudere cum deo. Illis habitis. Dicendum est ad argumenta singula. ¶ Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. q: motus nature ordinatur ad motum gratie. gratia enim perfectio nature est. vnde in ordine quodaꝫ se habẽt natura ꝛ gratia. Unde ad illud quod dicitur finis nature est in creatura. intelligendũ est q aliter quidem finis est i creatura ꝛ aliter finis voluntatis ꝑuerse. voluntas enim peruersa ponit finem in creatura excludendo finem summum. natura autem ponit finem summum in creatura ordinabilem ad finem summum. non ergo erit simile đ motu nature ꝛ gratie ꝛ motu voluntatis in finem temporalem et eternum. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia ratõ non potest ordinate moueri si secundum deliberationem equaliter constitueret finem deum ꝛ id qđ est nature necessarium. nam motus inferioris partis rationis debet ordinari et sequi motum superioris partis ratõnis. quia aliter peruerteretur ordo. ¶ Ad terciaꝫ respondetur negando cõsequentiam. Et ratio est. q: cum ratio deliberat de fine naturalis pietatis ꝛ đ fine caritatis. ad hoc q sit ordinatus motus et meri

torius necesse est vt finis principalis sit finis caritatis. bene potest tamen finis pietatis naturalis scilicet visio fratris apud sanctum Jacobum esse causa accelerationis motus non tamen ex hoc constituetur duplex finis principalis.

D Secundam questionem sic proceditur. Et videtur quod homo deum odio habere non possit. ¶ Primo sic. Dicit Dionisius de diuinis nominibus. quod omnibus amabile et diligibile est primum bonum et pulchrum. hoc autem deus est. ergo a nullo odio habetur.

Secundo sic. Nullus potest ipsam bonitatem odio habere sicut nec maliciam. velle malum enim est omnino inuoluntarium. vt dicit Dionisius quarto de diuinis nominibus. Deus autem est bonitas ipsa. ergo nullus potest eum odio habere. ¶ Tercio sic. Odium est auersio quedam. sed sicut dicit Dionisius. 1o capitulo de diuinis nominibus Deus omnia ad seipsum conuertit. ergo nullus eum odio habere potest. In oppositum est presens euangelium. Et illud psal. Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. et Johannis. 15 Nunc autem et viderunt et oderunt me et patrem meum. ¶ Respondeo. Dicendum iuxta sanctum Thomam. Odium est motus appetitiue potentie que non mouetur nisi ab aliquo apprehenso. Deus autem dupliciter apprehendi potest ab homine. Uno modo secundum seipsum puta cum per essentiam videtur. Alio modo per effectus suos cum scilicet inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur Ista distinctione posita sit ista prima conclusio. Deus in seipso odio haberi non potest. quoniam ipse per essentiam est ipsa bonitas quam nullus odio habere potest. quia de ratione boni est quod ametur. vnde impossibile est quod aliquis videns deum per essentiam eum odio habeat. Secundo potest comprehendi per effectus suos. et quia eorum aliqui sunt qui nullo modo possunt esse contrarii voluntati humane sicut sunt esse viuere et intelligere. Est conclusio secunda iuxta Albertum. quod cum deus sit principium dans esse et continens in esse et gubernans ad optimum sue nature vnumquodque. et cum omnes appetant esse sicut et bonum a nullo potest haberi odio. sed in ista consideratione omnia aut naturali aut animali aut intellectuali motu amant deum. Sunt autem quidam effectus dei qui repugnant inordinate voluntati sicut inflictio pene et etiam cohibitio peccatorum per legem diuinam que repugnant voluntati deprauate per peccatum. Et sic est tercia conclusio. Et secundum hanc consi

derationem talium effectuuz ab aliquibus deus odio haberi potest inquantum scilicet apprehenditur peccatorum prohibitor et penarum inflictor. Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur quod dictum Dionisii de appetitu naturali intelligitur qui tamen in damnatis peruertitur per id quod additur ex deliberata voluntate. Uel dicenduz quod ratio illa procedit quantum ad illos qui vident dei essentiaz que est ipsa essentia bonitatis.

¶ Ad secundam respondetur eodem modo. Ad terciam respondetur. Quod deus conuertit omnia ad seipsum inquantum est essendi principium. quia omnia inquantum sunt tendunt in dei similitudinem qui est ipsum esse.

AD terciam questionem sic proceditur. Et videtur quod nō omnis sollicitudo temporalium sit prohibita.

Primo sic ex illo Lu. decimo Martha sollicita es erga plurima. ¶ Secundo ex illo ad Romanos duodecimo. qui prest in sollicitudine et cetera. Tercio ex illo. I. ad Corintheos. 7º Qui cum vxore est sollicitus est que sunt mundi quomodo placeat vxori. ¶ In oppositum est euangelium presens. Respondeo Juxta dominum Albertuz dicendum. quod duplex est sollicitudo. Una est suffocans et est quando vitalis spiritus qui in nobis lucet fide et calet caritate sollicitudine presentis seculi sic stringitur vel extinguitur quod ad deuz se extendere non potest nec vebere virtutem ad obsequium Christi nec spirare aures spiritus sancti. tunc fit omnino quod dicitur Mathei tredecimo. quod verbum inter spinas cadens a sollicitudinibus et curis seculi suffocatur et non fert fructum. Et hec sollicitudo est quando tanta cura mundanorum habetur quod lucra mundana preponuntur diuinis. et hec sollicitudo hic interdicitur. Alia est sollicitudo spiritum vitalem nō stringens nec operiens vt extinguat sed potius dilatans vt ille qui totus ascendit per deuotionem ad deum dilatatur in prouidentia commissorum. et hoc modo dicitur ad Romanos duodecimo. Qui preest in sollicitudine et cetera. et hec non interdicitur sed conceditur. et illis quibus incumbit precipitur. I. Thimo. quinto. Qui suorum et maxime domesticorum curam non habet et cetera. Est etiam sollicitudo circa temporalia bona non tanquam circa finem vltimum et principalia bona sed sicut circa organa et instrumenta perueniendo ad cōsequendum spiritualia bona. et talis sollicitudo est licita sicut illa que fuit Marthe. Ex his patet responsio ad obiecta.

Dominica deci
ma sexta est euangelium
Ibat Ihesus in ciuitatē que vo
Luce. 7°. Circa quod mouetur
tale dubium. ¶ Utrum hoc mi
raculum quo resuscitauit filium
vidue fuerit sufficienter ostensi-
uum diuinitatis christi. siue q chri-
stus esset verus deus. Et videtur
q non. Primo sic. Esse deū z ho
minem est proprium christi. sed
aliis multis tam veteris q̄ noui
testamenti sanctis cōmune fuit
resuscitare mortuum. ergo illa re
suscitatio mortui non fuit suffici
ens ad ostendendum diuinita-
tem christi. ¶ Secundo sic. vir
tute diuinitatis nihil est maius
sed aliqui fecerūt maiora mira-
cula quā christus. Ioh. 14. Qui
credit in me opera que ego facio
z ipse faciet z maiora horum fa
ciet. ergo videtur q hoc miracu
lum nec alia que christus fecerit
fuerunt sufficientia ad ostenden
dum diuinitatem christi. ¶ Ter
cio. sic. Ex particulari non suffici
enter ostenditur vniuersale. sed
istud miraculum fuit quoddam
particulare opus. Ergo ex illo
non sufficienter demonstrata est
diuinitas christi. ¶ In opposi-
tum est euangelium i quo ex ma
gnitudine miraculi dicitur q ac
cepit omnes timor . s. admiratio
nis z glorificabant deum. Item
patet ex illo Ioh. 5. Opera que
dedit mihi pater vt faciam ipsa
testimonium perhibent de me.
Respondeo dicendum sub ista
conclusione. Miraculum hoc quod
christus fecit sufficienter ostēdit
diuinitatem christi siue christum
esse. Ista conclusio patet. qi su-
scitatio mortui secundum ipsam
speciem operis transcendit om-
nem potestatem create virtutis.
z ideo non poterat fieri nisi vir-
tute diuina. ¶ Secundo patet
propter modum obseruatum in
faciendo hoc miraculum. qz nō
orando sed imperando propria
virtute fecit. Unde dicitur Luce
6. q virtus exibat de illo z sana
bat omnes. Per hoc ostenditur
sicut dicit Cirillus. q non accipi
ebat alienam virtutem. sed cum
esset naturaliter deus propriam
virtutem super infirmos ostendē
bat. Alii autem sancti qui fece-
runt miracula faciebant hec im-
plorando diuinam potentiam z
clementiam non imperando. et
si aliquando imperabant : hoc
non erat propria virtute. sed ex-
primendo virtutem christi tanq̄
ministri z non domini. ¶ Ad
rationes in oppositum. Ad pri-
mam respondetur negando con
sequentiam. Et ratio est. qi chri-
stus operat⁹ ē hoc miraculum et
alia propria virtute. qđ non fece
runt alii sed virtute diuina. Un
de si quisqz alius hō aliquid
bonum fecit: ipso faciente f: ut
astit ipse nō aliis facientib⁹ fecit
vt dicit Aug⁹. ¶ Ad secūdaz

Ai:

Rñdet negando ꝯsequētiaz. et rõ est. q2 licz xp̄s dederit apostolis potestatem miracula faciēdi ꝛ maiora ꝙ ip̄e fecerat ꝑ seipsuz maximū enīz inter miracula xp̄i fuit ꝙ ad tactum fimbrie ei⁹ sanabant̄ ifirmi. vt hētur Math. 9. Sed de petro legitur actuū. 5 ꝙ ad ei⁹ vmbrā sanabant̄ infirmi. mai⁹ aūt est ꝙ sanet vmbra ꝙ fimbria. nō tñ apl'i fecerūt miracula virtute ꝓpria. sed virtute xp̄i. ꝛ ideo rō nō ꝓcedit. ¶ Ad terciā rñdet̄ negando ꝯsequentiam. Et ad ꝓbatōez rñdet̄. ꝙ qñ particulare opus ꝓprium est alicui⁹ agentis. tūc ꝑ id particulare op⁹ ꝓbatur tota virtus agētis sicut cum rõcinari sit ꝓpriū hoīs ostendit̄ aliquis esse hō ex hoc ꝙ rõcinat̄ circa qdcūqz ꝑticulare ꝓpositum. Et similiter cū ꝓpria virtute miracula facere sit solius dei. sufficiēter ostensuz est xp̄m esse deū ex quocūqz miraculo: qd ꝓpria virtute fecit.

IN dominica decimaseptima est euāgeliū. Cū intrasset Jhūs domuz &c. Luc. 14. Circa qd ꝑñt disputari sequentes questiones. Prima. Utrū appetere ꝑlatōnem sit peccatum. Secundo. Utruz ambitio sit peccatum.

AD primaz questionem sic ꝓcedit̄. Et videtur ꝙ appetere ꝑlatōez vt episcopatū sit licitū ꝛ nō sit peccatū. Primo sic. Dicit̄. 1. Thimoth. 3°. Qui episcopatū desiderat bonū opus desiderat. sed licituz ꝛ laudabile est bonum op⁹ desiderare. ergo licitū est desiderare prelationez siue ep̄atum. ¶ Secūdo sic. Stat⁹ ep̄oꝝ ē ꝑfectior ꝙ status religiosoꝝ. sz laudabile est ꝙ aliquis desiderat ad statum religiosoꝝ trāsire. ergo etiā ē laudabile ꝙ aliquis appetat ad ep̄atū vel ꝑlatōez ꝓmoueri. ¶ Tercio sic. Facta sanctoꝝ q̄ in scriptura narrant̄ ꝓponunt̄ nobis i exemplum. sed legit̄ Jsaye. 6. ꝙ Jsayas se obtulit ad officium ꝑdicationis: qd ꝑcipue ꝯuenit ꝑlatis ergo videt̄ ꝙ appetere ꝑlatōem siue ep̄atum sit laudabile ꝛ ita ñ sit peccatuz. ¶ Jn oppositu3 est euangeliū p̄ns. vbi dñs rep̄hendit eos qui primos accubit⁹ eligebant. Secundo ē illud qd dicit Aug⁹. 9. de ciuitate dei. Locus supior sine quo ꝑplus regi ñ pōt ꝛ si administret̄ vt decet: tñ idecenter appetit̄. ¶ Rñdeo dicēduz iuxta sanctuz Thomam i secūda secūde. ꝙ i ep̄atu tria possunt ꝯsiderari. quoꝝ vnū ē pricipale ꝛ finale. s. ep̄alis opatio qua vtilitati ꝓximoꝝ itendit secundū illud Johā. vlt. Pasce oues meas. Aliud ē altitudo gradus. q2 ep̄us siue ꝑlatus sup alios ꝯstituit̄. sz⁹ illud Luce. 12. Fidelis dispensator ꝛ prudēs quez ꝯstituit dñs sup familiam suam

Tercium autem est. q frequen-
ter se habeant ista.s.reuerentia z
honor z sufficientia tēporaliū.se
cundum illud.1. ad Thimoth.
5.qui bene psunt psbiteri dupli
ci honore digni habeant. Qua
psideratione habita rūdetur per
pclusiones. Prima est. Appetere
epatum rōne huiusmodi circun
stantium honor scilicet reueren
tie honoris z sufficientie tempo-
ralium est illicitum. Patet, quia
hoc ptinz ad cupiditatē vel ābi
tionem. Unde contra phariseos
dominus ait Math.23. Amant
primos accubitus in cenis. et pri
mas cathedras in sinagogis/sa
lutatōnes i foro/z vocari ab ho
minib9 rabi. ¶ Secūda pclusio
quātum ad secunduz.s.ad celsi-
tudinem gradus. Appetere pla-
tōem siue epatum est illicitum z
peccatuz. Patz. qz hoc est psūp-
tuosum.patz. Null9 debz appete
re supra suas vires nō sibi pporcionatuz:
aliter eniz esset stultus.
Oratius. Qui vescit cāpestribus
abstinet ab armis sed ad epatuz
null9 est idone9 nisi qui sz9 gra
dum z pueniētiaz omnes alios
excedit in puersatione z ptēpla-
tione. ita vt pspectu sui alii sint
grex. Unū hāc idoneitatem de se
psumere maxime supbie est. Un
dūs Math.20. Arguit discipu-
los primatū qrentes dicēs. Sci-
tis qz principes gētiuz dūant eo
rum zc. Ubi Chrisostomus dicit
Per hoc ostendit q gentile ē pri

matus capere z sic gentiuz pparatione
eoz aias puertit. ¶ Ter-
cia pclusio. Appetere ex̄ mis p-
desse est z9 se laudabile z virtuo
sum vez qz hoc,put est epalis a
ctus hz annexaz grad9 celsitudi
nem. Conclusio quarta ¶ Ui-
det psumptuosuz q aliquis pre
esse appetat adhoc q subditis p
sit:nisi manifesta necessitate imi
nente.sicut Greg. dicit in pasto-
rali. q' tūc laudabile erat epatuz
querere qn̄ per hoc q quaz dubi
um nō erat ad supplicia grauio
ra puenire. hn̄ tn̄ absqz psump-
tione pōt quilibet appetere talia
opera facere si cum pugent i ta-
li officio esse:ita q opus bonum
cadat sub desiderio. non autem
principatus dignitate. ¶ Unde
Chriso. dicit sup Math. Opus
quidz desiderare bonuz est. pri-
matū aūt honoris pcupiscere va
nitas ē. primat9 eniz fugientez se
desiderat. desiderātez se horret.
¶ Ad rōnes i oppositū. Ap pri
mā rūdetur q apostol9 illud ti
pit vt dicit Greg. i pastorali. illo
tempore qn̄ ille qui perat prius
ad martiriuz ducebat: z sic nihil
aderat in epatu qd' appeti possz
nisi bonum opus. ¶ Ad secun-
dam rūdet negando psequentiā
Et rō est qz non est eadem ratio
de statu religionis z de statu epa
li,ppter duo. Primo quidem.qz
ad statum epalem preexigitur vi
te perfectio. Sed ad statum reli-
gionis non preexigitur. Et

huiusmodi differentie ratio est. quia secundum Dionisium. Perfectio pertinet active ad episcopum sicut ad perfectiorem. Ad monachum autem passive sicut ad perfectum. Requiritur autem quod sit perfectus ad hoc quod possit alios ad perfectionem adducere. quod non preexigitur in eo qui debet ad perfectionem adduci. Est autem presumptuosum quod aliquis perfectum se reputet. non autem quod aliquis ad perfectionem tendat. Secundo. quia ille qui statum religionis assumit se aliis subiicit ad spiritualia capienda: et hoc cuilibet licet Unde Augustinus. 13. de ciuitate dei. A studio cognoscende veritatis nemo prohibetur. quod ad laudabile pertinet ocium. sed ille qui transit ad statum episcopalem sublimatus ad hoc quod aliis prouideat. et hanc sublimationem nullus debet sibi assumere. secundum illud ad Hebr. 5. Nemo assumit sibi honorem. sed qui vocatur a deo Et Criso. dicit super Matheum Primatum ecclesie concupiscere non iustum est nec vtile. quis enim sapiens vult se subiicere vltro seruituti et periculo tali. vt decet pro omni ecclesia. nisi forte qui non timet dei iudicium abutens primatu ecclesiastico seculariter. vt scilicet conuertat ipsum in secularem. ¶ Ad terciam respondetur negando consequentiam. Et ratio est quia sicut dicit Greg. in pastora. Ysaias qui mitti voluit ante se per altaris calculum purgatum vidit. ne non purgatus adire quisquam sacra ministeria audeat. quia ergo valde difficile est purgatum se quemlibet posse cognoscere predicationis officium tutius declinatur.

Ad secundam

questionem sic proceditur. Et videtur quod ambitio non sit peccatum. Primo sic. Ambitio importat cupiditatem honoris. sed honor de se quoddam bonum est. maxime inter exteriora bona vnde et illi qui de honore non curant vituperantur. ergo ambitio non est peccatum. sed magis aliquid laudabile secundum quod bonum laudabiliter appetitur. ¶ Secundo sic. Quilibet absque vicio potest appetere quod sibi debetur. sed honor est premium virtutis. 1° ethi et 8. ergo ambitio honoris non est peccatum. ¶ Tercio Illud per quod homo prouocatur ad bonum et reuocatur a malo non est peccatum. sed per honorem homines prouocantur ad bona facienda: et mala vitanda. sicut philosophus dicit in. 3° ethi. et Tullius in li. de tusculanis questionibus. quod honor alet artes. ergo ambitio non est peccatum ¶ In oppositum est euangelium presens. in quo manifeste reprobat ambitionem honorum in hominibus. Respondeo dicendum quod ambitio semper est peccatum. Ista conclusio primo probatur ex illo. 1° corinth. 13. Caritas non est ambiciosa

non querit que sua sunt. nichil
autem repugnat caritati nisi pe-
ccatum. ergo ambitio est pecca-
tum. ¶ Pro qua cōclusione ple-
nius ostendenda. notandum est
iuxta sanctum Thomam in se-
cunda secunde. quod honor impor-
tat quandam reuerentiam ali-
cui exhibitam in testimonium ex-
cellentie eius. Circa autem excel-
lentiam hominis duo sunt atten-
denda. ¶ Primo quidem quod se-
cundum illud quod homo excel-
lit non habet homo a seipso. sed
est quasi diuinum in eo. Et
ideo ex hoc non debetur princi-
paliter sibi honor sed deo.
¶ Secundo considerandum est
quod id in quo excellit datur homi-
ni a deo. vt ex eo aliis prosit
Tripliciter ergo appetitum ho-
noris contingit esse inordinatum
¶ Uno modo per hoc quod aliquis
appetit testimonium de excellen-
tia quam non habet. quod est a-
ppetere honorem supra suam pro-
portionem. ¶ Alio modo per hoc
quod honorem sibi cupit non refe-
rendo in deum. ¶ Tercio mo-
do per hoc quod appetitus eius in
ipso honore quiescit non referēs
honorem ad vtilitatem aliorum
Ambitio autem importat inor-
dinatum appetitum honoris. vn-
de manifestum est quod ambitio sem-
per sit peccatum. ¶ Ad ratio-
nes in oppositum. Ad primam
respondetur negando consequen-
tiam. Et ratio est. quia appetitus
boni debet regulari secundum ra-
tionem. cuius regulam si trans-
cendat erit vitiosus et hoc modo
viciosum est quod aliquis appetat
honorem non secundum ordinem
racionis. Uituperantur autem
qui non curant de honore secun-
dum quod ratio dictat. vt scilicet vi-
tent ea que sunt contraria hono-
ri. ¶ Ad secundam responde-
tur negando minorem. Dicimus
enim quod honor non est premium
virtutis quo ad ipsum virtuo-
sum vt scilicet hoc pro premio ex-
petere debeat. sed pro premio ex-
pedit beatitudinem que est finis
virtutis. dicitur autem esse pre-
mium virtutis ex parte aliorum
qui non habent aliquid maius
quod virtuoso tribuant quam
honorem. qui ex hoc ipso magni-
tudinem habent quod perhibet
testimonium virtuti. vnde patet
quod non est sufficiens premium. vt
dicitur. 4° ethi. ¶ Ad terciam
respondetur negando consequē-
tiam. Et ratio est. quia sicut per
appetitum honoris quando de-
bito modo appetitur aliqui pro-
uocantur ad bonum, et reuocan-
tur a malo. ita etiam si inordi-
nate appetatur potest esse homi-
ni occasio multa mala faciendi.
dum scilicet non curat qualiter-
cumque honorem consequi possit
siue dolibus siue fallaciis. dici-
tur etiam quod illi qui solum prop-
ter honorem vel bona faciunt
vel mala vitant: nō sunt virtuo

ti. vt patet per phm̃. 3º ethi. vbi dicitur q̃ nõ sunt vere fortes qui ꝓpter honorem fortia faciunt.

In dominica

decimaoctaua est euãgeliũ. Audientes pharisei. Math. 22. Circa qd' p̃nt disputari sequn tes questiones ¶ Primo. Utrũ de caritate fuerint data duo precepta ¶ Secundo. Utrũ homo ex caritate debeat diligere proximũ plus q̃ seipsum. ¶ Tercio. Utrũ xp̃us sufficienter probauit phariseis in se habere diuinã naturã dicẽs. Quomõ gº Dauid in sp̃ũ vocat eum dominum.

Ad primam que

stionem sic proceditur. Et videtur q̃ de caritate non fuerint danda duo p̃cepta. Primo sic. p̃cepta legis ordinant' ad virtutem. sed caritas est vna virtus. gº de caritate non fuit dandum nisi vnũ p̃ceptum. ¶ Secũdo sic. dicit Augᵘ in primo de doctrina xp̃iana. Caritas in primo non diligit nisi deum. sed ad diligendum deum sufficeret ordinatio p hoc p̃ceptum. Diliges dñm deum. gº non oportuit dari aliud p̃ceptum de dilectione proximi ¶ Tercio sic. Aplus dicit ad romã. 13. Qui diligit proximum legẽ impleuit. sed non impletur lex nisi per obseruantiam omnium preceptorum. ergo omnia precepta includuntur in dilectione proximi. sufficit ergo hoc vnum p̃ceptum de dilectione proximi. non ergo debuerũt dari duo p̃cepta caritatis. ¶ In oppoᵘ est xp̃us in euangelio p̃nti. qui duo p̃cepta ponit caritatis. R̃ndeo dicendũ sub aliquibus conclusionibus. Prima est q̃ duo precepta caritatis posita a christo i euangelio p̃senti sunt sufficiencia. Jlla conclusio probatur sic. Precepta in lege se habent sicut propositiones in scienciis speculatiuis. in quibᵘ ɔclusiones virtute ɔtinentur in primis principiis. vñ qui pfecte cognosceret pricipia s̃mᵘ suam totam virtutem. non opᵘ haberet vt ei ɔclusiones seorsum proponerentur. sed quia non omnes qui cognoscunt principia sufficiunt ɔsiderare quicquid in principiis virtute ɔtinetur. necesse est ꝓpter eos vt in sciencis ex principiis ɔclusiones deducantur. in operabilibus autem in quibᵘ p̃cepta legis nos dirigunt: finis h̄z rõnem principii. dilectio autẽ dei finis est ad quem dilectio proximi ordinatur. ⁊ ideo non solũ oportet dare preceptum de dilectione dei. sed etiam de dilectione proximi propter minus capaces qui non de facili ɔsiderarẽt vnum horum preceptorũ sub alio contineri ¶ Secũda conclusio Inter ista duo p̃cepta primũ dignitate ⁊ maximum est preceptum de dilectione dei. Patet ista

conclusio ex illo verbo christi di centis. Hoc est primum & maximum mandatum in lege. Maximum capacitate. illud enim est in quo omnia continentur. quia in isto dilectio proximi concipitur. secundum quod in Job. dicitur. Qui diligit deum diligit & proximum. & ideo maximum. Item est primum origine. ¶ Tercia conclusio quod in his duobus mandatis vniuersa lex pendet & prophete. id est tota doctrina legis & prophetarum dependet ab his. Ista conclusio probatur ex verbo christi. Secundo ratione ostenditur sic. Finis in appetibilibus se habet sicut principium in speculatiuis. procedit enim scientia ex principiis ad conclusiones. & sicut tota scientia ex principiis iudicatur: sic in omnibus operationibus totum dependet a fine. quia dilectio est finis. Finis precepti est caritas vt dicit apostolus 1°. Thimoth 1. Ideo ab istis dependent omnia alia. & hec est expositio Augustini. Origenes sic exponit. Johan. 1°. in obseruantia istorum istorum pendet intellectus legis & prophetarum. quia qui hec obseruat meretur intelligentiam legis & prophetarum. Eccl. 2°. Qui timetis dominum diligite illum. & illuminabuntur corda vestra. Psal. A mandatis tuis intellexi. Nunc ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est quia licet caritas sit vna virtus habet tamen duos actus quorum vnus ordinatur ad alium sicut ad finem precepta autem dantur de actibus virtutum. & ideo oportuit plura esse precepta caritatis ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est quia licet deus diligatur in proximo sicut finis in eo quod est ad finem tamen oportuit de vtroque explicite dari precepta ratione iam dicta. ¶ Ad terciam respondetur eodem modo.

AD secundam sic proceditur. Et videtur quod homo ex caritate debeat plus diligere proximum quam se ipsum. ¶ Primo sic. Principale obiectum caritatis est deus. sed quandoque homo habet proximum magis deo coniunctum quam sit ipse. ergo magis debet aliquis talem diligere quam seipsum. Secundo sic. Detrimentum illius magis vitamus quem magis diligimus. sed homo ex caritate sustinet detrimentum pro proximo secundum illud Prouer. 12. Qui negligit damnum propter amicum iustus est. Ergo homo debet ex caritate magis alium diligere quam seipsum. ¶ Tercio sic confirmando. Id quod magis quis diligit in seipso est viuere. sed caritas facit ponere vitam corporalem pro fratribus. Ergo caritas facit magis diligere proximum quam seipsum ¶ In oppositum est euangelium presens. vbi dicitur. diliges proximum sicut

proximum sicut seipm̄ ex quo vi
det q dilectio huiꝰ hoīs ad seip
sum est sicut exemplar dilectōnis
que habetur ad alterꝫ. sed exem
plar potius est quaꝫ exemplatuꝫ
ergo ex caritate magis dꝫ homo
diligere se ꝙ proximum ¶ Re
spondeo dicendum. q in homīe
duo sunt. s. natura spiritualis/et
natura corporalis. Plus homo
debet se diligere quantuꝫ ad na
turam spūalem siue interiorēꝫ ꝙ
ꝙtum ad naturam corporalem
siue exteriorem. ꝛ ideo ea que sūt
bona nature spūalis siue interio
ris plus debet optare ꝙ ea que
sunt bona sibi sꝫꝰ naturam exte
riorem. Isto p̄misso sit ista ꝯclu
sio. Homo sꝫꝰ naturaꝫ spūalem
magis dꝫ post deū diligere seip̄ꝫ
ꝙ quēcumqꝫ aliū. Ista ꝯclusio
patꝫ ex ipsa rōne diligendi. Naꝫ
deus diligit̄ vt p̄ncipium boni.
sup quo fundat̄ dilectio carita
tis. homo aūt se diligit ex carita
te sꝫꝰ rōem qua est p̄ticeps p̄dic
ti boni. Proximus aūt diligit̄ se
cūduꝫ rōem societatis ī isto bo
no. ꝯsocio aūt est rō dilectionis
sꝫꝰ quādaꝫ vnionem in ordine
ad deum. Un̄ sicut vnitas poti
or est ꝙ vnio. ita q hō p̄ticipet
bonū diuinū ē potior rō diligen
di ꝙ q aliū associet sibi in hac p̄
ticipatione. ꝛ ideo ex caritate dꝫ
magis seip̄m diligere ꝙ p̄ximuꝫ
Et hm̄ōi signum est q hō nō dꝫ
subire aliqd̄ maluꝫ pcc̄ qd̄ ꝯtra
riatur p̄ticipationi b̄titudinis vt
p̄rimuꝫ liberet a pcc̄o ¶ Secū
da conclusio ē. q hō ex caritate
magis dꝫ diligere p̄ximuꝫ ꝙ se
ip̄m sꝫꝰ naturaꝫ corporaleꝫ. Ptꝫ
ꝯclusio. qꝛ illud est magis diligē
dum qd̄ hꝫ plenioreꝫ rōem dili
gibilis ex caritate vt dictū est ꝯso
ciatio aūt in plena perticipatōe
beatitudinis q̄ est rō diligendi
proximū est maior ratio diligēdi
ꝙ p̄ticipatio beatitudīs p̄ redū
dātiaꝫ. q̄ est rō diligendi p̄prius
corpus siue naturā corporalem.
ꝛ ideo p̄ximuꝫ ꝙtum ad saluteꝫ
aīe plus debemus diligere ꝙ p̄
prium corpus ¶ Ad rōes in op
positum. Ad primā r̄ndet̄ negā
do ꝯsequētiam. Et rō est. qꝛ dile
ctio caritatis nō soluꝫ hꝫ ꝙtita
tem ex p̄te obiecti qd̄ est deꝰ. sed
etiaꝫ ex parte diligentis qui ē ip
se hō caritatē habens. sicut ꝛ ꝙ
titas cuiuslibet actionis depēdꝫ
quodāmō ex ip̄o subiecto. ꝛ idō
licet proximi amor sit deo p̄pin
quior qꝛ tn̄ nō est ita p̄pinquus
caritatem habenti sicut ipse sibi
non sequitur q magis debeat a
liquis p̄ximum ꝙ seip̄m diligere
Ad zᵐ r̄ndet̄ negādo ꝯn̄aꝫ. ꝛ rō
est. qꝛ hō dꝫ detrimenta corpo
ralia pati ꝛ sustinere propter ami
cum. ꝛ hoc ip̄so magis seipsuꝫ di
ligit sꝫꝰ spūalem mentem. quia
hoc pertinet ad p̄fectionem vir
tutis que est bonum mentis. sed
in spūalibus non dꝫ homo pati
detrimentum peccando vt proxi
mum liberet a peccato. sicut dic

tum est. ¶ Ad terciam rńdetur negando ꝯsequentiam. Et rō est quia tradere se morti propter amicum est perfectissimus actus virtutis. vnde hunc actum magis appetit virtuosus quam vitam ꝑpriam corporalem. Unde ꝙ aliquis vitam propriam corporalem ꝑpter amicum ponat ñ contingit ex hoc ꝙ aliquis plus amicum ꝙ̄ seipsum diligat. sꝫ qꝛ in se plus diligit bonum virtutis ꝙ̄ bonum corporale.

AD terciaꝫ questionem sic ꝓceditur. Et videtur ꝙ xp̄us non sufficienter probauit phariseis in se habere diuinam naturam ex illo. Quomodo ergo dauid in spiritu vocauit eum dominum. Primo sic. qꝛ vt dicitur Jsa. 53. Generationeꝫ eius quis enarrabit? si ergo generatio eterna est ineffabilis: de illa non potest intelligi textus ille. ergo ex illo non potuit capi sufficiens argumentum. ¶ Secundo sic. textus ille non videtur posse intelligi de christo. quo dicitur. Sede a dextris meis. qꝛ dextera ⁊ sinistra sunt diferentie positionum corporalium. sed nihil corporale conuenit deo. qꝛ deus spūs est. Job. 4°. ergo sedere a dextris non ꝯuenit filio dei. ¶ Tercio idem arguitur ex illo qđ sequitur. Donec ponā inimicos ⁊c. ex quo videtur ꝙ postꝙ̄ posuerit inimicos ꝙ vltra non sedebit a dextris dei

¶ In oppositum est euangeliuꝫ vbi dicitur ꝙ nemo poterat ei respondere verbuꝫ. Respondeo dicendum ꝙ christus sufficienter ꝓbauit in se naturam diuinaꝫ esse ex illo loco. Pro cuius euidētia ꝯsiderandum. ꝙ licꝫ pharisei legisperiti cognouerunt ihesum esse verum xp̄m. ⁊ ꝑ ꝯsequens deuꝫ ⁊ hominem. qꝛ tñ ꝯceperunt contra eum odium ⁊ rancorem. hec vera estimatio corrupta est in eis aliquo modo. ⁊ ideo inceperunt eum negare ⁊ ꝑsequi tanꝙ̄ blasphemuꝫ qꝛ dicebat se esse filium dei. ⁊ per consequens incipiebāt corrumpere scripturas. ⁊ damnare que loquebantur de eius diuinitate. ꝑpter qđ tñs fecit eis illaꝫ questionem de christo cuius filius est. dicūt ei. Dauid solum scꝫ diuinitatem negando. sed xp̄us ait illis arguendo in contrariuꝫ Quomodo dauid in spū. spiritu sancto inspiratus vocat eum dominum dicens: Dixit dominus domino meo sede a dextris meis ⁊c. Quod enim ista scriptura intelligitur de christo. patet. quia ipsi pharisei non negauerunt hec sed concesserunt sedere a dextris meis. Sedere a dextris vno modo accipitur pro equalitate. sicut supra circa ascensionem dictum est. ⁊ sic christus secundum ꝙ deus sedet ad dexteram. Alio modo est esse in potioribus bonis. ⁊ hoc modo conuenit christo secundum humanitatem. qꝛ

vt sic in gloria preest angelis. donec ponam inimicos tuos etc.

¶ Istud complebitur in iudicio quando omnia perfecte subiicientur homini christo. Si ergo Dauid vocat eum dominum. quomodo est filius eius: quasi diceret. cum secundum naturam humanam sit filius dauid. per consequens eo inferior. oportet ponere in eo aliam naturam per quam sit dominus eius et eo superior. hoc autem esse non potest nisi sit diuina. et sic in christo sunt due nature. scilicet diuina et humana et quia sufficienter probauit hoc sequitur. Nemo poterat respondere. quia non poterant scripturam negare nec ausus fuit quisquam illa die eum amplius interrogare. Considerandum tamen quod vt dicit magister Nicolaus de lira. quod iudei moderni diuinitatem christi negantes dicunt predictam auctoritatem esse ad litteram de Abraam et quod Eleazar dispensator domus Abrahe fecit hunc psalmum agens deo gracias de victoria quam habuit Abraam de quinque regibus vt patet Gen. 14. Post quam victoriam apparuit dominus Abrae dicens. Noli timere Abraam ego protector tuus sum et merces tua magna nimis. Dicunt ergo quod Eleazar loquitur sic. Dixit dominus id est deus celi qui est dominus omnium dixit domino meo Abraam. sede a dextris etc. quia confortauit eum vt visum est promittendo ei auxilium et premium. Sed ista expositio patet esse falsa ex multis. Primo per titulum psalmi. vbi ponitur psal. Dauid. etiam in hebreo. quia non ponitur in psalmis factis ab alijs. Secundo per illud quod scribitur in psalmo. Ex vtero ante luciferum genui te. quod non potest dici de Abraam quod sit genitus ex vtero dei vel substantia. et ante luciferum id est ante mundi creationem. sed solum potest verificari de filio dei. Et iterum in fine psalmi dicitur. Tu es sacerdos etc. quod non potest verificari de Abraam qui non fuit sacerdos. et dato quod fuisset: tamen sacerdotium eius non potuisset fuisse eternum. sed solum sacerdotium christi est eternum. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. quia licet generatio eterna sit ineffabilis hominibus non tamen deo. qui de ea loquitur in sacra scriptura

¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia per dexteram non intelligitur aliqua sedes localis. sed equalitas glorie et honoris. sicut dictum est. In qua est equalis christus patri secundum quod deus. ¶ Ad terciam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia ly donec aliquando importat tempus determinatum. aliquando infinitum. hic vero importat infinitum.

Dominica decimanona est euangelium. Ascendens Jhesus in nauiculam. Mathei. 9º. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Prima. Utrum christus secundum quod homo habuit potestatem dimittendi peccata. Secunda. Utrum a christo fuerit aliqua potestas collata ministris ecclesie ad expulsionem vel remissionem peccati. Tercia Utrum eque facile sit paraliticum curare et peccata dimittere.

Ad primam questionem sic proceditur Et videtur quod christus secundum quod homo habuit potestatem dimittendi peccata. ¶ Primo sic. ex presenti euangelio vbi dicitur. Ut autem sciatis quia filius hominis habet potestatem dimittendi peccata. dixit paralitico. Surge et ambula. sed non oportebat ostendere signum ad probandum quod deus haberet potestatem dimittendi peccata. quia hoc iudei confitebantur. ergo etiam secundum quod homo habuit potestatem dimittendi peccata.

Secundo sic. Christus secundum quod homo est redemptor noster. sed non potest aliquis liberari a seruitute peccati. nisi peccatum dimissum sit. ergo christus secundum quod homo habuit potestatem dimittendi peccata. ¶ Tercio sic. super illud Joh. 5. Sicut pater suscitat mortuos etc. Dicit Aug. Judicat et suscitat corpora non pater sed filius secundum humanitatis dispositionem qua minor est patre Sed suscitatio mortuorum attestatur suscitationem animarum que fit per remissionem peccati. ergo christus secundum quod homo potuit dimittere peccata.

In oppositum sic. Illud quod est solius dei non conuenit christo secundum quod homo. sed dimittere peccata est huiusmodi secundum illud. Isaie. 43. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me. ergo non conuenit christo secundum quod homo ¶ Secundo sic. Nulli remittitur peccatum nisi per spiritum sanctum sed christus secundum quod homo non poterat dare spiritum sanctum. ergo non poterat remittere peccata secundum quod homo.

Respondeo dicendum iuxta sanctum Thomam quod triplex est potestas absoluendi a peccato.

Una est potestas auctoritatis: et hec solius est dei qui propria virtute peccata dimittit quasi principalis causa remissionis peccati. Unde de tali potestate sit ista conclusio. Christus remittere peccata non potuit secundum quod homo. ¶ Patet conclusio sic. Ille solus potest peccata dimittere propria potestate qui potest animas viuificare. sed solius dei est animas viuificare vt dicit Aug. super Jo. 9º. etc. Alia est potestas ministerii. Et de tali est secunda conclusio. quod talis pote-

tas conuenienit his qui sacramē
ta ministrant vel dispensant in
quibus diuina virt⁹ secreti⁹ opa
tur salutem. Tercia ptās est me
dia q̄ dicit̄ ptās excellentie. ⁊ de
ista est tercia ↄclusio. ꝙ hanc xp̄s
ꝑalius habuit. Attenditur autē
ptās q̄tum ad tria. Primo q̄
tum ad hoc. ꝙ ex merito passio-
nis eius baptismus hꝫ efficaciā
non ex merito alicuius alterius
baptizantis. Secūdo q̄tum ad
hoc ꝙ xp̄us sine sacramento sa-
cramentoꝝ effectum ↄferre potu
erat quasi dn̄s ⁊ institutor sacra
mentorum. qd̄ de aliis non dici
tur ꝛc̄. Tercio q̄tum ad hoc. ꝙ
ad inuocationem noīs ei⁹ daba
tur remissio pccōꝝ in baptismo
in prima ecclesia. ¶ Ad rōnes
in oppositū. Ad primā rn̄detur
negando ↄsequentiam. Et rō ē.
qꝛ filius hēbat ptātem auctorita
tis dimittendi peccata. non sꝫ⁹
qd̄ hō. sed sꝫ⁹ qd̄ deus. ⁊ ideo p
miraculū ostensū ꝓbatur ꝙ ille
hō esset deus cui natura obedie
bat quasi ꝓprio creatori. ¶ Ad
secundā rn̄det̄ negando ↄsequē
tiam. Et rō est. qꝛ redēptor vno
mō dicit̄ ꝓpter ↄsumptātis auc
toritatiue in absoluendo a pccō
⁊ sic xp̄us sꝫ⁹ ꝙ deus redemptor
est. Alio mō dicit̄ ꝓpter officiū
humilitatis. ⁊ sic ↄpetit xp̄m eē re
dēptorem sꝫ⁹ ꝙ hō inq̄tum per
humilitatem passionis nob̄ remis-
sionem meruit pccōꝝ. ⁊ hoc ꝑ-
tinet ad ptātem excellentie vt dic
tum est. ¶ Ad terciam rn̄detur
negando consequentiam de pō-
testate auctoritatiua. Dicimus e
nim ꝙ potestas quam xp̄us ha-
buit suscitandi corpora nō fuit
potestas tantum ministerii. sicut
etiam Petrus mortuos suscita-
uit. nec est iterum potestas aucto
ritatis. quia hoc solius dei est.
sed est potestas cuiusdam excel-
lentie que ei competit ex vnione
ad deum. vt scilicet imperio non
prece mortuos suscitaret. ⁊ simul
habuit potestatem excellentie in
remittendo peccata.

AD secundam
questionem sic proce
ditur. Et videtur ꝙ a xp̄o fuerit
aliqua potestas collata ministris
ad expulsionem siue remissionē
peccati. Primo data est ministris
aliqua potestas spiritualis. sed
ad emundationem corporalem
non requiritur aliqua potestas
spiritualis sed sufficit corporalis
ergo ministris collata est aliqua
est potestas spiritualis ad emun
dationem interiorem. Secundo
sic. secundum Dionisium. 6. cele
stis ierarchie. ad ministros eccle
sie pertinet purgare/illuminare ⁊
perficere. sed purgatio in ecclesia
fit a sordibus mentis. ergo mini
stris est data potestas cooperan
di ad interiorem emundationē
¶ Tercio sic. Plus est expelle-
re demonem quam seminatum
per ipsum. s. peccatum. sed deus

dedit hoibus ptātem demones expellēdi vt patz Luce.10. Ergo multofortius potuit dare ptātez expellendi peccatuz. ¶ In oppositum arguit sic. Maius est iustificare impium ꝙ creare celum et terram. ſz in creatione celi ꝛ terre nihil deo coopatur. ergo nec i iustificatione impii. Respondeo dicendum sub certis ꝯclusionibus iuxta triplicez ptātem determinatam in supiore questione. ¶ Prima ptās auctoritatis expellendi peccati siue emundādi aias a peccatis nō pōt creature alicui coicari. Illa ꝯclusio patet sic. Quicquid eniz coicatuz alicui traberet ipm extra terminos spēi nō pōt coicari ei. sicut equo nō pōt coicari ꝙ hēat rōnem ꝙ nis hoc coicatum sit homini. ꝙ aūt coicatum alicui traberet ipz extra terminos creature non potest alicui creature cōmunicari. ptās aūt auctoritatis est hmōi. q2 nō pōt esse ꝙ creatura sit pricipale agens respectu nobilissimi effectus quo vltimo fini ꝯiungitur aia rōnalis cui⁹ est gracia p ꝙ fit remissio peccatoꝝ. ¶ Secūda ꝯclusio. Potestas ministerii coopationis ad emundatōez interiorez collata est ministris. ñ sicut causans sed sicut disponēs ad eaz. Ipsi eniz sacramenta ꝯferunt que ad grām disponūt per ꝙ fit remissio peccatoꝝ. Uñ Jō. 20. dicit discipulis. Quoꝝ remiseritis peccata remittunt eis. nec hoc dicit ꝙtum ad manifestationem tātum sicut aliqui volūt dicere. q2 sic sacerdos noui testamēti nō hēret maiorem ptātez ꝙ sacerdos veteris testamenti ergo oportet intelligere ꝙ aliquo mō cooperent ad emundatōem culpe istrumentaliter ꝛ dispositiue sicut dictū est. ¶ Tercia ꝯclusio Ptātez excellentie de⁹ hoini puro ꝯferre potuit. ꝛ ita ministris ecclesie. potuit eniz tante gracie plenitudinem ꝯferre vt eoꝝ meritis cooperent ad sacramētoꝝ effect⁹ vt ad inuocatōem nōim ipoꝝ sanctificarent sacramenta. sz tñ ñ fuit decens vt ꝯferret. ne spes in hoie poneret. ꝛ vt ecclesie vnꝰ caput esse ondēret a quo omnia mēbra spūalem sensuz ꝛ motum reciperent qd' est xpūs. ¶ Ad rōnes in oppositū. Ad primā rñdetur ꝙ ptās spūalis q̄ ministris ecclesie ꝯcedit ad aliquid interius se extendit: sicut virtus sacramētalis. sz nō ad collatōem gracie per ꝙ est remissio peccatoꝝ directe ꝛ pricipaliter pertingendo sz disponēdo sicut dictū est. ¶ Ad secūdaz rñdetur. ꝙ purgatio de qua Dionisi⁹ loquit ē a tenebris ignorātie sicut ipemet dicit. Uñ magis pertinet ad intellectuz ꝙ ad affectū. ¶ Ad terciaz rñdet negando assūptuz. Et rō ē. quia ptās data hoib⁹ expellēdi demones ē ꝙtum ad effectuz nocumēti corporalis quez i vexatis faciunt. nō ꝙtuz ad effectū nocumē

ti spũalis qd' ẽ peccatũ. q2 solius
dei ẽ peccatũ expellere2 a seruitu
te demonis liberare. Job. 8. si fi
li⁹ vos liberauerit vere liberi erit

AD terciam que
stionez sic ꝓcedit'. Et vi
det' ꝙ nõ eq̃ facile sit curare pali
ticu3 ⁊ pccã dimittere. ¶ Primo
sic. virtute nature ꝑ artez medi
cine põt paliticus q̃nq3 curari:
sed dimittere pccã ſupexcedit in
tantum omne3 virtutẽ creata3 ⁊
humanam ⁊ ãgelica3 vt sit soli⁹
dei hoc facere. sicut patet Isaye
43. Ego su3 qui deleo iniquita
tes ⁊ pccã ergo ⁊c̃. ¶ Secundo
sic. Quãto aĩa est nobilior cor
pore tanto peccatũ dimittere ma
ius est ꝙ corpus sanare. ¶ Ter
cio sic. Mai⁹ ẽ iustificare ipium
ꝙ creare celum ⁊ terram. ergo est
maius dimittere pccã ꝙ sanare
paliticũ. cum iustificatio impii
sit peccatoꝝ remissio. ¶ In op
positum videtur esse pñs euãge
lium. Rn̄deo dicendu3 ꝙ ista ꝯ
paratio põt fieri respectu opantis
⁊ sic ãbo sunt eque facilia. vl' re
spectu operis. ⁊ sic dimittere pec
cata ẽ difficilius. q2 vt dicit Au
g⁹. Magis est de ipio facere piũ
ꝙ celũ ⁊ terram creare. q2 de⁹ h3
ibi resistentiam. s. volũtate3 pra
uã. In creatõe aũt resistẽs habu
it. Uel põt fieri ꝯpatio respectu
nostre cognitionis ⁊ sic facili⁹ est
dicere. Remittũt' tibi pccã ꝙ di
cere palitico. surge ⁊c̃ q2 illud ñ

videm⁹. illud aũt videntes ad
mirant'. Chrisostom⁹ ꝙto aĩa po
tior est corpore tãto curatio aĩe
plus est ꝙ corporis. q2 illud oc
cultum est ad id qd' maĩfestu3 ẽ
vel põt ĩtelligi respcũ locutionis
ac si dicat'. Eque facile est dicere
Dimittunt' tibi pccã tua. ⁊ dicere
Surge ⁊ ãbula. si ergo videritis
ꝙ ad meũ dicere surge ⁊ ãbla se
quit' curatio corporis: credatis ꝙ
ad meu3 dicere: remittuntur tibi
pccã tua. sequit' curatio mentis.
¶ Ad rões ĩ oppositu3. Ad pri
ma3 rñdet' ꝙ lic3 palisis virtute
nature aliq̃ñ possit curari. nõ tñ
subito nec ita ꝑfecte ꝙ stati3 hõ
possit lectũ ĩ quo iacet portare si
cut dicit' hic. vñ ꝑ impiu3 [illegible] ꝙ
ꝓprũa virtute sanare paliticũ ei⁹
de3 ptãtis est sicut dimittere pec
cata. ꝓpter qd' dicit. Quid est fa
cilius dicere ⁊c̃ quasi diceret. E
qualis fuit ptãtis vtraq3. ex quo
ꝯcludit virtutem sue diuinitatis
ꝑfectam. dicens. Ut aũt sciatis
q2 filius hoĩs h3 potentia3 ĩ ter
ra dimittẽdi pccã vt de⁹ ñ vt hõ
purus. tũc ait palitico. surge ⁊c̃
vñ verbo impatiuo curauit. qd'
est ꝓpriu3 dei. psal. Dixit ⁊ facta
sũt. Tria hẽbat ĩfirm⁹. iacebat ĩ
lecto/portabat' ab aliis/⁊ ire nõ
poterat. q2 ergo iacebat. dixit sur
ge. q2 ĩ lecto portabat'. dixit. tol
le lectũ tuũ. q2 ire nõ poterat. di
xit. ⁊ ãbula. Dei eñi ꝑfecta sũt o
ꝑa. Deutro. 32. Sicut aũt ꝑ litte
ra3 habẽte3 sigillũ declarat' volũ

tas ipsi⁹ scribentis. sic p signum qd' ē virtutis diuine maifestissimū ostendit veritas diuine virtutis Alii aūt sancti qui fecerūt miracula fecerunt hoc īplorando diuinam potentiā ꝛ clementiam ꝛ īperando. ꝛ si aliqñ ī talibus imꝑabant: hoc nō erat virtute propria sed exprimēdo virtutē xp̄i tāꝗ ministri non dn̄i. sicut aliqñ īꝑabāt demonib⁹ vt recederēt ab obsessis corporib⁹ ī noīe xp̄i ꝛ auctoritatis ei⁹. ¶ Ad secundā dicit' ꝙ licet sanare aīaz sit mai⁹ ꝙ sanare corpus. tñ vtrū⁹ ꝛ ei⁹ dē ꝑtātis sunt. Ad terciam patet responsio ex dictis.

Dominica vicesima ē euāgl' ū.

Dicebat Jhūs turbis iudeoꝝ ꝛc Math. 22. Circa qd' pñt disputari seqñtes q̄stiones. Prima. Utꝝ pater celestis fecit nupcias filio q'ī nature hūāne coniunxit. Secunda Utꝝ caritas sit vestis nupcialis Tercia. Utꝝ nō habēs vestē nupcialē. s. caritatē. f. naliter ꝓiciatur in tenebras exteriores. vbi erit fletus ꝛ stridor dentium

Ad primam sic ꝓcedit'. Et videt' ꝙ pater nō fecit nupcias filio suo qñ humane nature ꝯiunxit ¶ Primo sic. Matrimoniū est viri ꝛ mulieris ꝯiunctio idiuiduā vite ꝯsuetudinē retinēs. 27. q. 2. ca. i. extra de ꝓsūp. c. illud. ꝛ īsti. de nupciis. pa. ii. sꝫ ꝯiūctio filii cū hūana natura nō ē ꝯiūctō viri ꝛ mulieris. ergo ꝛc. ¶ Secūdo sic. Cōsens⁹ facit matrimoniū vt. 27. q 2. ca. Matrimoniū. sꝫ ī ꝯiūctiōe ista filii dei cū natura null⁹ videtur ꝓcessisse ꝯsēs⁹ ergo ꝛc. ¶ Tercio sic. In matrimonio sūt due ꝑsone distīcte. s. mariť⁹ ꝛ vxor. sꝫ in ista ꝯiūctōe ñ sūt distīcte ꝑsone sꝫ vnio hūāne nature facta est in ꝑsona filii dei. ergo nō pōt dici matrimoniū siue nupcie In oppositū ē euāgeliū p̄ñs. Rn̄deo dicēdū. ꝙ tres nupcie dicūť spirituales filii dei. s. ī natura / ī sp̄ū ī glīa. In natura qñ sibi naturā nostrā vniuit. In sp̄ū. qñ sp̄m hominis sibi ꝯiunxit. In gloria qñ hoīem tota luce sue diuinitatis impleuit. Prime facte sūt ī vtero virginis. Secūde ī ꝯscientie thalamo. Tercie ī facie dei secreto. de primis dicit' ī psal. In sole posuit tabernaculū suū. de secūdis Osee 2. Spōsabo te mihi ī fide ī sēpiternū. De terciis. Apoc. 19. Uenerūt nupcie agni ꝛc. De primis hic dicit'. Simile est regnū celoꝝ homini regi qui fecit nupcias filio suo. Per istas nupcias intelligit' verbi īcarnatio. Tūc eñi deus vt ait Greg. Pater fecit nupcias filio suo qñ naturā hūānā copulauit diuine ī vno supposito. Que quidē nupcie celebrate sūt ī vtero virginali de quo ꝓs exiuit: tāꝗ̄ spōs⁹ ꝓcedēs de thalamo suo. Ad quas nupcias inuitauit omnes fideles ad quos

inuitandos misit seruos suos: Primo. scilicet pphetas qui populū exortarentur expectare christi aduentum et tendere in ipsum per fidem et opera bona. et nolebant venire qui nolebant verbis prophetarum obedire. Unde Jere. 25. Misi ad vos seruos meos prophetas. et sequitur infra. Et nō audistis me neqz inclinastis aures vestras vt audiretis: cum dicerent. Reuertimini reuertimini vnusquisqz a via sua mala. Itē misit alios seruos qui de propinquo annunciauerant opera christi. vt Johannem baptistam. et discipulos christi. qui missi ab eo in omnem ciuitatem et locuz quo ipse erat venturus. vt habetur Luce. 10. In quibus nupciis prandium paratum erat. Illud prandium erat spiritualis refectio anime. vnde ait. Prandium meum paraui. videlicet sacramenta ecclesie. et doctrinam quibus reficitur anima. et potissime sacramentum eucharistie: in quo datur nobis caro xpi in cibum et sanguis eius in potum. Admirabile certe conuiuium in quo xpus sumitur. mens impletur gracia. et future glorie nobis pignus datur. Tauri et altilia occisa sunt. Tauri sunt precepta in moralia. et altilia sūt cōsilia superaddita. merito ergo dicitur fecisse pater nupcias filio suo. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primum respondetur quod illa est diffinitio matrimonii carnalis. hoc autem matrimonium est spūale. et et sufficit quod hic sit vnio inseparabilis inter filium dei et naturam assumptam in vnitate persone. et ita est quedam indiuiduitas vite in persona. ¶ Ad secundam respondetur negando quod non interuenit consensus immo interuenit. quoniaz annunciante angelo beate virgini propositum patris celestis de nupciis huiusmodi faciendis filio suo beatissima consensit loco totius humane nature. ¶ Ad terciaz respondetur negando consequentiaz. Ratio enim haberet locum in matrimonio carnali. In spūali autem nō sequitur quia i hoc matrimonio et si due nature distincte coniungantur: tamen i vna persona vniuntur. et ita non potest esse dualitas personaruz qr natura humana assumpta est ad personalitatem diuinam.

Ad secundam

questionem sic proceditur. Et videtur quod nō. Primo sic. Caritas non est excellentissima virtutum. ergo non est nominanda tamquam omnium digníssima vestis nupcialis. consequentia patet. assumptum probatur sic. Altioris potentie altior est virtus: sicut et altior operatio. sed intellectus est altior voluntate et dirigit ipsaz. ergo fides que est in intellectu excellentior est caritate que est in voluntate. ¶ Secundo

sic. Id per quod aliquid operat
videtur eo esse inferius. sicut mi-
nister per quem dominus opera-
tur est inferior domino. sed fides
per dilectionem operatur. vt vi-
detur Gal. 5. ergo fides excellen
tior est caritate ¶ Tercio sic.
Id quod se habet ex additione
ad aliud videtur esse perfectius.
sed spes videtur se habere ex ad-
ditione ad caritatem. nam cari-
tatis obiectum est bonum. spei
autem obiectum est bonuz ardu
um. ergo spes excellentior est ca-
ritate. ¶ In oppositum est euan
gelium vbi caritas vocatur ve-
stis nupcialis. vt dicit Gregori9
Secundo est illud. 1. Cor. 13:
vbi enumeratis virtutibus theo
logicis: dicit apostolus. Maior
horum est caritas. Respondeo
dicendum. q caritas merito dici-
tur vestis nupcialis. Tum quia
ipsa est que diuidit in filios re-
gni et perditionis vt dicit Augu
stinus. Tum qr sz9 Grego. ipsa
est qua christus idutus venit ad
nupcias: quoniam ex caritate in
carnari voluit. Jere. 31. In carita
te perpetua dilexi te. ideo attraxi
te miserans. Tum tercio caritas
dicitur virtus nupcialis. quia v-
niuersa delicta operit caritas.
¶ Tum quarto qr ornat oia ope-
ra nostra. sine caritate enim opa
nostra non placent deo. 1° Cor.
13. Si distribuero in cibo paupe
rum omnes facultates meas. ca-
ritatem autem non habeam: ni-
hil mihi prodest. Tum quinto
dicitur vestis nupcialis. qr ma-
trimonia fiunt propter amicici-
am reformandam. In matrimo-
nio autem filii dei cum natura
humana amicicia inter nos et de
um est reformata. ad Eph. 11. Ip
se est pax nostra que fecit vtra-
qz vnum etc. Tuz sexto dicitur ca
ritas vestis nupcialis: quoniam
est excellentissima virtutum. qd
sic patet. Cum bonum in huma-
nis actibus attendatur secundz
quod regulatur debita regula:
necesse est q virtus humana que
principium bonorum actuum co
sistat in attingendo humanoruz
actuum regulam. Est autem du-
plex regula humanorum actuum
scz ratio humana et deus. sed de-
us est prima regula qua etiaz hu
mana ratio regulanda est. et ideo
virtutes theologice que csistunt
in attingendo illam regulam pri
mam. eo q eorum obiectum est
deus excellentiores sunt in mo-
ralibus virtutibus vel intellec-
tualibus que consistunt in attin-
gendo rationem humanam pro
pter quod oportet vt etiam inter
ipsas virtutes theologicas illa
sit potior que magis deum attin
git. Semper autem id quod est
per se: magis est eo quod est per
aliud. fides autem et spes attin-
gunt quidez deum secunduz qd
ex ipso prouenit nobis vel cogni
tio veri vel adeptio boni. sed ca-
ritas attingit ipsum deum. vt in

ipso sistat: non vt ex eo aliquid
nobis proueniat. ⁊ ideo caritas
est excellentior fide ⁊ spe. ⁊ per cõ
sequens omnibus aliis virtuti-
bus. Sicut etiã que attingit ra-
tionem secundum se est excellen-
tior quam alie virtutes morales
que attingunt rõnem sꝫ qđ ex
eã medium ↄstituitur in operatõ
nibus vel passionibus humanis
¶ Ad rõnes in oppositum. Ad
primam rñdetur negando conse
quentiam. Et rõ est. qꝛ opatio in
tellectus ↄpletur sꝫ qđ res que
intelligitur est in intelligente. Et
ideo nobilitas operationis intel
lectualis attenditur sꝫ mensurã
intellectus. Operatio autem vo-
luntatis ⁊ cuiꝰlibet virtutis appe-
titiue pficitur in inclinatione ap-
petitus ad rem sicut ad terminũ
ideo dignitas opationis appeti-
tiue attenditur sꝫ rem que est
obiectum operationis. Ea autẽ
que sunt ĩfra aĩam nobiliori mo
do sunt in anima ꝙ̃ seipsis quia
vnumquodqꝫ qđ est in alio est
per modum eius ĩ quo est. vt ha
betur in libro de causis. que vero
sunt supra animaꝫ nobiliori mo
do sunt in seipsis ꝙ̃ sunt in ani-
ma ⁊ ideo eoꝝ que sunt ĩfra nos
nobilior est cognitio ꝙ̃ dilectio.
ppter qđ phũs. 6º ethicoꝝ ꝑtu
lit virtutes intellectuales virtuti
bus moralibus. sed eoꝝ que sũt
supra nos ⁊ precipue dilectio dei
cognitioni prefertur. ⁊ ideo cari-
tas est excellentior fide. Ad se-
cundam rñdetur negando ↄñaꝫ
et rõ est. qꝛ fides non operatur
per dilectõem sicut per instrumen
tum vt dñs per seruum. sed sicut
per formam ppriam. ⁊ ideo ratio
non procedit. ¶ Ad terciam re-
spondetur negãdo ↄñam. Et rõ
est. qꝛ idem est obiectum caritatis
⁊ spei. sed caritas importat vnio
nem ad aliud bonuꝫ. spes autem
distantiam quãdam ab eo. ⁊ in-
de est ꝙ caritas nõ respicit illud
bonum vt arduuꝫ sicut spes. qđ
enim iam vnitum est non habet
rationem ardui. ⁊ ex hoc apparet
ꝙ caritas sit perfectior spe.

AD terciam que-
stionem sic pceditur. Et
videt̃ ꝙ non habens vesteꝫ nup
cialem. s. caritatem finaliter non
piicietur in tenebras exteriores:
id est corporales. vbi erit fletus
⁊ stridor dentium. Primo sic. In
inferno non sunt tenebre corpo-
rales. gº ⁊c. assũptuꝫ pbatur. qꝛ
damnati potentiam habebũt vi
suam post corpoꝝ reassumptio-
nem. sed frustra in eis esset nisi a
liquid viderent. ergo cum nihil
videatur nisi in lumine. videtur
ꝙ non sint omnino ibi in tene-
bris. ¶ Secundo sic. Damna-
ti vident penam suam hoc enim
est eis ad augmentum pene. sed
nihil videtur sine lumine. ergo
non sunt ibi tenebre corporales.
¶ Tercio sic. Lux naturaliter

sequitur ignem. vbi ergo erit aggregatio ignis erit ꝛ luminis. sed in inferno erit ignis ergo ꝛc.

¶ Quarto arguitur ꝙ non erit fletus corporalis nec stridor dentium sic. Fletus corporalis fit per quandam resolutionem lacrimarum. Sed a corporibus damnatorum non potest fieri perpetua resolutio cum nihil in eis per cibum restauretur. Omne enim finitum consumitur si aliquid ab eo continue abstrahatur. ergo in damnatis non erit corporalis fletus. ¶ In oppositum est euangelium presens. Respondeo dicendum primo circa tenebras corporales secundum Isidorum.

¶ Ignis gehenne habet lucem ad aliquid ꝛ ad aliquid non habebit. Pro quo notandum iuxta sanctum Thomam ꝙ dispositio inferni erit talis vt maxime miserie damnatorum competat. vnde secundum hoc sunt ibi lux et tenebre prout maxime spectat ad miseriam damnatorum. Ipsa autem visio secundum se est delectabilis. 13° ꝙ dicitur. 2° Methaphy. sensus oculorum est maxime diligibilis eo ꝙ per ipsum plura cognoscimus. sed per accidens contingit visionem esse afflictiuam inquantum videmus aliqua nobis nociua vel voluntati nostre repugnantia. ꝛ ideo in inferno locus ita debet esse dispositus ad videndum secundum lucem ꝛ tenebras ꝙ nihil ibi perspicue videatur. sed solummodo sub quadam vmbrositate videantur illa que afflictionem cordi ingeri possunt. vnde simpliciter loquendo locus est tenebrosus. sed tamen ex diuina dispositione est ibi aliquid luminis quantum sufficit ad videndum illa que animam torquere possunt. Et ad hoc facit naturalis situs loci. quia in terre medio vbi infernus ponitur nõ potest esse ignis nisi feculentus et turbidus ꝛ quasi fumosus. vnde circa hoc notat dominus Bonauentura. ꝙ ignis est in triplici differentia. Est enim ignis purus vt est in propria materia. et ignis incorporatus vt est in materia aliena vt in terra vel in area. ꝛ est ignis non tantum incorporatus sed etiam permixtus vt ignis sulphureus ꝛ fumosus.

¶ Primus est lux ꝛ pure lucet ꝛ habundanter. Secundus est ignis carbo ꝛ flamma. Hic autem lucet ꝛ tenebram expellit. Tercius est ignis fumosus ꝛ talis est tenebrosus. ꝛ iste erit in inferno.

Ex istis patet responsio ad triaobiecta. ¶ Ad quartum respondetur ꝙ in fletu corporali duo inueniuntur quorum vnum est lacrimarum resolutio. Et quantum ad hoc fletus corporalis in damnatis esse non potest. quia post diem iudicii quiescente motu primi mobilis non est aliqua generatio vel corruptio vel corporalis alteratio in lacrimarum.

autem resolutione oportet esse a licuius humoris generationem qui per lacrimas distillat. vnde quantum ad hoc corporalis fletus in damnatis esse non potest. Aliud quod inuenitur in corporali fletu est quedam commotio et turbatio capitis et oculorum et quantum ad hoc fletus in damnatis esse poterit post resurrectionem corporum damnatorum qui non solum ex exteriori affligetur sed etiam ab interiori secundum quod corpus mutatur ad passionem anime in bonum vel malum et quantum ad hoc fletus respondet delectationi que fuit in aia et in corpore. et ita patet responsio ad obiectum.

Dominica vicesimaprima

Dominica vicesimaprima est euangelium. Erat quidam regulus. Jo. .4º. Circa qd' possunt disputari sequentes questiones. ¶ Prima. Utrum regulus iste cuius filius infirmabatur iuste fuit reprehensus a christo dicente. Nisi videritis signa et prodigia non creditis. ¶ Secunda. Utrum miraculum hoc sit idem cum miraculo illo de quo scribitur. Mathei. 8º. de Centurionis seruo sanato a christo. ¶ Tercia. Utrum hora septima qua filius reguli sanatus est a febre aliquid significet in spirituali curatione anime a febre peccati.

AD primam questionem sic procedit. Et videtur quod nõ iuste s. ue conuenienter fuit reprehensus iste regulus a xpo dicente ei. Nisi videritis signa et prodigia nõ creditis. ¶ Primo sic. Nisi enim christum credidisset saluatorem non petiuisset ab eo pro filio suo saluationem. ergo videtur quod crediderat et ita inconuenienter reprehendebatur quod non credebat. Secũdo sic. Non veniebat reprehendendus in eo quod querebat signa. nam fides per signa probatur. ¶ Tercio. Iste cum esset gentilis non veniebat reprehendendus si non crederet. cum nec per sacram scripturam quam non viderat. nec per rationem naturalem peccat ad fidem peruenire. Unde apostolus dicit. Signa data sũt infidelibus. 1. Cor. 14. ¶ In oppositum est euangelium. in quo reprehendit eum dicens. Nisi videritis etc. Respondeo dicẽdum quod iuste est reprehensus iste regulus a christo. Pro qua conclusione notificanda est notandum iuxta sanctum Thomam super Johannem quod aliter trahuntur ad fidem xpi infideles, et aliter fideles. nam infideles non possunt trahi nec duci auctoritate sacre scripture. quia non credunt. nec per ratõnem naturalem quia fides est supra rõnem et ideo inducendi sunt per miracula. 1. Cor. 14. ¶ Signa data sunt infidelibus non fideli

bus. Fideles autem ducendi sunt et dirigēdi auctoritate sacre scripture cui acquiescere tenentur. In hoc ergo iste regulus redarguitur. q2 cum esset nutritus inter iudeos et instructus de lege. non per scripture auctoritatem sed per signa credere volebat et ideo dominus reprehendit eū dicēs. Nisi signa et pdigia. i. miracula q̄ dicuntur aliq̄n signa inq̄tum sunt demonstratiua diuine virtutis. prodigia vero q2 certissime indicent vt sic dicat̄ pdigium quasi pcul ostendens aliquē effectū futurū ¶ Ad rōnes in oppositum. Ad primā r̄ndetur. ꝙ regulus iste adhuc nō credebat pfecte. Erat enim in eo duplex defectus fidei. Primus q2 licet crederet xp̄m esse bonum hoiem: nō tñ credebat eum habere diuinā naturā aliao credidisset etiā absentem posse curare. cū deus vbiq3 sit p̄ns. Iere. 23. Celum et terrā ego ipleo. et sic nō rogasset eum vt descenderet in domū suam. sed ꝙ mādaret tantum. Secūd9 defect9 fuit q2 s3 Chriso. dubitabat vtrū xp̄s sanare posset filiū suum. nā si pro certo hoc credidisset nō expectasset aduētū xp̄i ad terrā suā q2 ipse potius iuisset in iudeā. sed mō quasi desperat9 de salute filii nolens negligere quicq̄. qd̄ circa hoc facere posset adiit ad eum more parētum qui desp̄antes salutē filiorū etiā iperitos medicos consulunt. Ad alia duo patet responsio ex dictis.

Ad secundam

questionem sic procedit. Et videtur ꝙ idem sit miraculum hoc. et quod describitur. Math. 8° de centurione. Primo auctoritate chrisostomi. Secūdo auctoritate theophili ¶ In oppositum sunt alii doctores. Respondeo iuxta sanctum Thomā et Nicolaum de lyra super Iohā. qui ambo ex quatuor ostēdunt ꝙ non sit idem hoc miraculum cum illo. Primo ex persona infirmi. q2 hic dicitur. filius. ibi autē dicitur seruus. Secundo ex infirmitate. q2 hic dicitur febris. ibi autem dicitur paralisis. vnde ibi dicitur Seruus meus iacet i domo paraliticus. Tercio ex modo rogandi. q2 ille rogabat vt veniret p̄ntialiter. credens q2 nō posset curari aliter propter qd̄ fuit reprehensus a xp̄o. Ille aūt centurio p̄ntiam christi repellebat. reputans se indignum tanto hospite dicens. Non sum dignus etc̄. credebat christum etiam absentem posse sanare infirmū solo iperio. propter quod dicebat Dic tantum verbum et sanabitur puer meus. propter quod fuit a deo commendatus dicente. Non inueni tantam fidem in israhel. Et sic patet ex modo rogādi. quia iste regulus fuit ali9 ab illo centurione. Quarto patz ex loco. quia erat in caphanaum

quando rogatus fuit a centurio
ne. Hic dicitur q erat in chana
galilee qn fuit rogatus a regu
lo. Et sic iste regulus non est idez
qd centurio. sed fuit quidam de
familia herodis tetrarche. siue
nuncius siue officialis impera
toris &c.

Ad terciam que
stionem sic proceditur. Et vi
detur iuxta Albertum q significant
cant ille septem hore quibus re
surgit aīa de peccato & sanatur de
febre peccati per pniam. Prima
quidem hora in ꝯpunctione cor
dis. que quatuor habet momen
ta. quorum vnum est motus li
beri arbitrii in deum. Alter est
motus liberi arbitrii in peccatuz
detestando illud. Tercium ē do
lor de ꝯmisso. Et quartū est spes
venie de mīa dei. psal. Cōmoui
sti terraz &c. Cōmouisti dicit pp
ter motum in deū. Conturbasti
ppter motum detestationis ī pec
catum. Sana ꝯtritionis eius dicit
ppter motuz doloris de cōmisso
qr cōmota est. dicit ppter motuz
spei in miaz remittentis. Hec ergo
quatuor momēta faciunt vnam
horam. Confessio aūt hz horas
tres. qr cōfessio dz esse pura / sim
plex / & integra. Puritas hz qua
tuor momenta. Primuz. s. vt for
titer dicat. Secunduz. vt sicut fe
cit dicat. Tercium. vt excusatio
nem nō querat. Quartuz vt cuz
verecundia quaz turpido pecca
ti exigit cōfiteatur. De primo ho
rum dicitur. Isa. 43. Dic tu ini
quitates tuas vt iustificeris. De
secundo. Josue. 7° Da gloriam
deo & confiteri peccatum tuum &
indica michi quid feceris. Non
enim confitetur nisi dicat sicut fe
cit. De tercio in psal. Non decli
nes cor meum ad excusandas ex
cusa &c. De quarto Jere. 6° Cō
fusi sunt qr fecerūt. Simplex aūt
confessio habz quatuor momen
ta. Primum est q sit sine plica
ypocrisis. Plicam habz ypocrisis
qui per confessionem intendit iu
stificare seipm. Luce. 16. Quid
iustificatis vos corā hoibus de
us aūt &c. Unde ibidem cōpa
rantur dealbatis sepulcris. Et
de istis dicit psal. Sepulcrum pa
tens est guttur eorum qui sic confi
tentur. Secundum momentum
est qn confessio est sine plica va
nitatis. Vanitati aūt pmixta est
confessio qn id qd ad vnitatem
seculi facit lete confitetur. qd au
tem sz seculi confusionem pter
dit dimisso vultu vix dicit. Pro
uer. ii. Letantur cum male fecerint
& exultāt in rebus pessimis. Ter
cium est q confessio sit sine plica
permixtionis. plica autem pmix
tionis est qn intermiscet plurima
que non sunt peccata. vt ex illo
non in toto iniustus appareat.
Et in signuz huius dicitur de sac
tis q vestimēta debēt eē cādida
per totum & maculis non aspersa
Et canti. 4. dicitur. Tota pulcra

es amica mea ꝛ macula non eſt
in te. fauus diſtillans labia tua
mel ꝛ lac ꝛc. Quartum momen
tum confeſſionis eſt ꝙ ſit ſine pli
ca doloſitatis. dolo aūt permixta
eſt confeſſio quā non habꝫ emen
dandi propoſitum. In hoc enim
viget peccandi voluntas adhuc
ꝛ non habꝫ emendandi ꝓpoſitū
mala. Malachie. 1º. Maledic
tus doloſus qui habet in grege
ſuo maſculū ꝛ votum faciēs im
molat debile dn̄o. In hoc enim
debile eſt ſacrificium qd̄ ſic offer
tur. Sic ergo hec hora habꝫ qua
tuor momenta. Integra aūt erit
cōfeſſio ſic hec hora quatuor ha
bet momenta. Primuꝫ eſt. vt vo
tum ſine diminutione dicat̄. Se
cundum eſt. vt vni in totuꝫ dica
tur. Tercium eſt. vt vna vice ꝙ
tuꝫ recordatur dicatur. Quarto
vt dimidia venia nō ſperetur. De
primo in pſal. Confitebor tibi in
toto corde meo. hoc eſt ex toto
corde totum dicendo qd̄ eſt i cor
de. De ſecūdo. vt vni totuꝫ dica
tur ſicut vni medico totus dolor
aperitur. Hoc eſt ſignificatum
Luce. x. vbi ſamaritan⁹ omnia
vulnera ſemiuiui ligauit infun
dens oleum ꝛ vinum. De tercio
ꝙ ſimul vna vice dicatur. Iſa. 38
Recogitabo tibi omnes annos
meos i amaritudine anime mee
De quarto ꝙ non dimidia venia
ſperet̄. pſal. Qui propiciat̄ om
nibus iniquitatibus tuis. qui ſa
nat omnes infir. tu. Iſti ergo ſūt
quatuor hore. Tres reſidue ſūt
in ſatiſfactōne ſcꝫ ieiuniuꝫ quod
ſanat peſtes corporis. ꝛ oratio ꝙ
ſanat peſtes mentis. ꝛ elemoſina
cordis vel operis vtriuſqꝫ ꝙ ſa
nat peſtes facultatis. Ieiunium
autem habet quatuor momēta.
Primum eſt. vt leto vultu exhi
beatur. Math. 6. Tu auteꝫ cuꝫ
ieiunas ꝛc. Secundum ꝙ vſqꝫ
ad petulancie corporalis morti
ficationem producatur. Iohelis
2º. In ieiunio ꝛ fletu ꝛ planctu ꝛ
ſcindite corda veſtra ꝛc. Terciū
eſt vt ſobrietas ſenſuum ꝛ ani
me ſeruetur ꝛ rationabile ſit ne
natura deſtruatur. Roma. 12.
Rationabile obſequium veſtrū
Quartum autem momentuꝫ hu
iuſmodi hore eſt. vt duꝫ ieiunat
corpus. mens dei cibo paſcatur
Deutro. 8º. ꝛ Mathe. 4º. Non
in ſolo pane viuit homo. ſed ꝛc.
Oratio autem eſt ſecunda hora
que ſicut dicit Auguſtinus eſt pi
us affectus mentis in deum di
rectus. Habet autem hec hora
quatuor momenta. Primum eſt
vt in ſecreto cordis fiat. ¶ Se
cundum eſt. vt deuote fiat.
¶ Tercium eſt vt ad ſalutem fi
at. ¶ Quartum eſt vt perſeue
rēter fiat. De primo Mathei. 6º.
Tu autem cum oraueris intra
cubiculum tuum ꝛ cetera. Tunc
inuocabis ꝛ dominus exaudiet.
De ſecundo. ſcilicet ꝙ deuote fi
at. Pſal. Dirigatur oratio ſi
cut ꝛ cetera.

q2 oratio debet esse ignita feruore deuotionis et condita odore mentis virtutum. De tercio scilicet quod fiat de pertinentibus ad salutem. Mathei. 6. Primum querite regnum dei et iusticiam eius. De quarto scilicet de perseuerantia. Luce. 18. Quoniam oportet semper orare et non deficere. Luce. 11. Propter improbitatem eius etc. Elemosina est tercia hora. et sumitur hic tam pro spirituali quam pro corporali. et sic omnis potest ad elemosinam sufficere. Hec habet quatuor momenta. scilicet compassionem in corde/dulcedinem in ore/largitatem in manu/ et vtilitatem in dato. De primo. scilicet compassione. Isa. 58. Cum effuderis esurienti animam tuam etc. Luce. 6. Estote misericordes sicut etc. De secundo. scilicet de dulcedine oris Eccle. 4. Declina pauperi sine tristicia aurem tuam etc. De tercio. scilicet largitate manus. Thobie. 4 Si multum tibi fuerit etc. De quarto. scilicet. vtilitate dati. Luce. 11. Quis vestrum patrem petit panem nunquid lapidem dabit illi etc. Hec igitur sunt septem hore. quarum quelibet habet quatuor momenta ex quibus completur. Quamuis enim secundum compotistas hora ex pluribus momentis componatur tamen secundum naturam non componitur nisi ex quatuor. in quorum primo eius virtus oritur. in secundo proficiendo progreditur. in tercio stat in augmento. in quarto perfectam diffundit operationem sue virtutis.

Hoc enim modo res create sunt compacientes. et ideo hanc ex quatuor fecimus compositionem. Hec Albertus.

Dominica vicesimasecunda est euangelium Simile est regnum celorum etc. Math. 18. Circa quod possunt hec disputari. Primo. Utrum seruus ille cui dimissa sunt a domino decem milia talentorum peccauit petendo a conseruo suo centum denarios Secundo. Utrum per ingratitudinem redierunt peccata prius dimissa. Tercio. Utrum tanta potest contritio in aliquo esse vt omne debitum a deo sibi dimittatur.

Ad primam questionem sic proceditur. et videtur quod seruus ille peccauerit petendo a seruo suo debitum. Primo sic. ex presenti euangelio vbi ait dominus. Serue nequam omne debitum dimisi tibi quoniam me rogasti nonne oportebat te misereri conserui tui sicut ego tui misertus sum. Secundo sic. Dicitur. 1. Cor. 13. Caritas non querit que sua sunt. glosa. Caritas non repetit ablata. ergo nullus habens caritatem potest repetere debita. Tercio. Magis diligendus est proximus quam aliquod temporale. ergo nullus tenetur repetere sua si sciat scandalizare proximum. In oppositum est illud. 1. ad Cor. 6. Omnia mihi licent. non omnia expediunt. et

exponitur de repetitione suorum ergo licitum est cuilibet sua repetere. ꝛ per consequens seruus in petendo suum debitum nõ peccauit. Respondeo dicendum. ꝙ seruus ille nõ peccauit in petendo a conseruo suo centum denarios. sed peccauit vtendo tanta crudelitate ꝛ impietate erga illũ exigendo ab illo debitum. quia vt dicitur Tenebat illum ꝛ quasi suffocabat ꝛ respirare non sinebat. qui tamen debitum nõ negabat. sed dilationeȝ petebat ad reddendum. peccauit ergo ĩ hoc attẽta maxime misericordia qua dominus vsus fuerat erga eum

¶ Ad rõnes in oppositum. Ad primaȝ patet ex dictis responsio qꝛ debuit ꝯmiserari conserui sui. lȝ nõ in remittẽdo totũ debituȝ tñ in expectando eum quousqȝ esset potens ad restituenduȝ.

¶ Ad secundam respondetur iuxta Alexandrum de halis ĩ tercio ꝙ est repetere ex cupiditate. ꝛ est repetere zelo iusticie. Et est repetere timore casus. Primo modo nõ est repetere ex caritate. Caritas enim nõ repetit ablata. cã. s. cupiditatis. non enim est amatrix pecule propter se. sicut ibi dicit glo. qꝛ ipsa amat bonum incõmutabile ꝛ oĩa cõmutabilia refert ad illud. Repetere zelo iusticie perfectis etiam licet. Repetere vero timore casus ne scȝ ꝓpter paupertatem ꝛ indigentiam ruant in peccatum. conuenit infirmis ne scȝ egestate compulsi furentur ꝛ periurent nomen domini sui. vt dicitur prouer. 3. ¶ Ad terciaȝ respondetur negando cõsequentiam. Et ratio est. oportet enim tenere quod certuȝ est. Certum est autem ꝙ raptor est qui abstulit. vel debitor qui reddere obligatur. incertum ꝛ si scandalizabitur. ꝛ propterea si sciĩ ꝙ scãdalizabitur. si repetendo prepondérat scandalum proprium scandalo proximi. plus teneor vitate scandalum proprium ꝙ alterius

AD secundam questionem sic proceditᷣ Et videtur ꝙ per ingratitudineȝ peccata dimissa redeant. ¶ Primo sic. ex presenti euangelio. vbi dominus ait. Serue nequaȝ omne debitum dimisi tibi ꝛc. ꝛ post tradidit eum tortoribus quousqȝ redderet vniuersum debitum ꝛc. ergo dominus debitum quod dimiserat iterum exigit. Secũdo sic. Dicit Rabanus ĩ glo. super euangelium. Nequam seruuȝ tradidit dominus tortoribus quousqȝ redderet vniuersum debitum. quia non solum homo peccata que post baptismum egit reputabuntur ei ad penam. sed originalia que ei dimissa sunt in baptismo. ¶ Tercio sic. Ezech. 18. dicitur sic. Si auerterit se iustus a iusticia sua omnes iusticie quas fecerat non recordabuntᷣ.

ergo in eo statu est ac si nullam iusticiam fecisset. sed si non fecisset iusticiam penitencie non essent ei peccata dimissa. ergo dimissio illa anullatur. ergo peccata dimissa redeunt. Quarto sic. Si ponatur quod aliquis ante completam satisfactionem de peccatis preteritis cadat in culpam constat quod satisfacere non potest extra graciam. ponatur ergo quod discedat iste reatus secum portat qui non potest solui per penam satisfactoriam. Ergo punitur pena eterna. ¶ In oppositum arguitur ex illo. Naum 1°. alias Job. 33°. Non iudicat deus bis in id ipsum non ergo bis punit. si ergo aliquis pro peccato commisso penituit et se puniuit videtur quod amplius pro illo non puniatur quantumcumque peccet alias. ¶ Secundo sic. Nullus incurrit peccati maculam vel reatum nisi ex commissione ipsius peccati. sed penitens antequam faceret fornicationem non habebat maculam vel reatum homicidii quod sibi iam dimissum erat nec postea fornicando. homicidium commisit. ergo non reddit homicidium quantum ad culpam nec quantum ad reatum. Respondeo dicendum. quod necesse est quod aliquo modo peccata redeant. quia auctoritates hoc expresse dicunt. Sed de modo quo varie aliqui doctores sunt soluti. Quidam enim dixerunt quod peccata dimissa singulariter quantum ad maculam et reatum secundum quod causatur ex actibus peccatorum prius dimissorum redeant per peccatum mortale sequens. Sed ista opinio vt arguit Albertus magnus et sanctus Thomas non potest esse vera. quia opus dei per opus hominis irritari non potest remissio autem priorum peccatorum est opus diuine misericordie. vnde non potest irritari per sequens peccatum hominis. secundum illud Roma. 3°. Nunquid incredulitas illorum fidem dei euacuauit. et ideo alii ponentes peccata redire dixerunt quod deus non remittit peccata penitenti post modum peccatori secundum prescienciam. sed solum secundum presentem iusticiam. prescit enim eum pro his peccatis eternaliter puniendum. et tamen per graciam facit eum presencialiter iustum. Sed etiam istorum opinio stare non potest. quia si causa absolute ponatur. effectus ponitur absolute. si ergo absolute non fieret peccatorum remissio sed cum quadam conditione in futurum dependente per graciam et gracie sacramenta. non esset sufficiens causa remissionis peccatorum. quod est erroneum vt pote derogans dei graciam. Et ideo ponitur ista conclusio. quod nullo modo potest esse quod macula et reatus precedentium peccatorum redeant secundum quod ex talibus actibus causabantur sed conuenit quod sequens actus

peccati virtualiter continet rea- tum prioris peccati inquantùm scilicet aliquis secundo peccans ex hocipso videtur grauius pec- care quam prius peccauerat.

Sic ergo est conclusio secunda. ꝙ per peccatum sequens penitē- ciam redit quodammodo reatꝰ peccatorum prius dimissorum: non inquantum causabatur ex illis peccatis prius dimissis. sed inquantum causatur ex peccato vltimo perpetrato quod aggra- uatur ex peccatis priorib⁹. ⁊ hoc nō est peccata dimissa redire sim- pliciter sed secundum quid in- quātum scilicet virtualiter ī pec- cato sequenti continetur. Unde in quarto conformiter. ad terciā partem sanctus thomas dicit sic ꝙ aliquid potest redire dupplici- ter vel in se. ⁊ sic pccā dimissa nullo modo redeunt quantum ad culpam. nec per consequens ad reatuꝫ vel ī suo effectu. ⁊ hoc modo peccata dimissa redeunt ī quantum ex dimissis peccatis a- liquid in sequentibus relinqui- tur. ex hoc enim ꝙ homo deum offendit post dimissionem prece- dentium peccatorum quandam deformitatem ingratitudinis ac- tus sequentis peccati acquirit. ⁊ ideo dicitur communiter ꝙ re- deunt quantum ad ingratitudi- nem. ¶ Tercia conclusio. Per ingratitudinem peccati sequen- tis non consurgit tantus reatus quantus fuerat peccatorum di- missorum. Patet conclusio. quia Deutro. 25. Dicitur ꝙ pro mensu- ra peccati erit ⁊ plagarum mo- dus. Ex quo patet ꝙ ex paruo peccato non consurgit magnus reatus. sed quandoqꝫ mortale peccatum est multominus quo- libet peccatorum prius dimisso- rum. non ergo expectatio sequē- ti redit tantus reatus quantus fuit peccatorum prius dimisso- rum. sed bene proportionaliter quanto peccata dimissa fuerint plura ⁊ maiora. tanto redit ma- ior reatus per qualecumqꝫ se- quens peccatum mortale.

¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur. ꝙ pec- cata redeant modo iam dicto et nō aliter. ¶ Ad secundā respō- detur. ꝙ peccatum originale re- dit modo predicto. sicut mortāle inquantuꝫ contemnitur. ¶ Ad terciam respondetur negando ꝯ- sequentiam. ⁊ ad auctoritatem dicendum. ꝙ verum est ꝙ iusti- cie iusti non rememorabuntur ꝙ- tum ad effectum qui ex eis expec- tabatur in futuro. quia per eas ad vitam eternam non peruenirēt sed rememorabuntur quantum ad hunc effectum' qui est pecca- ta preterita abolere que in pre- senti faciebant. ¶ Ad quar- tam respondetur ꝙ pena cuius est aliquis debitor post culpam remissam in inferno punietur. temporaliter nec propter hoc se- quitur ꝙ in inferno sit redemp-

redemptio. q₂ pena que soluitur
nõ redimitur. nec est inconueniẽs
q̄ q̄tum ad aliquid accidentale
pena inferni minuatur vsq₃ ad
diem iudicii sicut etiam augetur

AD terciam que
stionem sic proceditur. ⁊
videtur q̄ non possit tanta ꝯtri-
tio in aliquo esse q̄ omne debi-
tum sibi a deo dimittatur id est
q̄ posset tollere totum reatu₃ pe-
ne. ¶ Primo sic. Satisfactio et
confessio ordinãtur ad liberatio-
nem de reatu pene. sed null⁹ ita
perfecte conteritur qui oporteat
eum confiteri ⁊ satisfacere. ergo
contritio nunq̄ est tanta q̄ dele-
at reatum totum. ¶ Secũdo sic
In pñia debet esse quedam re-
compensatio pene ad culpa₃ sed
aliqua culpa ꝑ membra corpo-
ris exercetur. g⁹ cu₃ oporteat ad
debitum pene recompensatõem
vt ꝑ que quis peccat per hec tor-
queatur. videtur q̄ nunq̄ possit
pena talis peccati per ꝯtritione₃
exsolui. ¶ Tercio. Dolor contri-
tionis est finitus. sed pro aliquo
peccato sc₃ mortali debetur pe-
na infinita. g⁹ nunq̄ potest esse
tanta ꝯtritio q̄ totam pena₃ de-
leat. ¶ In oppositum est euange-
lium vbi ait dñs. Omne debitũ
dimisi tibi ⁊c̄. Secũdo de⁹ plus
acceptat cordis affectum q̄ exte-
riorem actum. sed per exteriores
actus absoluitur homo a culpa
⁊ a pena. ergo similiter ꝑ cordis
affectum qui est contritio. Re-
spondeo dicendum sub ista ꝯclu-
sione q̄ tanta põt eē contritio a-
licuius penitentis q̄ omne₃ cul-
pe reatum tollat. siue q̄ omne de-
bitum a deo dimittatur. sc₃ pene
⁊ culpe. Patet ꝯclusio exempla-
riter in latrone. cui dictu₃ est. ho-
die mecum eris in paradiso. pro-
pter vnicum penitencie actum.
Nota iuxta sanctum Thomam
q̄ intensio contritionis potest at-
tendi dupliciter. Uno modo ex
parte caritatis que displicentia₃
causat. ⁊ sic contingit tantum at-
tendi caritatem in actu q̄ contri-
cio inde merebitur non solu₃ cul-
pe remotionem sed etiam abso-
lutionem ab omni pena. Alio
modo potest attendi ex ꝑte do-
loris sensibilis quem voluntas
excitat. ⁊ q₂ illa pena queda₃ est
que intantum potest intendi q̄
sufficiat ad deletionem culpe et
pene. ¶ Ad rõnes in opposituꝫ.
Ad primam rñdetur negando ꝯ-
sequentiam. Et rõ est. Tum pri-
mo. q₂ aliquis non põt esse cer-
tus q̄ contritio sua sit sufficiens
ad deletionem culpe ⁊ pene. ⁊ id
tenet̄ ꝯfiteri ⁊ satisfacere. Tu₃ se-
cundo q₂ contritio vera nõ fuit
nisi propositu₃ confitẽdi habuit
annexum. quod d₃ ad effectum
deduci. ⁊ propter preceptu₃ eccle-
sie de confessione facienda. da. 6.
¶ Ad secundam respondetur
negando consequentiam. Et ra-
tio est. quia sicut gaudium in-

terius redundat etiam ad exteriores corporis partes. ita etiam dolor interior ad exteriora membra deriuatur. vñ dicit prouer. 17. Spūs tristis exiccat ossa. ¶ Ad terciam rñdetur q licet dolor cōtritionis sit finitus q̄tum ad intensionem sicut pena mortali peccato debita est. habet tñ infinitā virtutez ex caritate qua īformat᷑ ꝛ sꝫ hoc potest valere ad delettonem culpe ꝛ pene.

Dominica vicesimatercia est euāgeliū Abeūtes pharisei ꝛc. Math. zz Circa qd' possunt sequentes questiones disputari. Prima vtrum cesari siue principi seculari sit census dandus. Secunda. Utrum ōnes teneamur ad sacrificia deo offerenda. Tercia. Utrum xpus conuenienter reprehenderit phariseos interrogantes eum. Si licet censum dari cesari dicens eis cur me temptatis ꝛc.

Ad primaz questionem sic proceditur et videtur q cesari siue principi seculari non sit census dandus.

¶ Primo sic. Dare censum pertinet ad quandam seruitutem. sed per aduentum christi liberi facti sumus ab omni seruitute. secūduz illud Johan. 8° Si filius vos liberauerit vere liberi eritis. Ergo nulli est census dandus ¶ Secūdo sic. Isti principes non videntur esse a deo sꝫ illud Osee. 8° Ipsi regnauerunt ꝛ nō ex me pricipes exstiterunt ꝛc. ergo videtur q non est alicui eorum cēs' dandus. ¶ Tercio sic. Non est faciēdum aliquid contra institutiōem diuinam. sed hoc habet institutio diuina vt homo suo arbitrio regatur. sꝫ illud. Eccle. 15. Deus ab initio constituit hominem et reliquit eum in manu consilii sui ergo non tenetur homo se subicere alteri tanquam dño aut principi. ꝛ per consequens nec censuz tribuere. ¶ In oppositum est euangelium. Respondeo dicēduz vt sanctus Thomas tangit sup epistolam pauli. Quidam fideles in primitiua ecclesia dicebāt terrenis potestatibus se subici nō debere propter libertatem quam consecuti erant a christo. secūduz illud Johā. 8° Si filius vos liberauerit ꝛc. sed isti non bene dicebant. q2 libertas que per christum concessa est/est libertas spiritus qua liberamur a peccato et morte. Caro autem adhuc remanet seruituti obnoxia. sed etiam liberabitur in libertatem glorie filiorum. ꝛ ideo tunc nulli subiectioni homo per christum liberatus erit obnoxius. nec spirituali scilicet nec carnali. ¶ Unde dicitur. 1. Cor. 15. Cum tradiderit christus regnum deo ꝛ patri ꝛ euacuauerit omnem principatum ꝛ potestatem. Interim autez dum corruptibilem carnem gerimus.

oportz nos omnibus carnalibus subiicere. Et ita per aduentum christi fideles a tributis soluendis sicut nec ab aliis corporis penalitatibus non sunt absoluti. quia nec ipse christus seipsum ab omnibus huiusmodi penalitatibus absoluere voluit. Unde dicit Ambrosius. Et habetur 11. questione prima. Si enim filius dei censuz soluit. quis tu tantus es qui non putas esse soluendum. Ponitur ergo conclusio responsalis. ꝙ Cesari siue principi terreno census est soluendus.

Conclusio patet ex euangelio presenti. Secundo patz ex illo Aposto. ad Roma. 13. Omnis anima id est homo potestatibus sublimioribus subdita sit. Et rationem assignans ait. Omnis potestas a deo est. Et infra. Ideoqz enim tributa prestatis. Et assignans rationem dicit. Ministri enim dei sunt in hoc. id est pro hoc ipso. scz tributo recipiendo. seruientes scilicet deo et populo. quasi diceret. Unusquisqz debet de suo ministerio viuere. secundum illud. 1. Cor. 9. Quis pascit gregem et de lacte eius non edit? et ideo cum principes nostri suo regimine dei ministri sunt/a populo debent tributa suscipere quasi stipendia sui ministerii.

Hec autem tributa suscipiūt ad sui sustentationem. Laborant autem pricipes ad omnium pacem Unde dicitur. 1. Thimoth. 2. obsecro primum omnium fieri obsecrationes pro regibus et omnibus qui in sublimitate sunt constituti vt quietam et tranquillam vitam agamus. Ab hoc tamen debito liberi sunt clerici ex priuilegio principuz. qđ quidez equitatem habet naturalem. vnde etiam apud gentiles liberi erant a tributis illi qui vacabant rebus diuinis. Legitur enim Gen. 47. ꝙ Joseph subiecit Pharaoni totam terram egipti preter terram sacerdotum que a rege tradita erat eis quibus et statuta cibaria ex horreis publicis prebebantur. Et hoc quidem omnino equum est. qz sicut reges solicitudinem habent de bono publico in temporalibus ita ministri dei in spūalibus. et sic per hoc ꝙ deo in spiritualibus ministrāt recompensant regi ꝙ pro pace corpz laborat. Concludit ergo apostolus Reddite ergo omnibus debita. cui tributum tributū. cui vectigal vectigal. Ex quo patet ꝙ ex necessitate iusticie tenentur subditi sua iura principibus exhibere.

Et ideo in euangelio nostro dicitur. Reddite que sunt cesaris cesari. ¶ Ad rōnes in oppositū ad primam patet responsio ex dictis. Liberauit enim christus pro nunc fideles a seruitute dyaboli et non a seruitute huius mundi. vt dictum est. ¶ Ad secūdam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia non tan-

tum obediendum est bonis et
modestis . sed etiam discolis. 1.
Pet.2. ¶ Pro quo notandum
ꝙ regia potestas vel cuiuscum-
qȝ alterius dignitatis potest con
siderari quantum ad tria. Uno
quidem modo quantum ad ip-
sam potestatem. ⁊ sic est a deo per
quem reges regnant . quicquid
enim conuenienter dicitur de deo
⁊ creaturis a deo in creaturas de
riuatur. sicut patet de sapientia.
Eccle.1. Omnis sapientia a do-
mino deo est. Potestas autē de
deo dicitur ⁊ de omnibus. Job.
.36. Deus potentes non abiicit
cum ⁊ ipse sit potens. vnde conse
quens est ꝙ humana potestas
sit a deo. Daniel. 4º Dominabi
tur excelsus in regno hominum
⁊ cuicumqȝ voluerit dabit illud
Johan. 19. Non haberes pote-
statem aduersus me vllā nisi da
tum esset tibi desuper. Alio mo-
do potest considerari quantum
ad modum adipiscendi potesta-
tem. ⁊ sic quandoqȝ potestas est
a deo. quando scilicet aliquis or
dinarie potestatem adipiscitur.
secundum illud ad Hebreos.5º
Nemo sibi honorem assumat. sȝ
qui vocatur a deo tanquam A-
aron . quandoqȝ vero non est a
deo sed ex peruerso hominum ap
petitu qui per ambitionem vel
quocumqȝ alio modo potesta-
tem adipiscicitur Amos.6º Nū
quid non in fortitudine nostra
assumpsimus nobis cornua.

Tercio potest considerari quan-
tum ad vsum ipsius. ⁊ sic quan-
doqȝ est a deo puta cum aliquis
secundum precepta diuine iusti-
cie vtitur concessa sibi potestate
secundum illud prouer . 8º Per
me reges regnant ⁊ legum con-
ditores iusta decernunt. Quan-
doqȝ autem non est a deo. puta
cum aliqui potestate sibi data
vtuntur contra diuinam iustici-
am. secundum illud psal. Astite-
runt reges terre ⁊ principes ⁊c.
¶ Ad terciam respondetur ne-
gando consequentiam . Et ratio
est. quia deus reliquit hominem
in manu consilii sui. non quia li-
ceat ei facere omnia que velit. sȝ
quia ad id quod faciendum est
non cogitur necessitate nature si-
cut creature irrationabiles. sed li
bera electione proprio consilio ꝓ
cedente. ⁊ sicut ad alia facienda
debet procedere proprio consilio
Ita etiam ad hoc ꝙ obediat ip-
se superioribus . Dicitur enim ꝑ
Gregorium vltimo moralium .
Dum aliene voci humiliter sub-
dimur nosmetipsos in corde su-
peramus.

AD Secundam
questionem sic procedi-
tur . Et videtur ꝙ non
omnes teneantur ad sacrificia
deo offerenda ¶ Primo sic. Di-
cit apostolus . ad Romanos ter
cio. Quecumqȝ lex loquitur

his qui sunt in lege loquitur. sed lex de sacrificiis non fuit omnibus data sed soli populo hebreo ergo non omnes ad sacrificia tenentur. ¶ Secundo sic. Sacrificia deo offeruntur ad significandum. sed non est omnium huius modi significationes intelligere. ergo non omnes tenentur ad sacrificia offerenda. ¶ Tercio sic Ex hoc sacerdotes dicunt quod deo sacrificium offerunt. sed non omnes sunt sacerdotes. ergo nō omnes tenent ad sacrificia etc. ¶ In oppositum est euangelium dicens Reddite que sunt dei. Respondeo dicendum sub certis conclusionibus. Prima est quod offerre sacrificium deo est de lege nature. Patet ista conclusio quoniam naturalis ratio dictat homini vt alicui superiori subdatur propter defectus quos in seipso sentit in quibus ab aliquo superiori eget adiuuari et dirigi. et quicquid illud sit. hoc est quod apud homines dicitur deus. Sicut autem in rebus naturalibus naturaliter inferiora superioribus subduntur. Ita etiam naturalis ratio dictat homini secundum naturalem inclinationem. vt ei quod supra hominem est subiectionem et honorem exhibeat secundum modum suum. Est autem modus conueniens homini vt sensibilibus signis vtatur ad aliqua exprimenda. quia ex sensibilibus cognitionem accipit. et ideo ex naturali

ratione procedit quod homo quibusdam sensibilibus cognitionem accipit. et ideo ex naturali rōne procedit quod homo quibusdam sensibilibus rebus vtatur offerens eas deo in signum debite subiectionis et honoris. secundum similitudinem eorum qui dominis suis aliqua offerunt in recognitionem dñi. hoc autem pertinet ad rationem sacrificii. et ita oblatio sacrificii pertinet ad ius naturale et in hoc omnes conueniunt sed determinatio sacrificiorum est ex institutione humana vel diuina. et in hoc non conueniunt omnes sed differunt. Secunda conclusio. Soli deo est sacrificium offerendum. Patet conclusio. Oblatio sacrificii est ad aliquid significandum. significat autem sacrificium quod offertur exterius interius spirituale sacrificium quo anima seipsam offert deo. secundum illud psal. Sacrificium deo spiritus contribulatus quia exteriores actus religionis ad interiores ordinantur. aīa autem se offert deo in sacrificium sicut principio sue creationis. et sicut fini sue beatificationis. sed secundum veram fidem solus deus est creator animarum nostrarum. et in solo eo etiam anime nostre beatitudo consistit. ergo soli deo summo debemus sacrificium offerre. et ita soli ei debemus offerre exteriora sacrificia. sicut etiam orantes atque laudantes ad eum

dirigimus significantes voces.
cum res ipsas quas in corde ge-
rimus offerimus. vt dicit Aug⁹
1º de ciuitate dei. Tercia conclu
sio. Omnes tenemur ad sacrifi-
cia offerenda. Probatur conclu
sio. Sacrificium offerre est de le
ge nature. vt dicit prima conclu-
sio. sed ad ea que sunt legis na-
ture omnes tenemur. ergo omnes
tenemur ad sacrificium deo offe
rendum. Pro qua conclusione
notandum. q duplex est sacrifici
um. quorum primuz et principa-
le est interius. ad quod omnes
tenemur deo deuotam mentem
offerre. Aliud est sacrificium ex-
terius. quod in duo diuiditur:
nam quoddam est qd ex hoc
solū laudem habet q deo aliqd
exterius offeratur in protestatio
nem diuine subiectōis. et ad hoc
aliter tenentur illi qui sunt in le-
ge noua vel veteri. aliter qui nō
sunt sub lege. Nam illi qui sunt
sub lege tenentur ad determina-
ta sacrificia offerenda secunduz
legis precepta. Illi vero qui nō
sunt sub lege tenebantur ad ali-
qua exterius facienda in hono-
rem diuinuz secundum decenti-
am ad eos inter quos habita-
bant. non tñ determinate ad
hec vel illa. Aliud vero ē exte-
rius sacrificium quando act⁹ ex
teriores virtutum in diuinam re
uerentiam assumuntur. puta cuz
aliquis elemosinam facit de re-
bus propriis propter deum. vel

cum aliquis propriuz corpus af
flictōni alicui subiicit propter di
uinam reuerentiam. et secundum
hoc actus aliarum virtutum sa-
crificia dici possunt. quoruz qui
daz cadunt sub pcepto ad quos
omnes tenentur. quidam vero
sunt supererogationis ad quos
non omnes tenentur. Item nota
q secundum quod est triplex ho
minis bonum: ita potest distin-
gui triplex sacrificium. Primum
quidem ē bonuz anime p quod
deo offert interius quoddā sa
crificium per deuocionē et oratio
nem et alios huiusmodi interio-
res actus et hoc est principale sa-
crificium. Secundum est bonuz
corporis. quod deo quodammo
do offertur per martirium et ab-
stinentiā seu continentiam. Ter-
cium ē exteriorum reruz. de quo
sacrificium offertur deo directe
quidem quando immediate res
nostras deo offerimus. mediate
autem qñ eas cōmunicamus p
ximis propter deum. ¶ Ad rō
nes in oppositum. Ad primam
respondetur. q ad illa determi-
nata sacrificia que i lege erant
precepta non omnes tenebantur
tenebantur tñ ad aliqua sacrifi-
cia interiora siue spūalia vel ex-
teriora. vt dictum est. ¶ Ad se-
cundaz respondetur negando ꝯ
sequentiam. Et ratio est. quia li
cet non omnes sciāt explicite vir
tutem sacrificioruz. sciunt tñ im
plicite sicut etiam habent fidem

implicitã. Unde magister Alexander de alis ad questionem. Uerũ offerẽtes sacrificia tenebãt intelligere significationes eorũ: dicit ꝙ sicut nos dicimus intelligere articulos fidei implicite et explicite. et intelligere explicite articulos fidei tenentur prelati. sicut dicitur. I. Pe. 3. Parati omni poscenti reddere rationem de ea que in vobis est fide et spe. Implicite vero tenẽtur simplices solum. Ita in veteri testamento perfecti vt doctores et sacerdotes tenebantur intelligere significationes sacrificiorum. hoc enĩ est vt intelligerẽt ipsa sacrificia esse signa futuri sacrificii redẽptõis. Simplices vero tenebãtur solũ intelligere ꝙ sacrificia erant deo ea ratione qua sibi placuit offerenda. et hoc iplicite continebat ꝙ essent signa. quia ratione significationis futuri sacrificii voluit ea deus sibi offerri. ¶ Ad tertiaꝫ respondetur negando cõsequentiam. Et ratio est. Tum quia sacerdotes etiaꝫ offerunt sacrificia que sunt specialiter ordinata ad cultum diuinum. nõ solum pro se sed etiam pro aliis. Tum quia quedam sunt alia sacrificia de quibus quis potest proferre. vt ex dictis patꝫ.

AD tertiam questionem sic proceditur. Et videtur ꝙ xpõs non conuenienter reprehendit phariseos interrogantes eum. scilicet censum dare cesari dicens eis. Cur me temptatis ypocrite. Primo sic. Illi dicendo Magister scimus quia verax es et viam dei in veritate doces/dixerunt veritatem. ergo in hoc nõ erant ypocrite. quia ypocrisis siue simulatio opponitur virtuti que dicitur veritas. ¶ Secundo sic. Ypocrisis est simulatio qua quis simulat personam alterius sicut cum peccator simulat personam iusti. sed isti in hoc actu non simulauerunt personas aliquorum aliorũ. ergo videtur ꝙ non erant ypocrite. ergo inconuenienter sic reprehensi sunt.

¶ Tertio sic. De eo quod non est peccatum non videtur quis publice redarguẽdus. quia peccata venialia omnibus videntur et communia. sed ypocrisis aut simulatio non videtur esse peccatũ mortale semper sicut nec mendacium. ergo ꝛc. In oppositum est euangelium vbi dicitur xpõs ita ad eos loquitur. ¶ Respõdeo dicendum. ꝙ christus conuenienter sic reprehendit. Pro quo notandũ ꝙ vt dicit Nicholaus de lyra super hoc euangelio. ꝙ tempore quo christus erat in Judea reddebatur census cesari siue tributum. surrexitq; quidaꝫ nomine iudas natione galileus qui dicebat hoc esse illicitum de iudeis ꝙ scilicet recognoscerent aliquem dominum in terris sed

solum deū qui in celis est. ⁊ multos traxit ad se vt habetur Actuum. 5°. Et Josephus idem refert in libro antiquitatum. et ex tunc aliqui adherebant huic opinioni. quia illa opinio erat pro libertate populi. ⁊ pro honore ipsius dei videbatur. Econtrario autē alii asserebant ꝙ erat licitū dare tributum romanis. quia ꝓ defensione terre militabant et ab hostibus ⁊ latronibus defendebant. ⁊ pacem inter homines cōseruabant ⁊ iusticiam. Hanc autem questionem pharisei malicióse proposuerunt xp̄o. vt si diceret non esse licitum statim caperetur tanꝗ̄ contrarius imperatori. si autem diceret esse licitum videretur esse contrarius libertati populi ⁊ diuino honori. ⁊ sic incurreret maliuolentiam populi. ⁊ ideo xp̄s cognita nequitia eorū ait. Quid me temptatis ypocrite? quasi diceret. non queritis veritatem addiscere sed me verbis capere. ⁊ propter hoc eos vocat ypocritas. q̄r aliud petebant ⁊ aliud intendebant. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primā respondetur negando consequētiam. Et ratio est. quia xp̄us nō reprehendebat eos de verbis illis quia vera erant. sed quia per ea aliud pretendebant scilicet eū in verbis capere sicut dictum est. ¶ Ad secundam respondetur negando minorem. quia isti simulauerunt personas volentiū addiscere veritatem cum tamen ipsi essent persone non qui quererēt veritatem sed q̄ vellēt decipere ⁊ v̄bis capere hoīem. Ad terciā r̄ndet̄ negando ꝯñam. Et r̄ō est q̄r l3 oīs simulatio aut ypocrisis sit peccatum mortale. ista tamen erat sicut dicimus de mendacio qđ est peccatū mortale qñ est ꝑnicíosum. sic ypocrisis ē peccatū mortale qñ est ꝑniciosa cedēs in nocumētū alterius ꝑsone cuius erat ista phariseoꝝ ypocrisis cū cederet in nocumētū ꝑsone xp̄i q̄ ad capiendum eum verbis ordinata erat.

Dominica vicesimaquarta

est euangelium Loquente Jhesu ⁊c̄. Math. 9°. Et q̄r in euāgelio fit mētio d̄ duobus miraculis potest disputari de vtroq3. Circa primū. Utrum sine tactu diuine gracie pōt aīa resuscitari de morte peccati. ¶ Secundo. Utrum tactus siue infusio gracie precedat expulsionem peccati. ¶ Tercio. Utrum ꝯuenientius attribuat̄ fidei operatio miraculoꝝ ꝙ̄ alteri v̄tuti.

Ad primam sic

proceditur. Et videtur ꝙ sine tactu ac infusione gracie possit aīa resuscitari de morte peccati. ¶ Primo sic. Minus videt̄ esse resuscitare animam de morte peccati ad vitam ꝙ̄ est creare de nouo animam. sed deus creat et dat vitam anime naturalē sine

medio. ergo pariter hic. ¶ Secūdo sic. Isaie. 43. dicit dn̄s. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me. ergo expulsio mortis peccati est ante omnē infusionez gratie. ¶ Tertio sic. Abacuc. 2º. Iustus ex fide viuit. ergo viuificare cōuenit fidei. nō ergo ē effectus gratie pprius. In oppositū arguit̄ ex euāgelio. vbi dicit̄ Impone manū sup eam ɀ viuet Et sequit̄. Tenuit manū eius et surrexit puella. ¶ Respōdeo Dicēdum q̄ cuȝ tactu sine infusione diuine gratie nō resuscitatur aīa a morte peccati. ¶ Patȝ illa conclusio. deus ē creatura rationali ē principiū vite spiritualis. Unde Actuum. 17. In ipso viuimus mouemur ɀ sumꝰ. sed primū qº viuit aīa rationalis p deum est gratia. ergo gratia viuificat. Itē culpa mortificatur aīa. ergo viuificatur a contrario illius scilȝ gratia. ergo ɀc. Ubi notandum est iuxta Alexādruȝ de Alis. q̄ gratia est similitudo prime veritatis ɀ similitudo sume bonitatis Secūdū quod ē similitudo prime veritatis cōparat̄ ad animaȝ vt lux. Secūduȝ vero quod est similitudo sūme bonitatis cōparatur ad animaȝ vt vita. Et ita habet̄ ni Iohāne. Iohā. pº c. q̄ verbum erat vita ɀ lux hominū lucens in tenebris. ɀ ideo gratia q̄ est similitudo eius comparat̄ ad animaȝ vt vita. ¶ Inquantum autē gratia vt lux compatur ad animam primo remouet ab ea dissimilitudinem lucis eterne. et quantum ad hoc est effectus eiꝰ purgare. Secundo disponit eaȝ simili dispositiōe vt possit simil̄ esse in actu. et tunc dicitur ipsum illuminare. Ultimo informat ipam. ɀ tunc dicitur eaȝ perficere. Secundum autem q̄ gratia est similitudo summe bonitatis cōparatur ad animam vt vita. q2 sic conparatur ad eam vt amor. et ille amor ipressus vita ē qua iam viuit deo. et secundum huc moduȝ actus gratie est viuificare. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respōdetur negando consequentiam. Et ratio est. Tum primo, quia presupponi videtur in argumento q̄ gratia se habeat in viuificatione anime sicut agens medium. et hoc non est verȝ sed se habȝ vt causa formalis qua pcc̄m expellit̄. sicut ignis frigꝰ aufert p calorē in subiecto tantuȝ. non sicut instrumēto sed sicut forma cōtraria. Tū secūdo. non est verȝ quod dicit̄ in minori. q2 in creatione etiam forma naturalis est qua res formata esse formaliter accipit vel etiā ipm quo ē quicq̄d sit illud Ad secūdaȝ rūdet̄ negando cōsequentiā. Et ratō est. qnia solꝰ deus delet peccata effectiue. formaliter delet ipsa gratia. deus autem nullius est forma perfectiua. ¶ Ad tertiam respondet̄ negando consequentiam Et

ratio est quia vita spiritualis in
sinum anime est ipsius gracie effec-
tus per se. Ipsius aute fidei et cari-
tatis ratione gracie in quibus ma
nifestatur vita quasi per sensum
sicut manifestatur vita in corpo
re per sensum et motum. sic vita
gracie manifestatur per motum
fidei sicut per sensum et per motum
caritatis sicut per motum.

Ad Secundam

questionem sic proceditur.
Et videtur quod remotio sive expul
sio culpe precedat tactum sive in
fusionem gracie. ¶ Primo sic ex
presenti euangelio. vbi primo quam
christus tactu sue manus resuscita-
ret puellam expulit turbam tu-
multuantem. vnde Gregorius li. mora
lium dicit. Foris autem turba eicitur
vt puella suscitetur. quia nisi prius
a secretioribus cordis expellatur
secularium multitudo curarum:
anima que intrinsece latet mor-
tua non resurgit. et ita vt glo. hic
innuit non introducitur gracia
nisi expulsa culpa. ¶ 2° sic. Re
missio culpe et infusio gracie se ha
bent sicut illuminatio et purgatio.
sed purgatio precedit illumina-
tionem secundum Dionisium. ergo et re-
missio sive expulsio culpe prece-
dit gracie infusionem. ¶ 3° sic.
In quolibet motu recessus a termi
no a quo precedit accessum ad ter-
minum ad quem. vel tempore si est
motus successiuus. vel natura si
sit mutatio subita. sed iustificati

onis sive viuificationis terminus
a quo est culpa. terminus ad quem
est gracia qua viuificatur anima. er
go expulsio culpe precedit infusio-
nem gracie. ¶ In oppositum arguitur.
Causa naturaliter precedit effec
tum. sed infusio gracie est causa
expulsionis culpe. quia infundendo
graciam deus peccata dimittit.
infundendo vitam fugat mortem
ergo infusio gracie precedit. ¶ Re
spondeo. Dicendum secundum alium et
alium respectum infusio gracie pre
cedit et sequitur. Pro quo notan
dum secundum sanctum Thomam quod omnis pri
oritas secundum ordinem nature aliquo
modo reducitur ad ordinem cau-
se et causati. quia principium et cau
sa idem sunt. In causis autem contin
git quod idem est causa et causatum
secundum diuersum genus cause vt pa
tet. 2° phisicorum. et 5° methaphisice
sicut ambulatio est causa effici-
ens sanationis. et sanatio est cau
sa finalis ambulationis. Et ita
similiter de habitudine que est in
ter materiam et formam. quia secun
dum genus cause materialis ma
teria est causa forme quasi sustē-
tans ipsam. et forma est causa ma
terie quasi faciens esse actu secun
dum genus cause formalis. Ex par
te autem cause materialis quan
do se tenet secundum quandam
reductionem omne illud per quod ma
teria efficitur propria. huiusmodi for
me sunt dispositiones et remotio
nes impedimentorum. et ideo in
generatione naturali quando corrup

tio vnius est generatio alterius per hoc ꝙ forma vna introducitur ⁊ alia expellitur remotio forme preexistentis se tenet ex parte cause materialis. ⁊ ideo sʒ ordinez cause materialis precedit naturaliter introductionem alteri9 forme. sed sʒ ordinem cause formalis econuerso. q2 forma finis ⁊ agens coincidunt in idem numero vel specie. ideo etiam in ordine cause efficiētis introductio forme prior est quia forma introducta est similitudo forme agentis per quā agens agit. Et similiter in ordine cause finalis. q2 natura principaliter intendit introductionem forme ⁊ ad hanc ordīnat expulsionem oīs cum quo non potest stare forme introductio. Unde cum gracie infusio et remissio culpe se habent sicut introductio vnius forme ⁊ expulsio alterius. constat ꝙ sʒ ordinem cause materialis remissio culpe precedit infusionem gracie. sʒ sʒ ordinem cause formalis efficientis finalis infusio gracie natura prior est. sed extirpatio viciorum dicitur operari ad virtutum ingressum per modum cause materialis. Ad rationes in opposi tum patet responsio ex dictis.

AD terciam questionem sic proceditur. Et videtur ꝙ non attribuatur conuenienter fidei operatio miraculorum ¶ Primo sic. Gracie enim gratis date a virtutib9 differunt eo ꝙ virtutes sanctis oībus sunt cōmunes. gracie gratis date diuersis distribuuntur sʒ illud. 1. Cor. 12. Diuisiones graciarum ⁊c. In eodem capitulo dicitur. Alijs datur operatio virtutum ⁊c. ergo facere miracula non est attribuendum fidei. si dicatur ꝙ attribuatur fidei sicut merenti. gracie autem gratis date tanꝙ exequenti Contra est qd' dicit glo. super illud Math. 7°. Nonne in nomine tuo prophetauimus ⁊c ꝙ prophetare/ v̓tutes facere/ demones eicere/ interdum non est meriti illius qui operatur sed ex inuocatione nominis xp̄i. ergo nec sic ē fidei attribuendum. ¶ Secundo sic. Caritas est principium et radix merendi. quia fides informis mereri non potest. si ergo fidei propter meritum attribuitur operatio miraculorum magis est attribuenda caritati ¶ Tercio sic. Posita causa ponitur effect9 si ergo fides ē causa faciendi miracula omnes qui fidem habent miracula facerent qd' patet esse falsum. ergo non est fidei miracula facere ¶ In oppositum est euangelium vbi dicit̄. Fides tua te saluum fecit. ¶ Rendeo. Dicendum iuxta sanctum Tho. in li. de potentia dei. ꝙ conuenienter virtuti fidei attribuitur operatio miraculorum. Patet conclusio ex illo Marci vlti. Signa aūt eos qui crediderint hec sequent̄ ⁊c. Item

Math. 17. dicit dñs. Si habue-ritis fidem sicut granum sinapis dicetis monti huic transi hinc et transibit. Pro cuiꝰ conclusionis declaratione notandum ꝙ sancti miracula fecerunt dupliciter secundum Grego. in. 2º dialagorum scꝫ oratione impetrando vt miracula diuinitus fiant ꝛ ꝑ potestatem. vtroqꝫ autem modo fides ydoneum reddit hoiem ad miracula facienda. Ipsa eniꝫ meretur proprie vt oratio exaudiatur de miraculis faciēdis. quod ex hac ratione videri potest. Sicut eniꝫ in rebus naturalibus videmus ꝙ a causa vniuersali omnes particulares cause sumūt efficaciam agendi. tamen effectus naturalis ꝛ proprius attribuitur cause particulari. sicut patet ď virtutibus actiuis inferiorum corporum respectu virtutis celestis corporis. ꝛ de orbibus inferioribus qui ꝛ si sequantur motū primi orbis habent tamen singuli proprios motus. Ita est ꝛ de virtutibus quibꝰ meremur. naꝫ omnes habent efficaciam merendi a caritate q̃ nos vnit deo a quo meremur ꝛ voluntate perficit per quã meremur. singule tamen virtutes merentur singularia q̃daꝫ premia eis proportionabiliter respondentia. sicut humilitas meretur exaltationem, et paupertas regnuꝫ. Unde q̃nqꝫ caritate cessante ꝑ actū aliaꝝ ꝟtutuꝫ etiam si aliquis mereatur ex condigno

ex quadam tñ diuina liberalitate aliqua ꝯgrua bñficia retribuuntur ꝑ hmõi actibꝰ saltē in hoc mundo. vñ dicit ꝙ per ea q̃ sunt ex genere bona extra caritatē facta merent᷑ aliqui ex ꝯgruo interdū bonoꝝ tēporaliū multiplicationē. per hūc aūt modum fides meretur miraculoꝝ opationē lꝫ radix merendi sit ex caritate. Cause rō pōt assignari triplex. Primo quidem q2 miracula sunt q̃dam argumenta fidei huꝫ per ea que naturā excedunt illorum veritas cōprobatur q̃ naturalem trãscendunt rōem. vñ Marci vlt. dicit᷑ Illi profecti predicauerūt vbiqꝫ dño cooperante et sermoneꝫ confirmante sequētibus signis. Secunda rō est. q2 fides potissime diuine potentie innititur quã accipit vt rōem vel medium ad assentiendum his q̃ supra naturaꝫ esse viderentur. ꝛ ideo diuina potentia in opatione miraculoruꝫ precipue fidei ꝯsistit. Tercia rō est. q2 miracula preter naturales cãs fiunt. fides aūt ē q̃ nō ex rationibꝰ naturalibꝰ ꝛ sensibilibꝰ argumentū assumit sed ex rebus diuinis. vñ sicut paupertas reruꝫ tēporaliuꝫ meret᷑ diuicias spirituales, ꝛ humilitas meretur celestē dignitatē. ita fides quasi ꝯtempnēdo ea q̃ naturaliter fiunt quodãmodo miraculoꝝ opatōem meretur q̃ preter naturalem virtutē fit. ¶ Ad rationes in oppositum Ad primaꝫ respondetur negãdo

consequentiã. Et ratio est. quia
facere miracula attribuitur gra-
cie gratis date. sicut principio p
ximo. fidei vniuersaliter correspondet ad
huiusmodi graciam consequen-
dam. ¶ Ad confirmationẽ re
spondetur negando consequen-
tiam. Et ratio est. qr licet caritas
sit maior ad hm̃oi graciam con
sequendam q̃tum ad radicẽ me
rendi tamen ex quadam libera-
litate cõgrua beneficia huiusmo
di alijs virtutibus attribuuntur
¶ Ad secundam respondet ne-
gando consequentiam. Et ratio
est. quia licz caritas sit maior vir
tus fide: largitur tamen fidei ef-
ficaciam merendi. Fides tñ ma
gis cõgruit ad particulariter me
rendum miraculorum operatio-
nem vt patet ex supra dictis.
¶ Ad terciam dicendum negã
do consequentiam. Et ratio est.
quia fides non est sufficiens cau
sa ad miracula facienda sed dis
positio quedam. Fiunt autẽ mi
racula secundum ordinem diui-
ne prouidentie que hominibus
congrua remedia pro varijs cau
sis diuersimode dispensant.

¶ Expliciunt questiones euan
geliorum de tempore per to-
tum annum edite per Reueren
dum patrem dominum Johan-
nem de Turre cremata Cardina
lem sancti Sixti.

¶ Incipiunt questiones Euan
geliorum de sanctis.

In festo beati Andree est euangelium
Ambulans Jhesus rc. Mathei
4°. Circa quod possunt disputa
ri sequentes questiones. ¶ Pri
ma. Utrum xp̄us conuenienter voca
uit ad predicationis officium Pe
trum et Andream et Jacobum ze
bedei et Johannem. ¶ Secũda
Utrum oporteat sequentibus xp̄m
oĩa tẽporalia relinquere. ¶ Ter
cia. Utrum beat° Andreas et alij
qui secum sunt vocati hac voca
tiõe fuerit vocat° ad apostolatũ

Ad primam questionem sic proceditur. Et
videtur q xp̄s non conuenienter vo
cauit ad predicationis officium
Petrum et Andream et Jacobum ze
bedei et Johãnem. de quib° in euã
gelio. quia simplices et indocti p
hibentur eligi. vt. 39. dis. de Pe
tro. sed illi apostoli erant simpli
ces et indocti. g° conuenienter nõ
debuit illos eligi. ¶ 2° sic. Electio
ad officium qd respicit vniuer-
sum orbem debet esse de psonis
de oĩ natione et non de vna spe-
ciali. ergo xp̄us eligens aplos de
vna gente. s. de Judea videtur in
conuenienter elegisse. ¶ 3° sic.
quare magis de arte piscatoria q̃
videtur vilior esse quam oẽs elegerit
eos q̃ de alia. ¶ In opp° ẽ euã
gelium cui nõ pot subesse falsum

nec in operibus xpi aliqd inconueniens. ¶ Rndeo. Dicendū q xps conuenienter elegit Petrum et Andream et cet ad predicationis et dispensationis diuini verbi ministerium. Patet. q xps est virtus et sapientia. i. Cor. i. ergo ipse sapienter oia fecit et virtuose. Ad rōes in opp. Ad primā dicendū q illi apli cum a xpo fuerunt deputati predicationis officio ipse fecit ipsos ydoneos et doctos et suppleuit oēs defect in eis qui bus ait. Ego dabo vobis os et sapientiā cui non poterūt resistere oēs aduersarii vestri. Voluit autem hos simplices et indoctos assumere ad predicationis officium. ne aliquis eorum gloriaretur se sua virtute aut sapientia eligi meruisse. hec rō assignat a Paulo aplo. i. Cor. i. dicens. Uide te vocationē vestram fratres. quoniam non multi sapiētes. s carnem. nō multi potentes. nō multi nobiles. sed q stulta sunt mundi. i. eos qui s mundū stulti videbantur elegit dñs ad predicationis officium. sc piscatores illitteratos. et hoc vt confundat sapientes i. eos qui de sapia mundi confidūt. et infirma mundi. i. hoies impotentes s mundi. i. rusticos et colonos elegit de ad predicationis officiū. et hoc ideo vt cōfundat fortia. i. potētes h mundi. Item elegit ad predicationis officiū ignobilia mundi. i. eos qui s mundū sunt ignobiles. et contemptibilia. i. eos qui s mundus sunt cōtemptibiles vt pauperes. et ea q non sunt. i. eos qui non vident in seculo aliquid elegit ad predicationis officium. et hoc ideo vt ea q sunt. i. eos qui falsse in mundo aliquid esse videntur destrueret. Et assignans rōes hoz dicens. ideo nō elegit excellētes in seculo sed abiectos vt non glorietur ois caro in cōspectu eius. i. vt nullus p quācunq carnis excellētia glorietur p cōparationē ad deū. et h ētiā q mūdus sue fidei subicat non per sublimes in mundo sive seculo sed p abiectos nō pōt h glo riari q p aliq carnales excellentias saluatus sit mundus. Nota tñ q lz xps a principio vocauerit ad predicationis officiū simplices hoies nō tñ ita q nullus vocauerit litteratus. qr Nathanaelem et Nicodemū vocauit vt p3 Johan. i. et 3. qr si solos simplices vocasset credi posset q fuisset ex simplicitate decepti. Uerus tñ simplices magis cōstituit aplos et predicatores euangelii q litteratos vt fides euangelii magis attribueretur sapie diuine q hūane. sicut dictū est. ¶ Ad secundam rndet negādo cōnām. Imo cōuenienter de illa sola gēte iudaica assumēdi erāt apli. de qua assūpti fuerāt pphete qui erat fides vni veri dei qui fecit celum et terram Unū beatus Aug. li. de cōsensu euāgelistaz assignās hāc rōnē

dicit sic. q gens hebrea tantum
deputata est a xpo ad pphetizan
dum illa q de illo futura erant.
non quidem quin p sibillas et va
tes ipor gentilium multa de xpo
dicta/ et multa in libris eorum le
gantur q pro nostra xpiana reli
gione testimonium ducunt. que a
sanctis angelis vel ab ipsis pro
phetis iudeor audiri potuerut.
sicut etiam ipsum xpm in carne pre
sentem demonia coacta sunt con
teri que tn illi genti hebree ad p
phetizandum et predicandum de
putate erant. vnus deus verus qui
fecit celum terram et oia q in eis
sunt. quo offenso sepe suis hosti
bus subdebatur merito solum de
gente illa pphetas et aplos habe
re voluit qd etia magnu benefi
cium fuit. qd prestiti ecclesie sue
vbiqz per terras diffuse vt gens
hebrea q inimica remanebat xpi
nois vbiqz iam dispersa et delata
ne illa que de xpo per pphetas et
aplos dicta sut ficte a nobis pu
tarent esse coposita. codices pro
phetar et aplor de gente eorum
vbiqz portarent. et sic fieret vt ges
inimica fidei nostre testis fieret
veritatis nostre. ¶ Ad terciam re
spondetur q triplex ro ex dictis
sanctor pot colligi. q ostendit con
gruum fuisse aplos hos maiores
de arte piscatoria fuisse vocatos
magis q de alia. Prima ex ipsius
artis vilitate et paupertate. Dicit
enim Aug. q ideo dns non elegit
reges aut senatores aut philoso
phos ad aplatum sz elegit indoc
tos/pauperes/ et piscatores. qr si
doctores vel oratores elegisset for
tassis qlibet eor diceret se electu.
qr doctrina sua eligi meruit. pp
ter qd deus noster volens super
bor frangere ceruices no qsiuit
oratorem sz piscatorem et p pisca
torem lucratus est imperatorem.
Secuda ca sequitur ex ipsius ar
tis congruitate. dicit enim Chriso.
super huc passum. Congrue deus
noster per loca piscatoria transit
piscatores piscaturus. qui pisca
tores future dignitatis graciam
sui opere artificii pphetabant qr
sicut qui retia iactat in aqua ne
scit quos pisces coprehensurus sit
sic et doctor qn diuini sermonis
retia iactat super populum nescit
qui sunt accessuri ad dnm. quos
cumqz dns excitauerit illi adhe
rent eius doctrine. Tercia ro se
quitur ex illius artis a peccato im
munitate. Querit enim Grego. qua
re Petrus post eius conuersionem ad
piscationem rediit et no Matheus
ad theolonei negociu no resedit
Soluit q qr negocium qd ante
conuersione sine peccato extitit hoc
etiam post conuersionem repete
re culpa non fuit.

AD Secundam

questionem sic proceditur.
Et videtur q no oporteat seque
tibus xpm oia temporalia relinq
re. ¶ Primo sic. Paupertas no re
quiritur ad pfectionem. ergo et

ans probatur. quia relinquere omnia videtur esse illicitum. Apostolus .ii. Cor. 8. dat formam fidelibus faciendi elemosinas dicens. Si voluntas prompta est secundum illud quod habetur accepta est. i. ut necessaria retineatis. Et postea subdit. Non ut aliis sit remissio vobis autem tribulatio. glo. i. paupertas.

¶ 2. sic. Quicunque exponit se periculo peccat. sed ille qui omnibus suis relictis voluntariam paupertatem sectatur exponit se periculo secundum illud Proverb. 30. Ne forte egestate compulsus furer et periurem nomen domini.

¶ Tercio sic. Virtus in medio consistit ut dicitur .2. Ethicorum. sed ille qui omnia dimittit per voluntariam paupertatem non videtur in medio consistere sed magis in extremo. ergo non agit virtuose. et ita hoc non pertinet ad vite perfectionem. ¶ In oppositum videtur esse euangelium presens. Respondeo. Dicendum quod sequela christi duplex potest distingui. Una est communis et necessaria omnibus ad salutem in qua consistit perfectio vite christiane ad quam pertinet perfecta observantia preceptorum caritatis. de qua sequela habetur Johan. 8. ubi dicitur. Qui sequitur me scilicet credendo et amando non ambulat in tenebris sed habebit lumen vite. De quo Math. 19. Si vis ad vitam ingredi serva mandata. Alia est sequela christi supra communem statum saluti necessarium sicut sequela christi per imitationem vite in paupertate et austeritate et huiusmodi aut in passione. de qua sequela dicitur in presenti euangelio quod apostoli isti vocati secuti sunt christum. et Mathei. 19. dicitur. Vende omnia que habes et sequere me. et Petrus apostolus dicit. Quid erit nobis qui relinquimus omnia et secuti sumus te. Iuxta hanc duplicem sequelam distinguitur duplex perfectio ut tangit sanctus Thomas secunda secunde. questione. 84. articulo. 3. ubi ita dicit. Homo habet quandam perfectionem sue nature statim cum quasi nascitur que pertinet ad rationem speciei. Est et alia perfectio ad quam per augmentum adducitur. Ita est quedam perfectio caritatis pertinens ad ipsam speciem caritatis ut scilicet deus ametur super omnia et nihil contra eum ametur. Est autem alia perfectio caritatis etiam hac vita ad quam aliquis ad aliquid augmentum spirituale pervenit utpote cum homo etiam a rebus licitis abstinet ut liberius diuinis obsequiis vacet. et hoc modo religio dicitur quedam disciplina sive exercitium ad apprehendendum hoc perfectionis augmentum. Unde in collationibus patrum dicit abbas Moyses de religiosis loquens. Ieiunia. incediam vigilias labores corporis nuditatem lectionem ceterasque vir-

rutea debere suscipere non nouerim, ita ut ad perfectionē caritatis possimus coincēdere. Istis distinctionibus prehabitis sit ista conclusio prima. Ad sequelam primam christi et ad habendam primam perfectionem non est necessarium omnia relinquere temporalia per voluntariam paupertatem, sed sufficit ut super omnia deus diligatur et nihil contra eum amictur. sive q preceptia caritatis obseruentur. Ista conclusio est manifesta. nam ut dicit sanctus Tho. Summa perfectio potest esse cum magna opulentia. Nam Abraam cui dictum est Gen. 17. Ambula coram me et esto perfectus. legitur dives fuisse. et similiter reges et principes christiani prelati et alii christiani minores qui non renunciauerunt bonis temporalibus quorum multi sunt in statu gracie. Secunda conclusio. ad sequelam secundam et secundam perfectionem requiritur renunciatio sive dimissio temporalium ut patet Math. 19. Si vis perfectus esse etc. et Luce. 9°. Qui vult venire post me abneget semetipsum et sequatur me. Ista conclusio patet. quia sicut dictum est status religionis est quedam disciplina sive exercitium per quod pervenitur ad perfectionem caritatis ad quod necessarium est q aliquis affectum suum totaliter abstrahat a rebus mundanis. dicit enim Augusti. li. 10. confessionum ad deum loquens. Minus te amat qui tecum aliquid amat quod non propter te amat. Unde et ut li. 83. q. dicit A[illegible] nutrimentum caritatis [illegible] diminutio cupiditatis. perfectio ubi nulla cupiditas. Ex hoc aūt q aliquis res mundanas possidet allicitur animus eius ad earum amorem. unde Augusti. in epla ad Paulinam et Therasiam q terrena diliguntur artius adepta q concupita. et Chri. super Math. q appositio divitiarum maiorem accendit flammam et vehementior fit cupido. Et inde est q ad perfectionem caritatis acquirenda primum fundamentum est voluntaria paupertas ut absque proprio vivat dicente domino. Mathei 19. Si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et da pauperibus et veni sequere me.

¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ad dictum apostoli dicendum q loquitur in firmis quos sic dare monet ut egestatem non patiantur. Et similiter ex alia glosa non est intelligendum q non liceat omnia temporalia abicere. sed q hoc nō ex necessitate requiratur. ¶ Ad secundam respondetur negando. Dicimus enim q ille qui propter christum omnia dimittit non exponit se periculo spirituali vel corporali ¶ Spirituale quidem periculum provenit ex paupertate quando non est voluntaria.

Periculū autem corporale non imminet illis qui intētionē sequē di xp̄m omnia sua relinquūt diuine puidentie se committentes. Unde Augustin⁹ dicit in libro de sermōe domi in mōte. Querentibus regnū dei ⁊ iusticiā eiᵘˢ nō debet subesse solitudo ne necessaria desint. Ad tertiā respōdetur negando minorē Et ratō est. q2 mediū virtutis secūdum philosophū accipit secūdum ratōnem rectam. non secūdum q̄titatem rei. ⁊ ideo quicquid pōt fieri secūdum rationē rectā nō est viciosum ex magnitudine q̄titatis sed magis virtuosū. Esset autem p̄ter rationem rectam siquis omnia sua consumeret in intemperantia vel absq3 vtilitate. Est aūt secūdum rationē rectā q̄ aliquis diuitias abiciat vt contemplationi sapiē vacet qd' et phi quidam fecisse leguntur. Unde multomagis secundū rationem rectam est vt homo oīa bona sua relinquat ad hoc q̄ xp̄m pfecte sequatur. vnde Jeronim⁹ ad Rusticum monachū. Nudū xp̄m nudus sequere.

Ad tertiā questio

Utrum beatus Andreas et alii qui secum sūt vocati hac vocatione fuerit aduocat⁹ ad apl'atū respondetur q̄ sic. ¶ Pro quo notandum q̄ triplex fuit vocatio apostolorum. Prima vocatio fuit imediate post baptismū christi. vt habetur Johānis p°. quando duo discipuli Johānis audierunt ipsum Johānem dicentem de xp̄o. Ecce agnus dei. et secuti sūt Jhesum. Et ibi dicit q̄ Andreas frater Symonis erat vnus ex duobus qui secuti fuerunt ihesū. Et dicitur infra q̄ adduxit fratrem suum Symonē ad ihesum. Ista autem vocatio fuit ad christi familiaritatem. Secūda vocatio fuit in captura piscium quam describit Lucas quinto capitulo vbi dicit. q̄ christus propter turbas irruentes ascēdit in nauim Petri ad predicandum. ⁊ finita predicatōne iussit laxari rethe in capturā piscium. et visa multitudine Petr⁹ sciens q̄ non poterat esse virtute humana procidit ad genua ihesu. Et ista vocatio dicitur esse ad discipulatum. Tertia autem vocatio fuit de qua hic in p̄nti euangelio fit mētio quando relictis omnibus secuti sunt Jhesum totaliter et adherentes ad predicta negotia amplius non reuersuri. Et hac vocatione sunt vocati ad apostolatum.

In festo beati Nicolai

In festo beati Nicolai ⁊ euang⁹. Sint lūbi vestri precincti. et lucerne ardentes in manibus vestris ⁊ cetera. Luce duodecimo. ¶ Circa quod venit disputanda hec questio. ¶ Utrum beatus Nicolaus sic

lucernas ardentes.i. sanctorum operꝫ pfectionē habuit in mani bus suis vt credatur a cunabulis in baptismo vl ra cōmunem legem specialem effectum gracie suscepisse. Et videtur ꝙ non. qꝛ baptism9 equalem effectuꝫ habet in oībus maxime in puulis vbi non precedit alia dispositio maior in vno ꝙ̄ in alio. ergo beatus Nicolaus non habuit cum paruul9 fuerit baptisatus specialem effectum gracie. ¶ Secūdo sic. In qualicunqꝫ dispositione infans nascatur ⁊ qualiacunqꝫ habeat naturalia vnus non nascitur magis peccator ꝙ̄ alius. ergo pari ratione in regeneratōne vnus non debꝫ regenerari magis vel melius ꝙ̄ alius. ¶ In opp9 arguitur ex multis q̄ dicūtur de beato Nicolao. Qꝛ supra cōmunem legem specialē graciā suscepit ex baptismo. Dicitur primo in vita sua ꝙ in innocentia puerilia iura transcendēs euāgelice institutionis discipulus effect9 ē. Secundo legitur ꝙ beat9 Nicolaus adhuc puerulus multo ieiunio macerabat corp9. Tercio ex illo qđ dicitur. A puericia secut9 est dn̄m. Quarto ex illo qđ legitur de eo ꝙ postꝙ̄ domi puerilem decurrit etatem cūctis mūdi hui9 spretis oblectationibus xpi se iugo subiciens documētis sanctis suum prebuit auditum. De operib9 sanctis suis q̄ velut lucerne ardētes splendebāt in eo historia plena est. qualiter erat valde compatiens ⁊ super afflictis pia gestabat viscera vt veraciter posset dicere illud Job.31. Ab infancia creuit mecum miseratio. Quo circa dicitur in historia ꝙ operibus sanctis Nicola9 humiliter insistēs reuelatione diuina prouectus est ad summum sacerdocii gradum. ¶ Respondeo. Dicendum saluo meliori iudicio. ꝙ illa que dicta sunt sunt satis pbabilia testimonia ꝙ iste sanctus in baptismo aliquā specialem graciaꝫ supra communeꝫ legem accepit. nec est hoc incōueniens. quoniam vt inquit dominus Bonauentura in.4°. di.4. Gratia mensuratur sꝫ9 liberalitatem dei dantis. non sꝫ9 qualitatem suscipientis nisi de cōgruo ⁊ hoc sꝫ9 ꝙ suscipiens se preparat non sꝫ9 ꝙ est capax. qꝛ ergo deus operatur in baptismo secūdum exigentiaꝫ sacramenti. ⁊ interius vnus est magis disposit9 ꝙ̄ alter. ideo equaliter dat oīb9 paruulis ꝙ̄tum est de lege cōmuni qꝛ tn̄ potestas eius non est alligata sacramento nō est necesse ꝙ semper det equaliter sꝫ potest facere cui vult speciale priuilegium. hec Bonauentura. Concordat etiā sanctus Tho. in tercia parte. ¶ Ad rōes in opp9. Ad primā ridetur. ꝙ rō precedit de lege cōmuni. sed cum deus operetur in sacramento vt agens voluntarium potest sꝫ9 ordineꝫ sue

providentie aliquid speciale vni concedere qd' non alteri. ¶ Ad secundam rñdet negando consequentiam ratione iam dicta.

IN festo beati

Thome apostoli ē euāgeliū. Thomas aūt vn⁹ ex duodecim ꝛc. Johan. 20. Circa qd' pñt disputan sequentes q̄ões. Primo. Utrū fides sit de visis ¶ 2° Utrū Thomas de necessitate salutis tenebat apparente sibi dño ꝛ dicēte Tho. ꝛc. ꝯfiteri fidem diuinitatis et hūanitatis in xp̄o. ¶ 3° Utrū credere his q̄ non vidimus sit laudabile.

AD primam sic

procedit. Et videtur ꝙ fides sit de visis. Primo ex pñti euāgelio vbi xp̄us ait. Tho. q2 vidisti me Thoma / credidisti. ergo de eodē est visio ꝛ fides. 2° sic. 1. Cor. 13. dicit aplus. Uidemus nūc p speculū in enigmate ꝛ loquit p cognitionem fidei. g° fides ē visio ꝛ id qd' credit videt ¶ 3° sic. Lumen fidei sic se habz ad articulos fidei sicut lumē naturale ad principia naturaliter cognita. sed lumē naturale facit principia p se nota. g° etiā lumē fidei facit videre articulos fidei ¶ In opp⁹ ē aplus dicens ad Heb. 11. Fides est argumētū nō apparētiū. g° fides nō est de visis. Rēndeo. Dicēdū s3⁹ sanctū Tho. in tercio. ꝙ visio ppue loquendo ē actus sensus visus. s3 propter nobilitatem istius sens⁹ translatū est nomen visionis ad actus aliarū potentiarū cognitiuarum s3⁹ similitudinem ad sensum visus. potest ergo attendi similitudo ꝙtum ad genus cognitionis tātū. ꝛ sic largo mō ꝛ improprie omnis cognitio visio dicitur. ꝛ s3⁹ hoc fides est de visis Potest etiam vlteri⁹ attendi ista similitudo non solum ꝙtum ad genus cognitionis sed ꝙtū ad modum cognoscendi. Modus autem quo sensus visus videt ē inꝙtum species visibilis facti in actu per lumen formatur in visu Unde transferendo nomen visionis ad intellectū proprie intelligendo videmus quando p lumen intellectuale ipsa forma intelligibilis fit ī intellectu nostro siue illud lumen sit naturale. sicut cum intelligimus quantitatem hominis alicuius huiusmodi siue sit supnaturale sicut quomodo deum in patria videmus predicta visione consurgit sicut per lumen naturale videm⁹ principia prima que cognoscimus siut per lumen supernaturale sicut est visio ,pphete ꝛ vlteri⁹ eiꝯ q̄ in ista principia resoluere possumus p rōem dicim⁹ videre sicut ea q̄ scim⁹ demōstratione ,pbata Et s3⁹ hoc patet ꝙ fides non potest esse de visis quia forma illa intelligibilis que principale est obiectū fidei sc3 deus formatio

nem nostri intellectus subterfugit z non ē ei peruius in statu vie vt Aug⁹ dicit. et ppterea nec ea que sunt fidei ad pncipia visa reducere demonstrando possumus. ¶ Ad rōnes in oppositū Ad primam respondetur q̄ thomas aliud vidit z aliud credidit hominem vidit z deum credidit deūm confessus est cuz dixit. Deus meus z dominus meus. vbi thomas perfectior factus est in cognitione post xp̄i resurrectionem cum manifeste confessus ē ipsum esse deum ¶ Ad secundam respondetur q̄ ibi visio large accipitur. secundum primum modum ¶ Ad terciam respondetur negando ꝯsequentiam. et ratio est qr termini principiorū naturaliter cognitorum sunt cō prehensibiles nostro intellectui. ideo cognitio que surgit ex illis principiis est visio. sed non ē ita de terminis articulorum fidei. Unde in futuro quando deus per essentiam videbitur articuli erunt per se noti et visi. sicut modo pncipia demonstrationis.

Ad secundam questionem. Utruz thomas de necessitate salutis tenebatur apparente sibi domino et dicente. tho. zc. ꝯfiteri fidem diuinitatis z humanitatis in xp̄o Et videt̄ q̄ nō. Primo sic. Illud videtur ad salutem sufficere per quod homo attingit finem uirtutis. sed finis proprius fidei [illegible] coniunctio humane mētis ad [illegible] ritatem diuinam. quod poter[illegible] in tho. esse sine exteriori confessi[illegible] ne. g⁹ illa exterior fides nō fu[illegible] necessaria ad salutem. ¶ Sec[illegible] do sic per exteriorem confession[illegible] homo fidem suam aliis patefa[illegible] cit. sed hoc non est necessariuz [illegible] si illis qui habent alios instrui[illegible] re in fide. sed hoc non compete[illegible] bat thome illa hora respectu xp̄[illegible] z discipulorum ergo zc. Terci[illegible] non requiritur plus a thoma [illegible] ab aliis apostol' nisi q̄ credere[illegible] xp̄m resurrexisse. sed alius nō fu[illegible] it nessariū ad salutem [illegible]tem ex teriorem fidei cōfessionē facere ergo nec thome. ¶ In opposi[illegible] est illud Apostoli ad Roma. [illegible] Corde credit' ad iustitiā. ore aū cōfessio fit ad salutē. Rn̄deo [illegible] cēdū De necessitate salutis tene[illegible] batur thomas illa hora facer[illegible] illam confessionem xp̄o. Pate[illegible] ista conclusio. Pro quo nota q̄ ea que sunt necessaria ad salute[illegible] cadunt sub p̄ceptis diuine legis. confessio aūt fidei cum sit quid[illegible] affirmatiuū non pōt cadere nisi sub precepto affirmatiuo. vnde eo mō ē de necessariis ad salutem quo pōt cadere sub p̄cepto affirmatiuo diuine legis. Precepta aūt affirmatiua nō obligant sp̄. et si semp obligent obligant autez p loco z tp̄e et sc̄m alias circūstantias debitas sc̄m quas oportet actum humanum

limitari ad hoc ꝙ sit act⁹ ꝯtuos⁹
sic igitur cōfiteri fidē necesse ē nec
in quolibet loco ē de necessitate
salutis. sꝫ aliquo loco et tpe q̄m
si ꝑ omissionē hmōi cōfessionis
subtraheretur honor debit⁹ deo.
vel etiā vtilitas ꝓximis impēdēda
puta si aliquis interogatus de fi
de taceret et ex hoc crederetur. vel
ꝙ nō haberet fidē vel ꝙ fides nō
esset vera vel alii per ei⁹ taciturni
tatē auerterentur a fide. In huiusmōi.
n. casib⁹ ꝯfessio fidei est de
necessitate salutis. sed iste casus
est i ꝑsentiarū. Iaꝫ enī primo dixe
rat thomas ꝙ nolebat credere.
nisi videret in manibus fixuram
clauorū et mitteret digitū rc. mō
ꝯo si non cōfessus fuisset ore fi
dē perfectaꝫ de christo estimatus
fuisset non habere fideꝫ de cristo
Unde dn̄s ait illi. Noli esse incre
dulus sꝫ fidelis. vel estimatus fu
isset tenere ꝙ fides christi non es
set vera. vel fortasse alii discipu
li visa contumacia istius aut ta
citurnitate auerterent se a fide.
preterea subtraxissꝫ nō cōfitendo
ex quo iam erat suspect⁹ honoreꝫ
debitum deo ꝛ vtilitatem a fide
libus quā ex sua cōfessione rece
perunt. Ad rationes in opposi
tum ¶ Ad primam respondetur
negando consequentiaꝫ Et ratio
est. quia finis fidei sicut et aliarū
virtutum referri dꝫ ad finem ca
ritatis qui est amor dei et proxi
mi. et ideo quando honor dei
vel vtilitas proximi hoc exposcit
non debet esse contentus homo
vt per fidem suaꝫ veritati diuine
cōiūgatur. sed debet fidem exte
rius confiteri. Ad secūdam re
spondetur negando minoreꝫ vni
uersaliter Et ratio ē. quia in ca
su necessitatis vbi fides periclitatur
quilibet tenetur fidem suaꝫ aliis
propalare. siue ad instructionem
aliorū fideliuꝫ siue confirmatio
nem vel ad reprimenduꝫ infide
lium insultationeꝫ. sed aliis tem
poribus instruere homines de
fide nō pertinet ad oēs fideles
Ad tertiam rn̄detur negando
assumptum. quia hoc casu plus
tenebatur Thomas qui renue
rat credere resurrectionem ꝙ alii
vnde visa sua duritia ꝛ singula
ritate in nolendo credere nisi cer
tificaretur duplici sensu scꝫ visu
ꝛ tactu erat necessarium vt expre
sse confiteretur fidem quam ha
bebat de christo.

AD terciam que
stionem sic proceditur.
Utrum credere his que non vi
demus sit laudabile ꝛ meritoriū
Et videtur ꝙ non. ¶ Primo sic
Dicitur Eccle. 19. Qui cito cre
dit leuis est corde. sed qui credit
his que nullomō videt nimis
cito credit. ergo talis magis est
vituperandus ꝙ laudandus.
¶ Secundo sic. Abnegare ra
tionem que est nobilissimum eo
rum que in nobis sunt est vitupe
rabile. sed qui credit ea que non

ſunt rationi conſona rationē ab
negat. ergo talis eſt vituperabi/
lis. ¶ Tertio ſic. Diſcretio eſt il/
la que facit eſſe opus noſtrū lau
dabile. ſed cū omnis noſtra diſ
cretio ſit per rationē in his que
preter rationem ſunt / non habe/
mus aliquid quo diſcernamus.
ergo huiuſmodi credere non eſt
laudabile. quia ita poteſt homo
credere falſis ſicut veris. ¶ In
oppoſitum eſt euangelium pñs.
Beati qui non viderunt ꝛ credi/
derunt. Reſpondeo. Dicēdum
ꝙ credere prime veritati in his q̄
non videntur laudabile ꝛ meri/
torium eſt. probatur ſic. Omnis
actus virtutis eſt laudabilis et
meritorius quantum in ſe. ſꝫ cre
dere de his que non videntur eſt
actus virtutis fidei que eſt argu
mentum non apparentiū ſecun
dum apoſtolum. ergo eſt lauda/
bile ꝛ meritorium. Pro cuius cō
cluſionis pleniori noticia eſt ſciē
dum ꝙ ſicut Phūs primo Ethi/
corum dicit. Laus proprie ſecun
dum reſpectum ad alterū quod
dignius eſt attenditur. Sicut vi
demus ꝙ actus concupiſcibilis
laudatur inquantum ordinate
ſe habet ad rationem. actus au/
tem rationis inquantum ordina
te ſe habet ad intellectū quo di
rigitur. eſt actus etiam ſuprema
rum potentiarum ſꝫ quꝰ q̄d ſe habꝫ
ad finē. Et propter hoc illa que
ſunt optima non laudantur ſed
honorantur. ꝛ q2 virtus eſt diſpo

ſitio perfecti ad optimū vt dicit
7º Ethi. ideo proprie virtutis ac
tus laudabilis eſt. Noſtra autē
naturalis ꝯgnitio ſe habet ad di
uinam ſicut ad ſuperiorē. Et ideo
cum ratio noſtra diuine veritati
conſentit actus laudabilis eſt ſi
cut concupiſcibilis rationi ſubdi
tur. ꝛ ideo credere veritati prime
in his que non videntur lauda
bile ꝛ meritorium eſt ꝛ actus vir
tutis. ¶ Ad rōes in oppꝰ. Ad
primā rñdetur negando minorē
Licet enī credere hoi abſq3 rōe
probabili eſt cito credere. q2 cog
nitio diuina hoīs nō eſt naturali
ter ordinata ad cognitionē alte
rius vt per ipm reguletur. ſꝫ hoc
mō eſt ordinata ad veritatē pri/
mam. ¶ Ad ſecundam rñdetur
negando ꝯñā. Et rō eſt. q2 ho/
mo cū credit non abnegat rōē
quaſi ꝯtra eam faciens. ſed eam
tranſcēdit, altiori dirigēti innixꝰ
ſcilꝫ prime veritati. q2 ea que fi/
dei ſunt et ſi ſupra rationem ſint
non tamen contra rationem. ea
autem que ſupra hominem ſunt
querere non eſt vituperabile ſed
laudabile. q2 homo debet ſe ad
diuina erigere quantūcunq3 po
teſt vt dicit phūs. 10. Ethi. Ad
tertiā reſpondetur negando mi
norem. Dicimus enim ꝙ diſcreti
onem credendorum habet hō ꝑ
lumen fidei. ſicut diſcretionē ſpi
rituum per aliquam gratiā gra
tis datam. Unde homo lumen
fidei habens non conſentit his

que ꝯtra fideꝫ sunt nisi inclinati onē fidei relinquat ex sua culpa

IN festo beati

Stephani, est euangelium. In illo tempore. Dixit Ihesus turbis iudeorum ꝛc. Math. 23. Circa quod possunt disputari sequentes questiones ¶ Prima Utruꝫ conuenienter christus misit ad iudeos ꝓphetas/scribas/ et sapientes sciens et predicens eos occidendos per iudeos.

¶ 2º Utrum Stephanꝰ in hac vita viuens vidit deū ꝑ essentiaꝫ

AD primaꝫ que

stionem scꝫ. Utrum xp̄s conuenienter misit ad iudeos ꝓphetas scribas ꝛ sapientes sciēs ꝛ predicens eos occidendos per iudeos sic proceditur. ꝛ videtͬ ꝙ non. ¶ Primo sic. Quia hoc videtur īspere quandaꝫ crudelitateꝫ. sicut mittere innocentes oues ad lupos per eos diripiendos.

¶ Secūdo sic. Si xp̄s misit eos et sciuit eos occidendos. voluit eos mori. sed hoc est voluntas dei. g° iudei ꝯformauerunt voluntatem suam diuine. ꝛ ita non peccauerunt. ¶ In oppᵒ est euāgeliuꝫ. ¶ R̄ndeo. Dicendum ꝙ ꝯuenienter xp̄s misit ad iudeos prophetas ꝛ scribas ꝛ sapientes. misit dico ad instructionem eoꝝ non ad hoc vt occiderentur ab eis. licet bene preuidit ꝙ essent ꝑ eos occidendi. Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur ꝙ falsum est ꝙ hoc sapiat crudelitatem aliquaꝫ. quia non misit eos hac intentione vt a iudeis interficerentur. bene tamen dedit eis bonam voluntateꝫ vt si contigeret eos morti tradi patienter et libenter mortē susciperent ¶ Ad secundam respondetͬ negando ꝯ̄sequētiam. Et ratio est quia ꝯ̄formitas voluntatis humane ad diuinaꝫ non est simpliciter in volendo qđ deus vult sed in volendo ex modo scꝫ ex caritate sicut deus vult vel ad eūdeꝫ finem. et hoc modo iudei interficiēdo missos a christo voluntatem suam nō conformauerunt diuine. quia prophetas et scribas et sapientes ex nequicia occiderunt. et ad impediendam salutem quam ex eoꝝ p̄dicatione sequi videbant.

AD Secundam

questionem sic proceditur Et videtur ꝙ beatus Stephanus in hac corporali vita viuens viderit deum per essentiaꝫ et videtur ꝙ sic. Dicit Actu. 7º Intēdēs in celum vidit gloriaꝫ dei. In oppositū videtur illud Exodi. 33. Nō videbit me homo et viuet. glo. ꝙdiu hic mortaliter viuit videri ꝑ quasdam imaginationes deus potest. secundum ipsam nature sue speciēꝫ non pōt ¶ Respondeo. Dicendum sicut dicit magister Nicolaus de lyra

super actus apostolorum Actu. 7° ꝙ aliqui dixerunt ꝙ visio ista Stephani fuit mentalis ita ꝙ ex speciali gratia fuit sibi cõmissuz videre. non solum humanitatez xpi sed etiaz deitatez. sicut Paulo eo ꝙ erat doctor gentium. et Moysi qui fuit doctor iudeoruz vt dicit Augusti. Et hoc videtur dicere quedam glo. super locum istuz que talis est. Quidam electi adhuc in hac vita detenti mũdato cordis oculo videre meruerunt gloriam vt hic Stephanus et Paulus ad tertium celum raptus. Sed hoc dictuz vt dicit Nicolaus de lyra non videtur bene sonare dictis sanctorum doctorum qui concorditer dicunt ꝙ talis visio non est concessa alicui in vita presenti vtenti sensib9 exterioribus nisi homini xpo. Unde et Paulus dicitur deuz nõ vidisse nisi in raptu ab ipsis sensibus. Stephanus autem non videtur tunc fuisse raptus sed magis vtens sensib9 vtpote loquẽs iudeis audientibus. Propter qd' alii dicunt ꝙ fuit visio ymaginaria ita ꝙ in eius ymaginatione fuerunt effigies diuinit9 formate ad representanduz deum et hominem xpm. Sicut Isa. 6° Isaias vidit deum sedentem sup solium excelsum. Et mente cognouit Stephanus significatum illius representationis. et sicut quantum ad hoc non solum fuit visio ymaginaria sed etiam cum hoc mentalis sicut sic' ar prophetis. Et non est dubium ꝙ isto modo potuit fieri. sed modo loquendi scripture videtur ꝙ fuerit corporalis visio. quia dicitur in textu Cum esset Stephanus plen9 spiritu sancto intendens in celuz vidit gloriaz dei. Circa quod sine preiudicio videt' ita esse ꝙ a corpore xpi existentis in celo fuit immutatus oculus Stephani ad visionem humanitatis xpi. nam in potestate eius ꝙ corpus ei9 videatur sic a longe sicut de prope Et forte idez est de quolibet alio corpore glorioso. qr totaliter subiectum est anime propter qd' videtur ꝙ possit immutare visum indifferenter a longe et prope. et sit in potestate ei9 ꝙ immutet visum in propria vel alia effigie. sicut dicitur de corpore xpi glorioso Luce vlti. Deitatem vero videre hoc modo nõ potuit. sed sicut i visione ymaginaria formatur in virtute ymaginatiua aliqua effigies ad representandum deum. ita exterius potest diuinitus formari ad ymitationez oculi corporalis aliqua effigies corporalis non a deo assumpta seu formata potest ipsum representare oculo corporali. et sic probabiliter absqz alia assertione potest dici ꝙ fuit in visione Stephani mentaliter. tamen cognouit ꝙ illa effigies non erat ipsa diuinitas nisi rep̃sentatiue. et huic modo dicendi concordat littera cuz

dicitur. Ecce video celos apertos et filium hominis stantem a dextris dei. Et hec tantum de questione ista.

In festo beati Johannis evangeliste est evangelium. Dixit Jhesus Petro etc. Johan. vlti. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. ¶ Prima. Utrum Christus plus dilexit Johannem q̄ Petrum. ¶ Secunda. Utrum beatus Johannes fuerit mortuus.

Ad primam questionem sic proceditur. Et videtur quod non. ¶ Primo sic. Deus diligit omnia equaliter. ergo non dilexit magis Johannem q̄ Petrum. consequentia est bona. antecedens probatur. Sicut diligit omnia ita cognoscit omnia sed equaliter cognoscit omnia. ergo equaliter diligit omnia. ¶ Secundo sic. Deus eodem actu simplici dilexit Johannem et Petrum. ergo non vnum magis q̄ alium. ¶ Tertio sic. Christus magis bonum voluit Petro q̄ Johanni. ergo plus dilexit Petrum q̄ Johannem. antecedens probatur. quoniam Petro cōmisit curam totius mundi. Unde ait ei Johan. 21. Petre amas me pasce oves meas. Johanni vero nō commisit nisi custodiam vnius persone scilicet matris sue. ¶ In oppositum videtur argui ex presenti evangelio vbi specialiter Johannes nominatur dilectus a x̄p̄o.

¶ Respondeo. Dicendum quod questio ista vt tangit sanctus Tho. in prima parte. et super Johānem multipliciter solvitur. Augustinus enim refert hoc ad ministerium dicens. quod vitam activam que significatur per Petrum plus diligit deus q̄ vitam contemplativam que significatur per Johannem. quia magis sentit presentis vite angustias et citius ab eis liberari desiderat et ad deum ire. Contēplativam vero vitam plus deus diligit quoniam magis eum conservat. non enim simul finitur cum vita corporis sicut vita corporis. Quidam vero dicunt quod Petrus plus dilexit x̄p̄m in mēbris et sic etiam fuit plus a x̄p̄o dilectus vnde ei ecclesiam cōmendavit. Johannes vero plus dilexit x̄p̄m in seipso. et sic etiam fuit ab eo plus dilectus vnde ei commendavit matrem. Alii vero dicunt quod incertum est quis eorum x̄p̄m plus dilexit amore caritatis. et similiter quem dominus plus dilexit in ordine ad gloriam vite eterne sed Petrum dicitur plus dilexisse quantum ad quandam promptitudinem vel fervorem. Johannem vero plus dilexit quantum ad quedam familiaritatis indicia que x̄p̄s ei magis demonstrabat propter eius iuventutem et puritatem. Alii vero dicunt quod x̄p̄s plus dilexit Petrum quātum

ad excellentius donum caritatis Johannem vero plus quantum ad melius donuz intellectus. vnde Petrus simpliciter est magis dilect⁹. Johannes vero s3⁹ quid Presumptuosum tamen videtur hoc diiudicare, q2, vt dicit Prouerbio. 16. Spirituum ponderator est deus ⁊ non alius. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur. ꝙ amor dicit mensurari. vno modo ex suo principio ⁊ sic dicit magis amari id ad qd amandum voluntas magis inclinatur. ⁊ sic deus equaliter omnia diligit. Alio modo ex parte obiecti s3⁹ qd quis dicitur magis amare illum cui magis bonum vult. ⁊ sic deus dicitur magis diligere vnuz ꝙ aliuz inquantum vult ei maius bonu. ¶ Ad secundam respondetur ꝙ ratio procedit de affectu dilectionis secundu3 quē oīa equaliter diligit. q2 vno ⁊ simplici actu ꝙuis non velit semper equale bonum vl'idez omnibus. ¶ Ad tertiam rñdetur concedendo argumentum.

tionem peccati in quo ꝓles erat concepta ꝛ nata. ꝛ etiam ad consecrationem quandam ipsius qꝛ tunc primo presentabatur in templo. ꝛ ideo aliquid offerrebatur in holocaustum ꝛ aliquid ꝓ peccato. aliud autē preceptum erat speciale in lege de primogenitis tam in hoibus, ꝙ in iumentis. Sibi enim dominus deputauerat omne primogenitum in israhel. pro eoꝝ ad liberationem populi israhel percusserat primogenita egypti ab homine vsqꝫ ad pecus. primogenitis filioꝝ israhel reseruatis. Et hoc mandatum ponitur Exo. 13. in quo etiā prefigurabatur xp̄us qui est primogenitus in multis fratrib' vt dicitur ad Roma. 8°. quia igitur xp̄us ex muliere nat' erat primogenit' ꝛ voluit fieri sub lege. hec duo Lucas circa eū fuisse obseruata ostendit. ¶ Ad rationes in oppositum Ad primā respōdetur negando consequentiam. Et ratio est. quia licet ex lege nō teneretur. voluit tamen ex humilitate legalia seruare licet non teneretur ¶ Ad secundam respōdetur negando consequentiam. Et ratio est. quia sicut filius dei non propter seipsum factus ē homo ꝛ circumcisus in carne. sed vt nos per gratiam faceret deos. et vt spiritualiter circūcidamur sic propter nos sistitur dn̄o vt discamus p̄sentare nosipsos ꝛ h°. post circumcisionē eius factum est vt ostendat neminem nisi circumcisum viciis dignum esse diuinis conspectibus. ¶ Ad tertiam respondetur nēgando consequentiam. Et ratio est. qꝛ xp̄us ꝓpter hoc ipsum voluit hostias legales pro se offerri qui erat vera hostia vt figura veritati coniungeretur ꝛ per veritatem figura approbaretur contra alios qui dominum legis negant a xp̄o fuisse in euāgelio predicatum. non enim putandum est vt Origenes dicit. ꝙ filium suum bonus deus sub lege inimici fecerit quā ipse condiderat. ¶ Ad quartam respōdetur negando ꝯsequētiā. Et ratio est. qꝛ Leuitici. 12. precipitur vt q̄ possent agnū pro filio aut filia simul ꝛ turturem siue columbam offerrent. qui vero non sufficerent ad offerendum agnum duos turtures aut duos columbe pullos offerrent. dominus g°. qui cum diues esset propter nos egenus factus ē vt illius inopia diuites essemus. vt dicit. 2. Corinthe. 8°. pro se pauperum hostiam voluit offerri sicut et in ipsa natiuitate pannis inuoluitur et reclinatur in presepio. Nihilominus tamen huiusmōi aues figure congruunt. Turtur enim quia auis loquax predicationē ꝛ confessionem fidei significat. qꝛ vero est animal castum significat castitatem. quia vero est animal solitarium significat contemplationem. Columba vero est animal

mansuetum et simplex mansuetu
dinem et simplicitatem significat
Est etiam animal gregale vnde
significat vitam actiuam. et ideo
huiusmodi hostia significabat p
fectionem xpi et membrorum eius
Utrunqz autem animal propter
consuetudinem gemendi presen-
tes sanctorum gemitus designat.
sed turtur que est solitaria signi-
ficat orationum lacrimas. Co-
lumba vero que est gregalis sig
nificat publicas orationes eccle
sie. Utrunqz autem animal du-
plicatum offertur vt sanctitas sit
non solum in anima sed etiaz in
corpore.

AD Secundam

questionez sic proceditur
Et videtur quod beata Maria non
purganda ad templuz accesserit
¶ Primo sic. Purgatio eniz nō
videtur esse nisi immundicia vt
ex supradictis patet. ergo nō de
buit vt purganda ad templum
accedere. ¶ Secundo sic. Leui
tici. 12. dicitur. Mulier si suscep-
to semine peperit masculum im-
munda erit septez diebus. et ideo
ei precipitur quod non ingrediatur
sanctuarium donec impleant' di-
es purgationis eius. sed beata
virgo peperit masculum sine viri
li semine. ergo non debuit venire
ad templum purganda. ¶ Ter
tio sic. Purgatio ab immundi-
cia non fit nisi per gratiam sz sa
cramenta veteris legis gratiam
non conferebant sed ipsa prius se-
cum gratie actorez habebat. nō
ergo conueniens fuit vt beata vir
go ad templum purganda veni
ret. ¶ In oppositum est euan-
gelium presens. ¶ Respondeo.
Dicendum. quod conuenienter be-
ata Maria venit purganda in
templum post partum filii sui.
Patet conclusio. quia sicut ple-
nitudo gratie a Christo deriua-
tur in matrem. ita decuit vt ma-
ter humilitati filii conformare-
tur. Humilibus enim deus dat
gratiam. vt dicitur Jacobi. 4°.
Sicut ergo christus licet legi nō
esset obnoxius voluit tamen cir
cumcisionem et alia legis onera
subire ad demonstranduz humi
litatis exemplum et vt approba-
ret legem. et vt occasionem iude-
is tolleret propter easdem ratio-
nes voluit matrem suaz imple
re legis obseruantias quibus ta
men erat obnoxia. ¶ Ad ratio
nes in oppositum. Ad primam
respondetur negādo consequen-
tiam. Et ratio est. quia quamuis
beata virgo nullam haberet im
mundiciam voluit tamen purga
tionis obseruantiaz implere nō
propter indigentiam sed propter
legis preceptuz. et ideo signanter
euangelista dicit quod completi sūt
dies purgationis eius scz legez.
Ipsa enim scz se purgationez nō
indigebat. ¶ Ad secundam re
spondetur negando consequen-
tiam. Et ratio est. qz licet beata

virgo non obligaretur ad aliud preceptum. voluntarie tamen voluit illud obseruare ratonib⁹ dictis. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia ista purgatio legalis nō erat ab aliqua immundicia culpe. sed quadam immundicia irregularitatis cuiusdam.

IN festo beate Agathe est euangelium Simile est regnum celorum etc. Math. 13. Circa quod potest disputari sequens disputatio.

¶ Utrum Agatha pro emendo margaritaz celestis glorie prudenter egit dando omnia q̄ habuit. Et videtur q̄ non. Beata Agatha videtur in hoc commisisse symoniaz. ergo imprudenter egit. consequentia est bona. antecedens probatur. Symonia est voluntas emendi vel vendendi aliquod spirituale vel spirituali annexum. sed nihil magis spirituale ē q̄ margarita celestis glorie. ergo etc. ¶ Secundo sic. Sicut vendere carius rez q̄ valeat ita emere rem vilius q̄ valeat ē iniustum et per consequens illicitum. quia tollitur iusticie equalitas. sz omnia que beata Agatha offerre potuit non valent ita multum q̄ margarita celestis. q2 vt ait Apostol⁹ ad Roma. 8°. Nō sunt condigne passiones huius temporis. nec aliqua bona nostra vel opera ad futuraz gloriaz que reuelabitur. ergo imprudenter egit. ¶ In oppositum est euangelium. in quo commendatur ita faciens. ¶ Respondeo. Dicenduz q̄ beata Agatha prudentissime egit dando omnia q̄ habuit pro contemplatione celestis margarite considerata magnitudine precii rei quā emit que incomprehēsibilia est. Dicit eniz Macrobi⁹ in vna epistola. Prudentia est mundum istum τ omnia que in eo sunt diuinoruz cō templatione despicere. τ omnem animi cogitationem in solam diuinam dirigere. Et Bernardus in vna epistola ad Romanos. In hac vita q̄ diu durat compara tibi illam q̄ semper durat duz viuis. in carne morere mundo vt post mortez carnis viuere incipias. Nam vt ait Augustinus libro de libero arbitrio. Tanta est pulchritudo/ tanta est iocunditas lucis eterne. hec est incommutabilis veritas atq3 sapientia. vt etiam si non liceret in ea amplius manere q̄ vnius diei hora. propter hanc solam innumerabiles anni huius vite pleni deliciis et circumfluentia temporalium bonorum recte merito q3 contemnerentur ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primā respondetur negādo antecedēs. ad probationem respondetur q̄ margarita celestis siue regnum celorum dicitur emi dum quia

dat id quod habet propter deū ꝫ large sumpto nomine emptōnis secundum qḋ accipitur pro merito qḋ tamen non pertingit ad ꝑfectam rationez emptionis. Tū quia sicut dictum est non sunt ꝯdigne passiones hui⁹ temporis nec aliqua nostra bona vel opa ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis vt dicitur ad Roma. 8º Tum quia meritum nō sistit principaliter in exteriori bono vel actu vel passione sed ī interiori affectu. ꝛ ideo hic non est symonia. ¶ Ad secundam patet responsio ex dictis. q2 hic non est propria ratio emptionis vbi debeat seruari equalitas iusticie Preterea ratio non procedit qñ datur licet non equiualens quātum petit is qui vendit. christus autem habens hanc margaritaꝫ celestem cum sit pius non petit a nobis nisi quantum soluere possumus. Unde Augustinus in ꝑsona dei loquēs ait. Uenale habeo quod est regnum celorūꝫ q° emitur paupertate regnum/dolore gaudium/labore requies/ignominia gloria/morte vita. Cū ergo beata Agatha ita negociata sit vt dederit omnia sua deo. scꝫ facultates. suas pauperibus propter xp̄m distribuendo. corp⁹ autem suum letanter propter fidez xp̄i tormentis exhibendo vsqꝫ ad mortem. ꝛ ideo iuste meruit margaritam celestis glorie. De eius glorioso martirio dicitur sic in eius historia. Agatha letissime ꝛ glorianter ibat ad carcerez ꝛ quasi ad epulas inuitata agonem suum domino preab⁹ commendabat. Item dicebat quintiniano. Nisi diligenter perfeceris corpus meum a carnificibus attractari nō potest anima mea in paradisum cum palma intrare martirii.

IN Cathedra

sancti Petri est euangelium. Uenit Jhesus in partes cesarie ꝛc̄. Math. 16. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. ¶ Prima. Utrum confessio illa Petri de xp̄o. Tu es fili⁹ dei viui. primo audita sit ab ore Petri. ¶ Secunda. Utrum xp̄us confessionem illam Petri conuenienter remunerauit dicendo. Tu es Petrus ꝛc̄. ¶ Tertia. Utrum Sedes Petri potest de roma transferri ad aliam prouintiam.

AD primaꝫ questioneꝫ sic proceditur. Et videtur ꝙ illa confessio qua Petrus confessus est xp̄m filiuꝫ dei viui fuerit primitus audita ab aliis ꝙ ab ore Petri. ¶ Primo patet Johan. p° vbi Nathanael inquit xp̄o. Rabi tu es fili⁹ dei tu rex israhel. ergo Petrus non fuit primus qui profiteretur xp̄ꝫ filium dei ¶ Secundo. Math. 8° legitur ꝙ demones exeuntes

de hominibus dixerunt christo. Quid nob et tibi Jhesu filii dei ¶ Tertio arguitur sic. Si discipuli ante non habebant fidez q xps esset filius dei naturalis cuz hoc fuisset necessariuz credere quomodo mittebat eos ad predicandum. sed hoc non videtur dicendum. ergo ante professionez Petri iam credebant discipuli xpm filium dei naturalem. ¶ In oppositum arguitur ex presenti euangelio. in quo beatus dicitur ¶ Petrus ex tali confessione facta. de qua non diceretur beatus si primitus ab aliis fuisset audita. talis enim confessio erat beatitudine digna ¶ Respondeo. Dicendum iuxta Chrisosto. et Origenē qui uniformiter videntur loqui in hac questione q illa confessio de xpo q esset filius dei natural' fuit a Petro primitus audita. et ideo dicitur ei beat⁹ es. qr scz cōfessio vere fidei ducit ad beatitudinem ¶ Ad rationes in opp⁹ Ad primaz dicenduz q Nathanael non habuit cognitionez de diuinitate xpi. nec confessus ē in illis verbis xpm esse filium dei naturalem sed adoptiuum. Unde Chrisostomus respondēs ad questionem ait. Nathanael eniz non fuit beatificatus a xpo sicut Petrus cum eadem verba habuerit que Petrus. dicit enim sic vt deducit sanctus Thomas super Johannem. quia licet eadez verba et Nathanael et Petrus protulerint non tamen fuit vna intentio vtriusqz. Petrus quidem confessus est xpm esse filium dei verum et naturalem vt scilicet sic esset homo q tamen esset verus deus. Hic tamen scilicet Nathanael confessus est eum esse filiuz dei per adoptionem secunduz illud psal. Ego dixi dii estis et filii et c. Et hoc patet per verba sequētia. quia si intellexissent eum esse filium per naturam non dixisset. Tu es rex israhel solum sed totius mundi. Hoc etiaz patz. quia ad fidez Petri xpus nihil addit quasi perfectam existentem. sz ecclesiam dixit se in confessione illius fabricaturum esse. sed Nathanaelem quasi in maiori parte sui confessionis deficientem eleuat ad maiora. Unde dicit maiora videbis. ¶ Ad secundam respondetur vt dicit Nicola⁹ de lyra q illi demones magis ex cōiectura q ex certitudine dixerunt quia demon ille qui temptauit xpm in desertum erat acutioris ingenii. et tamen non potuit scire per certitudinem vtrum Jhesus esset ille qui erat promiss⁹ ad salutem mundi et deiectionem diaboli ¶ Ad tertiaz respondetur q a principio non predicabant eum esse xpm sed penitentiaz predicabant. Item potest esse q predicabant xpm sed non esse filiuz dei. quia tunc perfectam de hoc noticiaz non habebant cum nōdum essent capaces etiam recipe

re doctrinam reuelam a patre celesti vsqz ad tempus illud quo Petro reuelata est. nec enim postea ante resurrectionem discipuli predicauerunt populo q xpus esset filius dei. vnde hic Math. 16. Mandauit xpus eis q nemini dicerent q ipse esset xps ne vulgares homines qui viderent eum pati tam ignominiose scandalizarentur de eorum predicatione vt dicit Nicolaus de lyra. sz postq resurrexit a mortuis habita perfecta victoria mortis voluit publice predicari.

Ad Secundam questionez sic proceditur Et videtur q xpus non conuenienter confessionem Petri remunerauerit dicens. Tu es Petrus et supra zc. Et tibi dabo claues zc ¶ Primo sic. Nemo remuneratur conuenienter in rebus que sibi conueniunt: sed esse fundamentum ecclesie non conuenit domini puro sed soli xpo. Unde Apostolus. 1. Corinthe. 3º Fundamentum aliud nemo potest ponere preter id quod positum est quod est xpus. ergo zc ¶ Secundo sic. Clauis est ad aperiendu et claudendu3. sed hoc est solius christi qui aperit et nemo claudit. et claudit et nemo aperit. Apocalip. 3º. Ergo Petrus nō suscepit a xpo claues claudendi et aperiendi.

¶ Tertio sic. Peccatum non remittitur nisi per spiritum sanctuz sed non est commissum Petro. quia hoc non est alicuius hominis. ergo nec ei fuit potestas cōmissa remittendi peccata. ¶ In oppositum est euangelium presens in quo dominus ait Petro Beatus es Simon bariona. qz caro et sanguis id est non homo mortalis reuelauit tibi. sed zc. et ego dico et cetera. quia tu es et cetera. Quod verbum describens Chrisostomus dicit. Uide qualiter christus reducit Petrum ad excelsam de ipso intelligentiam. Illa enim se ei daturum promittit que sunt propria solius dei scilicet peccata soluere. et ecclesiam immutabilem facere inter tot persecutiones et temptationum procellas. Unde ei plenaria potestas data est super totam ecclesiam. cuius fundamentum constituitur a Christo post ipsum. Quod colligitur ex quattuor. scilicet ex singulari commissione quia commisit ei dominus tria singulariter. Primo auctoritatem clauium regni celorum. vt in euangelio presenti. Secundo pasturam ouium Johannis vltimo. Pasce oues meas. Tertio consolationem aliorum Luce. 22. Tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Secundo patet ex singulari appellatione. et hoc tripliciter. Primo appellat ipm caput tu vocaberis cephas idest caput Cephalim enī3 grece idem ē qd caput latine. Secundo. qz appel

lauit ipsū ecclesie fundamentū
vt in presenti euangelio. Super
hanc petram edificabo ecclesiā
meam. Quod verbum tractans
Augustinꝰ in quodam sermone
qui legitur hodie. Petrum itaqꝫ
fundamentum ecclesie nomina-
uit. ideo digne hoc fundamen-
tum ecclesia colit. super qd' eccle
siastici edificii altitudo cōsurgit
Tertio. quia appellauit eū be-
atum vt in euangelio presenti.
Beatus Simon bariona. i. filiꝰ
Johannis. quia caro et sanguis
non reuelauit tibi. Tertio patet
ex singulari responsione. Petrus
conuenienter semper respondebat
primitus inter apostolos. Et hoc
tripliciter. Primo in fidei conclu
sione. vnde Math. 16. in presen-
ti euangelio cum xpus quereret
a discipulis. Quē dicunt homi
nes esse filium hominis. respon-
dit Petrus pro se et omnibꝰ. Tu
es xpus filius dei viui. Secun-
do in dimissione peccatorū. Ma
thei. 18. Si peccauerit in te fra-
ter tuus ꝛc. et respondit Petrus.
Quotiens peccauerit in me fra-
ter meus et dimittam ei ꝛc. Ter-
tio in discipulorum separatione.
Johan. 6. Nunquid et vos vul
tis abire. respondit ei Petrus.
Ad quem ibimus verba vite ha
bes. Quarto patet etiam pleni-
tudo potestatis que concessa fue
rit Petro ex singulari signorum
ostensione. quia multa signa ostē
dit ei dominus q ipse esset caput
apostolorum. Primo in pedū ab
lutione. quia vt dicit Augustinꝰ
Ante quem non precessit alius.
Secundo in mans piscatōne. q
aliis apostolis dixit. Laxate re-
tia vestra. sed Petro dixit. Duc
in altum tanq capiti. Tertio sin
gulari oratione quia specialiter
rogauit pro fide Petri. Luce. 22
Ego pro te rogaui vt non defici
at fides tua. ¶ Ad rationes in
oppositum. Ad primam respon-
detur. q aliquo modo bene con
uenit Petro esse fundamentum
ecclesie. Nam non solum ipse sed
etiam alii apostoli dicuntur fun
damenta secundum illud Apo
calipsis. 21. Murus ciuitatis ha
bens fundamenta duodecim. et
in ipsis duodecim nomina apo-
stolorum. Pro quo notandum
iuxta sanctum Tho. super eodē
loco. q duplex est fundamentum.
Unum quidem quod per se ha
bet soliditatē sicut rupes aliqua
supra quā edificium constituitur
et huic fundamento xps compa-
ratur et loquitur apostolus hic.
Ipse enim est petra. de qua dicit
Math. 7. Fundata enim erat
supra firmam petram. Aliud au
tem est fundamentum quod ha
bet soliditatem non ex se sed ex
alio solido subiecto. sicut lapi-
des qui primo superponūtur pe
tre. et hoc modo apostoli dicun-
tur esse fundamentum ecclesie.
q ipsi primo superedificati sunt
xpo per fidem et caritatē. Unde

dicitur ad Ephe.2º Superedificati super fundamentum apostolorum et prophetarum etc. Inter apostolos vero singularius Petrus. Tum quia ipse primus fuit confessor huiusmodi fidei super quã ecclesia fundata ẽ. Tum secundo. quia quantum ad potestatem iurisdictionis ecclesie prout structura ecclesie surgit secundum diversos gradus ipsius potestatis sic Petrus est iste super quem ipse xpus post se fundavit ecclesiam dando sibi claves ecclesie. faciens eum solum generalem vicarium super totam ecclesiam et sup omnes ecclesiasticos gradus in ecclesia contẽtos. et sic ecclesia non est fundata super alios apostolos. quia tota potestas ecclesie fuit Petro collata. Nec habebat ecclesia aliquã potestatem iurisdictionis nisi quam xpus Petro concessit. ¶ Ad secundam respõdetur quod licet solius dei sit ppria auctoritate absolvere. fuit tamẽ Petri et eorum qui bus cum eo claves dedit sicut ministrorum et dispensatorum ministeriorum dei. Et ad auctoritatem inductam respondetur quod non est ad propositum. quia ibi loquitur de clausione qua xpus clausit limbum ne aliquis vltra in illum descendat et de apertione qua paradisum aperuit remoto impedimento nature p suam passionem. Hoc enim solus erat Christi qui humani generis solus redemptor fuit.

¶ Ad tertiam respondetur quod illa ratio bene probat quod directe ad remissionẽ culpe potestas clavium nõ operatur sed bñ dispositive

AD terciam questionem sic proceditur. Et videtur quod Cathedra sive sedes Petri translata de antiochia romam ita possit transferri ad aliã regionem et urbem. ¶ Primo sic Petrus nõ fuit minoris potestatis post translationem in romam quam ante. ergo eque potuit successor eius qui ẽ equalis potestatis trãsferre de roma ad aliam regionem sicut ante. ¶ Secundo sic. Papa est episcopus universalis ecclesie que per orbem diffunditur ergo in qualibet regione potest suam cathedram instituere. consequentia videtur bona ¶ Tertio sic. Papa propter plenitudinem potestatis non magis coartatur tempore quam loco ita quod possit plus uno tempore quam alio. et plus uno loco quam alio. ergo non magis tenetur residere in uno loco quam in alio. ¶ In oppositum videtur Id quod institutum est auctoritate divina et inspiratione divina nõ est tutum nec conveniens per summum pontificem mutari aut aliter ordinari. sed sedes apostolica auctoritate domini fuit translata in romam. ergo videtur quod sine expssa auctoritate dei nõ possit per summum pontificem trãsferri in aliam regionem. ¶ Re

f.1.

spondeo. Dicendum q̃ hic non
querimus de potestate absoluta
quid posset fieri quia certum est
q̧ rationabilibus causis occurrẽ
tibus posset transferri in aliam
regionem. sed de conuenientia
siue de congruitate ⁊ tunc vide-
tur nobis q̧ non posset. Et hoc
multiplici ratione. Primo ratio
ne iam dicta in arguendo. quia
talis translatio in romã fuit mã
dato ⁊ auctoritate domini facta
⁊ non legitur hoc nec reuocatū
nec mutatum. Unde videtur q̧
translatio huiusmodi conuenien
ter fieri non posset. ¶ Secũdo
sic. Quod est datum apostolis
Petro ⁊ Paulo p̄ gloria ⁊ mag-
nitudine sanctitatis eorum non
debet per aliquos summos pon
tifices successores eis auferri sed
magis cum omni reuerẽtia ⁊ de
uotione conseruari secundū q̃d
dicitur. 2. q. 7. q̧ non sine causa
factū putemus q̧ Petrꝰ ⁊ Pau
lus vna die ⁊ eodem loco scilicꝫ
vrbe Roma sub vna persecutio
ne passi sunt. quia dies electus ẽ
eis pro merito/locꝰ pro glorie/⁊
persecutio pro virtute. Si gͦ lo-
cus talis datus est eis pro glo-
ria scilicet q̧ Rome ⁊ non alibi
martirio coronarentur. non esset
conueniens q̧ sedes Petri alibi
transferretur ¶ Tertio sic. Quod
optima ratione institutū est nul
la causa videtur mutandū aut
variandum. sed translatio ista
de antiochia in romam fuit op-
tima ratione facta propter hono
rem fidei xp̄iane ⁊ gloriam apo-
stolice sedis ⁊ ecclesiastici princi-
patus. vnde. 2. q. 7. Beati in vr
be roma Petrus ⁊ Paulus mar
tirium pertulerunt que principa
tum ⁊ caput obtinebat nationũ
vt vbi erat caput superstitionis
caput quiesceret sãctitatis. ⁊ vbi
gentilium princeps habitabat il
lic ecclesiarum princeps moraret
¶ Ad rationes in oppositum:
Ad omnes sufficit vna respon-
sio scꝫ q̧ verum concludit de po
testate absoluta. sed de conueni-
entia ⁊ congruitate non. Uel re-
spondetur q̧ potestas pape circa
hoc est impedita. quia translatõ
illa facta fuit auctoritate ⁊ p̄cep
to dei ita q̧ ibi alius sine inspira
tione diuina et eius auctoritate
nihil posset agere in contrarium

In festo mathie apostoli est euangelium.

Confiteor tibi pater celi ⁊c̃. Ma
thei. 11. Circa quod possunt dis-
putari sequentes questiones.
¶ Prima. Utrum beatꝰ Ma-
thias per virtutem humilitatis
meruit vt a patre celesti reuelare
tur siue ostenderetur ad aposto-
latum assumendus. ¶ Secun-
do. Utrum Mathias nouit fili-
um dei. ¶ Tertio. Utrum me-
lior sit semper eligendus ad dig
nitatem ecclesiasticam.

Ad primã que

stiones sic proceditur. Et videtur ꝙ beatus Mathias per virtutes humilitatis nõ meruerit vt a patre celesti reuelaretur siue ostenderetur ad apostolatum assumēdꝰ. ¶ Primo sic. Mathias ad apostolatum electus est per sortem vt habetur Actuum p°. ergo non ꝑ humilitatem. ¶ Secundo sic. Meritum consistit in caritate. ergo sanctus Mathias non ꝑ virtutem humilitatis meruit vocari ad apostolatum. ¶ In oppositum videtur euangelium vbi dicitur. Cõfitebor tibi pater, quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus scilicet superbis. et reuelasti ea paruulis idest humilibus. Prouerbi. xi. Ubi humilitas ibi sapiētia. Mathias interpretatur humilis ꝛ paruulus.

¶ Respondeo. Dicendum ꝙ beatus Mathias meruit proueh i ad apostolatum per virtutes humilitatis caritate informāte. Job xxii. Qui humiliatus fuerit erit in gloria. Et prouer. xv. Gloriam precedit humilitas. Et Luce. xiiii. Qui se humiliat exaltabitur. Et per multas alias virtutes quibꝰ plenus fuit. Erat enim vt dicitur in historia sua ꝺ illustri prosapia oriundus qui litteris traditus omnem in breui legis et prophetarum scientiam apprehendit. lasciuiam quoqꝫ abhorrens pueriles annos moꝝ maturitate vincebat. Informabat quoqꝫ animus eius ad virtutem vt esset ad intelligentiam habilis/ad misericordiam facilis/in prosperis nõ elatus/in aduersis cõstans/ꝛ intrepidus satagebat/vt quod sensu perceperat opere compleret fuit in lege doctissimus/corpore mundus/animo prudens/in soluendis questionibus sacre scripture expertus/in consilia prouidus/in seminatione verbi dei expeditus. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia ꝙ sors super eum caderet merito virtutum suarum fuit. Nec exemplo vt ait Jeronimus est sortibus vtendum. quia priuilegia paucorum communem legem non faciunt. Preterea tunc temporis donec veritas esset propalata licuit obseruare sortes vt dicit Beda. Uera enim hostia in passione fuit immolata sꝫ in penthecosten consummata. ꝛ ideo in electione Mathie sortibus vsi sunt ne a lege discreparent i qua summus sacerdos sorte querebatur. Post penthecosten vero iam veritate propalata septem diaconos non sorte sed discipulorum electione, apostolorum vero oratione ꝛ manus impositione ordinati sunt. Cuiusmodi autem fuerunt huiusmodi sortes duo sũt modi dicendi. Jeronimus et Beda volunt ꝙ hee sortes tales fuerint quales ille quarum in lege veteri creberrimus vsus erat. Dionisius autem qui fuit Pauli

discipulus irreligiosum existima uit hoc arbitrari asserens sibi videri q̃ sora illa nihil aliud fuerit nisi quidam splendor z radi⁹ diuinitus super Mathiam emiss⁹ per quez ipse ostendebat̃ in apostolum assumendus. ¶ Ad secundaz respondet̃ negando consequentiam. Et ratio est. quia licet caritas sit principalis radix meriti. per alias tamen virtutes inquantum sunt informate caritate quis meretur. Unde Augustinus libro de trinitate. Humilitatis passib⁹ ad celi culmina ascenditur. quia deus excelsus nõ superbia sed humilitate attingit̃

Ad Secundam

questionez sic proceditur Et videtur q̃ sanctus Mathias non nouit filium dei ex presenti euãgelio vbi dicitur q̃ nemo nouit filium nisi pater. ¶ In oppositum arguit̃. Quia sanct⁹ Mathias fuit primo vnus de septuagintaduob⁹ discipulis. et ita nouit magistrum suuz filium dei incarnatum. Preterea factus apostolus ductus in conciliuz facta longa disputatione contra summum pontificem ipsum alloquentem. et ipse per legem ac prophetas ostẽdebat manifeste que de christo erant protestans se seruuz eius et in ipsum credere et ita nouit eum. Preterea cum sit beat⁹ iam in patria positus et beatitudo sanctorum consistit in eius visione secundum illud Johan. 17 Hec est vita eterna vt cognoscãt te solum verum deum et quẽ misisti Jhesum Christum. ergo multipliciter filium dei nouit. Respondeo. Dicendum q̃ potest distingui visio siue cognitio dei. Una est naturalis qua homo p̱ lumen naturalis rationis ex creaturis que sunt vestigia quedaz dei colligit cognitionem aliquã de deo. De qua dicit Apostolus ad Romanos primo. Quod notum id est quod cognoscibile est de deo ab homine per rationem manifestum est in illis. Domin⁹ enĩz ostendit in illis. vno modo infundendo eis lumen interius per quod homo cognoscit. psal. Emitte lucem tuam z veritatem tuaz. Secundo preponendo sue sapientie signa exteriora scilz sensibiles creaturas Ecclesiastici p°. Effudit illam scilicet sapientiam super omnia opera eius. in quibus sicut in quodã libro dei ꝯgnitio legeretur. vnd̃ sequitur. Inuisibilia dei scilicet vnitatem dei bonitatem/sapientiam/potentiam/z huiusmodi per ea que facta sunt. Sicut enim ars manifestatur p̱ opera artificis. ita et dei sapientia per creaturas Sapientie. 13. A magnitudine enim speciei creature poterit eorum creator videri. Secunda cognitio siue visio est que habetur mediante lumine fidei: non per intellectum. et est eorum que excedunt

omnem intellectum. sed tantum habetur per reuelationem diui-nam factam per scripturam sanc tam aut per predicationez christi z apostolorum suorum sicut sunt q deus sit trinus z vnus. q sit generatio eterna in diuinis z processio spiritus sancti. q filius dei fuit incarnatus. q sit futurus iudex viuorum z mortuorum. z reliqua fidei misteria que vt dicit Apostolus. i. Corinthe. 2o nobis reuelabit deus per spiritum suum. spiritus enim omnia scrutatur etiam profunda dei. z ista visio est communis omnibus fidelibus. Tertia cognitio siue visio q dicitur beatifica scilicet visio dei per essentiam. quia in ea consistit beatitudo omnium sanctorum. secundum illud Johan. 17. hec est vita eterna vt cognoscant zc. De qua dicit Apostolus. i. Corinthe. 13. Uidemus autez nunc per speculum. i. per creaturas in enigmate id est in obscuro. tunc videbimus in patria facie ad faciem. Et. i. Johan. 3o Uidebimus eum sicuti est. Et ista est communis omnibus sanctis. Quarta visio dei dicitur visio per comprehensionem. z ista sola est diuinarum personarum. De ista dicitur Johan. 1o Deum nemo vidit vnquam. Super quo verbo dicit Chrisosto. Nec ipse celestes essentie/ipse dico cherubin et seraphin ipsum vt est vnquam videre potuerunt. Et de tali visione loquitur in presenti euangelio. Tunc respondetur ad questionez q beatus Mathias z alii beati vident filium dei visione beatifica. et primo in hac peregrinatione existentes viderunt per fidem. Non vident nec videbunt visione comprehensiua filium dei. quia deus infinitus est z ita incomprehensibilis ab intellectu finito. Omne enim quod comprehendit aliquid vel est maius vel equale illi. nullus autem intellectus creatus potest esse maior deo nec equalis. vnde a nullo hoc modo creato intellectu est visibilis. Huiusmodi enim visio sancte trinitati propria est. Nec contra hoc quod dicitur in presenti euangelio q nemo nouit filium nisi pater. quia per ly nisi non excluditur spiritus sanctus. Pro quo notandum q dictiones exclusiue aliquando adduntur nominibus diuinis essentialibus. aliquando personalibus. Et cum adiungun tur personalibus respectu termini essentialis non excludunt id quod idez est in natura sed potius includunt. quia licet alia sit persona patris alia filii alia spiritus sancti. tamen iste tres persone sunt vnus deus. ita q nec in deitate nec in essentia habent aliquam alietatem. dictio autez exclusiua solum excludit quod alietatem importat. notitia autem absolute sumpta essentialiter accipitur. z ideo communis est tribus Et ideo cum dicitur q nemo nouit filium nisi pater. per hanc dic

tionem ecclesiasticas nisi ab hac no ticia nō excluditur spiritus sanctus sed magis includitur. Per hec responsio sit ad totum.

AD terciam questiones. Utruȝ necesse sit semper eligere meliores ad dignitatem ecclesiasticam. sic procedit. Et videtur ꝙ sic. ¶ Primo ex electione Mathie. quia licet Joseph esset bonus vnde nominat iustus. tamen Mathias qꝛ erat melior ē electus. ¶ Secundo sic Ex electione Petri. Dominꝰ eniȝ Petrum cui cōmissurus erat pastorale officium examinauit si se diligeret plus ceteris. sed ex hoc aliquis melior est ꝙ deum plus diligit. ergo videtur ꝙ ad dignitatem ecclesiasticam semper melior est eligendus. ¶ Tertio ex illo Symachi pape. Uilissimus computandus est nisi scientia et sanctitate precellat qui est dignitate prestantior. ¶ In oppositū est decretalis. d. ꝙ sufficit eligere bonum. nec oportet eligere meliorem. Respondeo. Dicendum iuxta sanctum Thomam ꝙ aliquis homo bonus vel melior altero dicitur dupliciter. Uno mō simpliciter. ꝛ sic melior est qui est in caritate perfectior. Alio modo secundum quid. et sic dicitur aliquis esse melior altero vel ad militiam vel ad magisterium/ vel ad prelationem/ vel aliquid huiusmodi qui non est melior simpliciter. eo qꝛ in singulis officiis tam spūalibus ꝙ corporalibus requiruntur aliqua preter bonitatem moralem ad hoc ꝙ aliquis sit ydoneus ad illud officiuȝ exercendum. Dicendum ergo et sit ista conclusio prima. ꝙ oportet eligere ad prelationem vel ad quodcunqȝ officium ecclesiasticum aliquem qui sit bonus simpliciter. eo ꝙ per quodlibet peccatum mortale aliquis redditur indignus ad quodlibet officiuȝ spūale exequenduȝ. Unde dicit Dionisius in epistola ad Dinophylum monachum. loquens de sacerdote. qui non est gratia illuminatus non est sacerdos. sed ē inimicus dolosus delusor suupsius ꝛ lupus contra dominicum populum pelle ouina armatus. Secunda conclusio. Non oportet ꝙ semper eligēdus sit melior simpliciter. Patet ꝯclusio. qꝛ possibile est ꝙ ille qui est perfectior in caritate deficiat ī multis que requirūtur ad hoc ꝙ aliquis sit ydoneus prelatꝰ que in alio qui est minoris caritatis inueniūtur vt scientia/ industria/ ꝛ potentia et hmōi. vnde non oportet semp eligere meliorem simpliciter sȝ eū qui sit melior ad officium. Tertia conclusio. Si quis eligit euȝ quem reputat minus ydoneum ad tale officium peccat. Patȝ cōclusio. qꝛ non pōt esse ꝙ de duobus vnus preeligatur nisi ꝑpter aliquid in ipso ꝯsideratuȝ. illud

autem quod consideratur in eo qui minus est ydoneus ad hº q magis ydoneo preferatur est aliqua conditio indebite mouens vtpote familiaritas vel ꝯsanguinitas vł aliquid hmõi. non enim potest esse conditio ad ydoneitatez pertinens ex quo alter simpliciter melior reputatur ⁊ sic indebite mouet. ⁊ in tali electione est acceptio persone que sine peccato esse non potest. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando cõsequentiam. nisi intelligendo de meliori vt dictum est. ¶ Ad secundaz respondetur negando consequẽtiam. Et ratio est. quia Petrus non solum pre ceteris eminebat dilectione diuina. sed etiam erat ydoneus ad gubernandum ecclesiam pre ceteris. ¶ Ad tertium respondetur q auctoritas illa est intelligenda quantum ad studium illius qui est in dignitate constitutus. debet enim ad hº intendere vt talez se exhibeat vt ceteros scientia ⁊ sanctitate precellat vt Grego. dicit in pastoralibus. non autem sibi inputandum est si ante prelationez excellentior non fuerit vt ex hoc debeat vilissimus reputari.

In festo beati

Thome aliqui legunt euangelium. Uos estis sal terre ⁊c. Math. 5º Circa quod possunt disputari sequentes questiones. ¶ Prima. Utrum doctoribus aureola debeatur in regno celorũ. ¶ Secunda. Utrum predicator vel doctor teneatur facere qđ dicit ex presenti euangelio.

Ad primaz questionez sic proceditur. Et videtur q aureola nõ debeatur doctoribus in regno celorum. q2 omne premium qđ in futuro habebitur alicui actui virtutis respondet. sed predicare et docere non est actus alicuius virtutis. ergo doctrine vel predicationi nõ debetur aureola. ¶ Secundo sic. Predicare ⁊ docere ex studio proueniunt. sed ea que premiantur in futuro non sunt acquisita per humanum studium. quia naturalibus ⁊ acquisitis nõ meremur. ergº pro doctrina ⁊ p̄dicatione nullº in futuro meretur aureolam. ¶ Tertio. Exaltatio in futuro respondet humilitati p̄ñti. q2 qui se humiliat exaltabitur. sz in docendo ⁊ p̄dicando nõ est humiliatio imo magis superbie occasio. Unde glo. dicit Math. 4º q diabolus multos decepit honore magisterii inflatos. ¶ In oppositum est euangeliũ p̄ns. Qui fecerit ⁊ docuerit hic magnus vocabitur in regno celorum. Secũdo est quod super illud Ephe. 1º vt sciatis que sit superhemines ⁊c dicit glo. quoddam crementum habebunt sancti doctores vltra id qđ alii cõmuniter habebunt.

¶ Respondeo. Dicendu3 q sicut per martirium et virginitate3 aliquis perfectissimam victoriam obtinet de carne & mundo. ita etiam perfectissima3 contra diabolu3 obtinet quando aliquis nō solum diabolo inpugnanti nō cedit sed etiam eum repellit non solum a se sed etiam ab aliis. Hoc autem fit per pdicatione3 & doctrina3. & ideo predicationi & doctrine aureola debetur sicut virginitati & martirio. Nec ē dicendu3 vt quidam dicunt q debeatur tantum prelatis quibus competit ex officio predicare et docere sed quibuscunq3 qui huiusmodi actu3 exercent. prelatis autem non debetur quamuis habeant officiu3 predicandi nisi actu doceant et predicent. quia corona nō debetur habituali sed actuali pugne secundum illud. 2. Thimothei. 2. Non coronabitur nisi qui legittime certauerit. Notatur aute3 q tria requiruntur ad hoc q doctoribus aureola debeatur. Primū est ex parte doctrine que docetur scilicet q sit de pertinentibus ad salutem per quā diabolus a cordibus hominum expellatur sicut quibusdam spiritualibus armis de quibus dicitur. 2. Corinthe. 10. Arma militie nostre non sūt carnalia sed spiritualia &c. Secundo requiritur ex parte docentis q actu doceat et predicet vt dictum est. ¶ Tertio requiritur ex parte finis scilicet q doceat & predicet principaliter ad gloriam dei. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando minorem. Dicimus enim q predicare et docere sunt actus alicuius virtutis sc3 misericordie & inter spirituales elemosinas cōputantur ¶ Ad secunda3 respōdetur negando consequentiam. Et ratio est. quia quamuis facultas predicandi & docēdi quandoq3 ex studio proueniant. tamē vsus doctrine ex voluntate procedit que per caritatem informatur a deo infusam & sic actus eius meritorius esse potest. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia exaltatio in hac vita non diminuet alterius vite premium. nisi ei qui in tali exaltatione propriam gloriam querit. qui autem talem exaltationem in vtilitatem aliorum conuertit ex ea sibi mercedē acquirit

Ad Secundam

questionem. Utrum predicator vel doctor teneatur facere quod dicit. ¶ Primo proceditur. et videtur q sic ex pñti euangelio. Qui fecerit et docuerit hic magnus &c. ergo videtur q qui facit contrariu3 huiusmodi qd' predicat errat & peccat. ¶ Secūdo sic Dicit Apostolus. 1. Cor. 9º Castigo corpus meū & in seruitute3 redigo ne forte cum aliis predicauerim ipse reprobus efficiar. Ite3 ad Ro. 2º dicit. Qui g° alium

doces teipsuz non doces. ¶ Tertio sic. Predicator euãgelii teneatur imitari formam eius qui cõdidit euangelium. sed saluator noster Ihũs faciebat que predicabat. vnde de ipso dicitur Actuum. 1°. Cepit Ihũs facere ꝛ docere. g° videtur ꝙ ille qui predicat euangelium vel docet teneatur facere qđ predicat. ¶ In oppositum est ꝙ aliqñ quis predicat aut docet perfectionem quaz tamen non facit ꝛ etiam non videtur teneri. vt cũz secularis predicat perfectionem religiosis ꝛ pfectis. ergo predicator vel doctor non tenetur semper facere quod docet. ¶ Respondeo. Dicẽduz iuxta Alexandꝛũ de halis in tertio sub ista ꝯclusione. ꝙ quilibet tenetur facere qđ dicit sꝫ° quod asserit alios teneri ad faciendũ qđ dicit. hoc tamen qđ asseritur esse faciendum vel asseritur generaliter vel solum sꝫ° statuz. generaliter sicut asseritur de illis que pertinent ad statum salutis. sꝫ° statum sicut asseritur de his que pertinent ad statum perfectionis vtpote religionis ad quam oẽs non tenentur. ꝛ sic predicator nõ tenetur facere qđ dicit. Dicit g° predicator ratione sui officii nõ tenetur oĩa facere que docet aut predicat ad q̃ alias nõ tenebat᷑ si enim omnia facit q̃ pdicat h° perfectionis est non necessitatis si aliqua predicat ad que alias non tenebatur. Sed si ea q̃ predicat ad que alias tenebatur sicut sunt precepta dei ꝛ ecclesie et forte aliqua alia ad q̃ forte voto tenebatur. sic planuz est ꝙ ad ista tenetur tentione necessitatis. Sed cum predicat ea ad que alias non tenebatur non video rationem quare predicationis ratione ad illa teneatur tentione necessitatis. nisi in casu forte vbi ñ seruaret illa esset probabilis occasio scandali in auditoribus p quod posset preiudicium fieri veritati. ¶ Ad rões in opp° ꝛ ad auctoritates apli dico ꝙ intelliguntur d̃ illis ad que prius tenebatur. ¶ Ad rationez de xp̃o ꝙ predicator debet imitari formaz illius qui condidit euangelium ꝛc̃. Respondetur ꝙ si hoc intelligatur necessarium tunc veruz est ꝙ quantum ad ea que sunt necessaria ad salutez tenetur. ad alia aũt nõ tenetur nisi rõe scandali loquẽdo de tentione necessitatis Et tantũ ad pñs de ista q̃stione.

In festo sancti Gregorii

In festo sancti Gregorii est euangelium Vigilate ergo quia nescitis ꝛc̃. Math. 24. Circa quod possunt disputari sequentes questiones.

¶ Prima. Utrum melius facit qui consentit electioni canonice de se facte q̃ qui eam recusat.

¶ Secunda. Utrum precibus beati Gregorii fuit liberat᷒ Traianus de penis inferni. ¶ Ter

tia. Utrum stat cum perfectione papatus possidere quasi pprias diuitias aut facultates terrenas

AD primam questionem. Utrum melius facit qui consentit electioni canonice de se facte q̃ qui eam recusat. ꝛ videtur ꝙ melius facit qui consentit. Dicit enim Gregorius 22. moralium. Potestas cum percipitur non ex libidine amanda est. sed quādo aliquis per canonicam electionem episcopalē dignitatem adipiscitur non percipit eam ex libidine. ergo debet eam amare non ergo debet eam recusare. ¶ In oppositum arguitur exemplo beati Gregorii cuius festum hodie colitur. qui multipliciter electionem de se factam recusauit. ¶ Respondeo. Dicendum ꝙ ille qui electioni canonice de se facte consentit considerare precipue debet quid intendit. Si enim intendit aliquod temporale puta honorem/diuitias/excutere se a iugo religionis/aut aliquid huiusmodi. manifestum est ꝙ est praua intentio. Unde ponitur pro conclusione ꝙ melius faceret si non assentiret. Si autē intendit profectum ecclesie sic planum est ꝙ est recta intentio. Unde Augustinus dicit. 19. de ciui. dei. In actione non amandus est honor in hac vita siue potentia sed opus ipsum si recte atqꝫ vtiliter fit vt valeat ad salutem subditorum. Sed quia ad hoc opus maxima requirit ydoneitas ad quod humana fragilitas secundum proprias vires sufficiens nō est. potest ergo aliquis laudabiliter considerans proprium defectum ex humilitate officium prelationis recusare. sicut Jeremias dixit. Nescio loqui quia puer ego sum. potest etiam laudabiliter consentire ex caritate fraterna vt salutē proximorum pcuret sicut Isaias qui dixit. Ecce mitte me. sed sicut dicit Gregorius in pastorali. in vtroqꝫ est subtiliter intuendum quia ꝛ is qui recusauit plene nō resistit. ꝛ is qui mitti voluit ante se per altaris calculum purgatum videt. ne autem non purgatus adire quisq̃ sacra ministeria audeat. aut q̄ð a gratia eligit sub humilitatis specie superne dispositioni cōtradicat. quia ergo valde difficile est purgatum sic quemlibet agnoscere prelationis officium tutius declinatur. non tamen pertinaciter cum ad suscipiendum superna voluntas agnoscitur. ¶ Ad rationem in oppositum. Respondetur ꝙ illud verbū Gregorii nō debet sic intelligi potestas cum ex libidine non percipitur amanda est. sed ita. potestas cum percipitur non est amanda ex libidine. subdit enim sed ex longanimitate toleranda.

AD Secundam questionem sic proceditur

Et videtur ꝙ Traianus precibꝰ Gregorii nō fuerit ab inferno liberatus. ¶ Primo sic. Dicit Dionisiꝰ .7°. celestis ierarchie. Sūmus sacerdos si mundꝰ nō orat in hoc averteretur a divino ordine. Et Cōmentator ibidem dicit. ꝙ peccatoribus non orat remissionem. quia non audiretur pro illis. ergo non valent preces sanctorum existentibus in inferno. ¶ Secundo sic. dicit beatꝰ Gregorius .13. moralium. Eadeꝫ causa est ut non oretur post dieꝫ iudicii pro hominibus eterno igne damnatis que nunc causa est ut non orent sancti pro infidelibus impiisqꝫ defunctis ¶ Tertio sic. dicit Augustinꝰ ꝙ sine fide operante per dilectionem eiusqꝫ sacramentū qui de corpore exeunt frustra illis huiusmodi officia impenduntur. ergo non prosunt preces aut suffragia que fiunt pro damnatis. sed Traianꝰ erat damnatus. ergo preces Gregorii non poterant eum liberare ¶ In oppositū est historia. Itēꝫ Damascenꝰ in uno sermone narrat ꝙ Gregorius pro Traiano orationem fundens audivit vocem divinitus sibi illatam. Vocem tuā audivi ⁊ veniam Traiano do. Cuius rei ut Damascenꝰ dicit in eodem sermone testis est occidēs ⁊ oriens ¶ Respondeo Dicendum iuxta sanctum Thomam in .4°. ꝙ deputati ad infernum sunt in duplici differentia.

Quidam sunt deputati simpliciter ⁊ sꝫ presentem iusticiam ⁊ secundū superiores causas. ⁊ pro talibus nunꝗ̄ fienda sunt suffragia. non enim eis prodessent preces quorumcūqꝫ sanctoꝝ. Alii sunt deputati in inferno non simpliciter sed sꝫ presentem iusticiā propter eorum meritorum. secūdū autem superiores causas quibꝰ previdebantur ad vitam revocādi erat de eis aliter disponendū. Et tales videntur fuisse multi qui fuerūt a mortuis resuscitati quorum plures constat ydolatras et damnatos fuisse. ⁊ talibus potuerunt preces sanctorum suffragari. ⁊ de numero taliuꝫ creditur fuisse Traianꝰ ut probabiliter potest estimari ut dicit sanctꝰ Thomas ꝙ precibus beati Gregorii Traianꝰ ad vitā fuerat revocatus. etiā ibi gratiaꝫ consecutus sit per quā remissionē peccatoꝝ habuerit. ⁊ per consequens immunitateꝫ a pena. ¶ Ad rōes patet responsio. Procedūt .n. de deputatis simpliciter in inferno. vel dicendū ē ꝙ aliud ē resuscitari ad vitaꝫ pn̄teꝫ precibus sanctoꝝ ⁊ in hac vita consequi gratiaꝫ per quaꝫ remittuntur ei peccata sua. ⁊ aliud est ꝙ damnatis in inferno ibi permanentibus prosunt suffragia.

AD terciam questionē sic proceditur. Et videtur ꝙ nō liceat cuꝫ statu perfectionis papatus possidere quasi proprias

diuitias aut facultates terrenas
¶ Primo sic. Episcopi in ecclesia tenent locum apostolorum vt dicit glo. Luce. 10. Et habetur in capi. decretis. 21. dis. sed apostolis dominus precepit vt nihil proprium possiderent. secundum illud Math. 10. Nolite possidere aurum nec argentum nec pecuniam in zonis vestris. Unde et Petrus cui papa succedit pro se et aliis apostolis dicit Ecce nos relinquimus omnia et secuti sumus te. Math. 19. ergo videtur quod papa et alii episcopi teneantur ad huiusmodi mandati obseruantiam vt nihil proprium possideant. ¶ Secundo sic. Uoluntaria paupertas ad perfectionem videtur requiri secundum illud Math. 19. Si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et da pauperibus. sed papa et episcopi assumuntur ad statum perfectionis: ergo videtur quod non stet cum statu perfectionis pape aliquid quasi proprium possidere. ¶ Tertio sic. Jeronimus dicit ad Nepotianum. Cleros grece latine sors appellatur. Et habetur in capi. cleros. 21. dis. Propterea clerici dicuntur quia de sorte domini sunt. vel quia ipse dominus sors idest pars clericorum est. qui autem dominum possidet nihil extra deum possidere potest. si autem aurum si argentum si possessionem variarum suppellectilium habet cum istis partibus non dignatur dominus fieri pars eius. ergo videtur quod papa et episcopi et non solum episcopi sed etiam clerici debeant propriis carere. ¶ Quarto. Christus cuius vicarius est et vices gerit in terris papa gessit vitam humilem et pauperem. ita sicut dicitur Mathei. 8. Filius hominis non habet vbi caput inclinet. ergo papa debet imitari eum. et ita fecit Petrus primus papa ab eo institutus. qui ait aurum et argentum non est mihi. ergo videtur repugnare statui perfectionis papatus qui dicit vicariatum christi habere in proprio diuitias et facultates terrenas.
¶ In oppositum arguitur ex euangelio presenti sic. Spectat ad fidelem seruum et prudentem constitutum super ecclesia habere ea quibus posset cibum ministrare familie. non tantum verbi dei aut exempli honestatis sed etiam subsidii temporalis. vnde christus ter dixit Petro quem constituebat super totam ecclesiam cui succedit papa. pasce oues meas. ad significandum triplicem pastum scilicet pastum corporalem siue subsidii temporalis quem non potest facere nisi habeat de quibus. ergo ex ipsa institutione christi non repugnat statui perfectionis pape aut episcoporum habere terrena bona quibus indigentibus subuenire possint de aliquo pastu. ¶ Secundo arguitur ex illo. c. episcopi. 12. q. 1. vbi dicitur. Episcopus de rebus propriis vel acquisitis. vel si aliquid de proprio habeat heredibus suis relinquat. ¶ Respon

deo. Dicendum ꝙ non derogat statui perfectionis papatus aut episcopatus possidere aliquid ꝓprium vt diuicias ⁊ terrenas facultates. Ista conclusio patet sic iuxta sanctuz Thomam. Ad ea que sunt supererogationis nullꝰ tenetur nisi se specialiter ad id voto astringat. Unde Augustinus dicit in epistola ad Paulinuz armentarium. Quia iam venisti iam te astrinxisti. aliud tibi facere non licet, priusꝙ̃ esses voti reꝰ liberuz fuit ꝙ esses inferior. Manifestum est autem ꝙ viuere absq₃ proprio supererogationis est. non enim cadit sub precepto sed sub consilio. Unde cum Math. 19. dixisset dominus adolescenti Si vis ad vitam ingredi serua mādata. postea subdit superaddendo. Si vis perfectus esse vade ⁊ vende omnia ⁊c̄. non autez papa nec alii episcopi in sua ordinatione se obligant vt absq₃ proprio viuant. nec etiam absq₃ proprio viuere ex necessitate requiritur ad pastorale officiuz ad qd' se obligant. ⁊ ideo papa nec episcopi tenentur absq₃ proprio viuere. ⁊ per consequens nō repugnat statui perfectionis eoruz possidere diuicias ⁊ bona temporalia. ¶ Ad rationes in oppositū Ad primam respondetur negando ꝙ papa ⁊ episcopi alii teneantur illud obseruare. aut sint obligati ad illud quod dictum fuit apostolis. Pro quo notanduz ꝙ verba illa domini possunt triplicitur intelligi secundum doctores. Uno modo mistice vt non possideamus aurum nec argentum idest vt ꝑdicatores nō innitantur principaliter sapientie et eloquentie temporali vt Jeronimus exponit. Alio modo sicut Augustinus exponit in li. de cōsensu euangelistarum vt intelligatur hoc dominum non precepisse sed magis permittēdo dixisse. Permisit enim eis vt absq₃ argento ⁊ auro ⁊ aliis sumptibus ad predicandum irent accepturi sumptus vite ab his quibus predicabant. Unde subdit. Dignꝰ est enim operarius cibo suo ita tamen ꝙ si aliquis propriis sūptibus vteretur in ꝑdicatione euāgelii ad supererogantiam pertineret sicut Paulus de seipso dicit. 1. ad Corinthe. 9°. Tertio modo secundum Chrisostomum exponitur vt intelligantur illa dominum discipulis precepisse quātum ad illam missionez qua mittebantur ad predicandum iudeis vt per hoc exercerentur ad confitendum de virtute ipsius qui eis absq₃ sumptibus prouideret ex quo tamen non obligatur ipsi vel successores eorum vt absq₃ propriis sumptibus euangeliuz predicarent. Nam de Paulo legitur. 2. Corinthe. 11. ꝙ ab aliis ecclesiis stipendiū accipiebat ad predicandum Corinthis. et patet ꝙ aliquid possidēbat ab aliis

missum. Stultum autez videtur dicere vt inquit sanct⁹ Thomas ꝙ tot sancti pōtifices sicut Athanasius Ambrosius Augustinus illa precepta transgressi fuissent si ad ea obseruanda se crederent obligari. ¶ Ad secundaz respōdetur negando consequenciam. Et ratio est. quia perfectio christiane vite non consistit in voluntaria paupertate. sed voluntaria paupertas instrumentaliter operatur ad perfectionem vite. Unde non oportet ꝙ vbi est maior paupertas ibi sit maior perfectio Quinimo potest esse summa perfectio cum magna opulentia. Nam Abraham cui dictum est Geñ. 17. Ambula coram me et esto perfectus. legitur diues fuisse. Preterea pro maiori claritate notanduz prout inquit idē sanctus Thomas. Qꝫ abrenunciatiō propriarum facultatum dupliciter considerari potest. Uno modo secundum q̄d est actu. ⁊ sic in eo non consistit essentialiter perfectio sed est quoddam perfectionis instrumentum vt dictum est. ⁊ ideo nihil prohibet statum perfectionis esse sine abrenuntiatione propriorum. sicut etiam dicendum est de aliis exterioribus obseruantiis. Alio modo potest cōsiderari secundum preparationē animi vt scꝫ homo sit paratus si opus fuerit omnia dimittere vel distribuere ⁊ hoc pertinet directe ad perfectionem. vnde Augustinus in li. de questionibus euangelii. Oportet filios sapientie intelligere nō abstinendo nec in manducando esse iusticiam sꝫ in equanimitate tolleranda inopiam. vnde ⁊ Apostol⁹ dicit. Scio habundare ⁊ penuriaz pati. Ad hoc autem maxime tenentur papa ⁊ ceteri episcopi vt omnia sua ꝑ honore dei et salute gregis sui contemnant cum opus fuerit. vel pauperibus sui gregis largiendo rapinam bonorum suorum cum gaudio sustinendo. Que omnia adimpleta fuerunt in dicto beato Gregorio qui tante largitatis ⁊ elemosinarum extitit vt non solum presentibus sed etiaz longe positis ī monte synai monachis necessaria ministraret. Nam omnium indigentium nomina scripta habebat ⁊ eis liberaliter subueniebat vt plenius narratur in legenda. Unde fuit ille seruus fidelis ⁊ prudens quē posuit dñs super familiam suam. i. ecclesiaz

In festo beati Benedicti est euangeliū Nemo accendit lucernaz ⁊c̄. Luce. 11. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Prima. Utrum beatus Benedictus lucernam accendens regule monachalis ⁊ ponens eam sup candelabruz ecclesie conuenientius instituit monachos in societate viuentes ꝙ solitariaz vitam agē

tes. ¶ Secunda. Utrum beatus Benedictus in visione qua vidit totum mundum divinam essentiam viderit.

Ad primam questionem qua queritur. Utrum beatus Benedictus lucernam accendens regule monachalis etc. Et videtur quod non. ¶ Primo sic. Perfectior est religio agentium vitam solitariam quam in societate viventium. ergo convenientius instituisset monachos agentes vitam solitariam quam in societate viventium. consequentia est bona antecedens probatur per illud Augustini in libro de operibus monachorum dicentis. Illos sanctiores esse qui a conspectu hominum separati nulli ad se prebent accessum viventes in magna intentione orationum ¶ Secundo sic. Solitudo deservit vite contemplative secundum illud Osee. 2. Ducam eam in solitudinem et ibi loquor ad cor eius. sed vita contemplativa est perfectior sanctior/suavior quam activa. ergo etc. ¶ Tertio sic. Religio desiderat quietem mentis ut impleat illud Venite et videte quoniam ego sum deus sed vita solitaria est que maiorem prestat quietem anime. ergo etc. ¶ In oppositum arguitur ex presenti evangelio ubi dicitur Nemo accendit lucernam et ponit eam sub modio sed super candelabrum ut qui ingrediuntur lumen videant. sed qui instituuntur in solitudine videntur poni sub modio cum sint absconsi a conversatione hominum et nullus illuminatur ab eis. ergo videtur quod beatus Benedictus convenientius instituit monachos in societate viventes. ¶ Secundo sic. Dicitur Eccl. 4. Melius est esse duos quam unum. habent enim emolimentum societatis sue. ergo videtur convenientius fecisse instituendo etc. ¶ Respondeo. Dicendum. quod convenientius fecit beatus Benedictus instituendo monachos in societate viventes quam solitariam vitam agentes. Et ratio est. quia religio est quedam scola in qua docetur disciplina et exercitium habetur tendendi et perveniendi ad perfectionem. et quia hoc servatur in societate viventium. vita autem solitaria non queritur ad hoc sed datur iam perfectis ac magistris qui iam non indigent doceri. Cum ergo beatus Benedictus hoc intenderit constituere quasi scolam discipline ubi monachi doceantur pervenire ad perfectionem: sicut patet ex modo suo loquendi in principio regule convenientius fecit quam aliter ¶ Pro quo est notandum iuxta sanctum Thomam in secunda secunde. quod solitudo sicut nec paupertas non est ipsa perfectionis essentia sed perfectionis instrumentum. solitudo non est instrumentum congruum

actioni sed contemplationi, scʒ illud Osee .2. ducam eã in solitudine et ibi loquar ad cor eius. Unde non congruit religionibꝰ que non sunt ordinate ad opera vite actiue siue corporalia siue spiritualia nisi forte ad tempus exemplo xp̄i qui vt dicitur Luce .6. exiit in montem orare et erat pnoctans in oratione. competit autem religionibus que sunt ad contemplatio.ẽ ordinate. Considerandum tñ est ꝙ id quod est solitarium debet sibi per se sufficiens esse. hoc autem est cui nihil deest quod ptinet ad rationeʒ pfecti. et ideo solitudo pertinet contemplanti qui iam ad pfectuʒ venit. Quod quidẽ ↄtingit dupliciter. Uno mõ ex solo diuino munere sicut patet de Johanne baptista qui fuit repletus spiritu sancto adhuc ex vtero matris sue. Uñ et cum puer adhuc esset erat in desertis vt dicitur Luce pᵒ. Alioꝰ p exerciciuʒ virtuosi actus. scđm illud ad Hebre. 5. ¶ Perfectorum est solidus cibus eorꝫ qui p consuetudinẽ exercitatos habẽt sensus ad discretioneʒ boni et mali. Ad exercicium autem hmõi iuuatur homo ex aliorum societate dupliciter. Uno modo quantuʒ ad intellectuʒ vt instruat᷑ in his que sunt contemplanda. Unde Jero. dicit ad rusticũ monachuʒ michi placet vt habeas sanctuʒ contubernium nec ipse doceas ꝛ Secundo quantum ad effectuʒ. vt scʒ noxie affectionis hominis exemplo et correctione aliorum exerceat᷑. qꝛ vt dicit Gregoꝰ quid valʒ solitudo corporis si desit solitudo cordis. Et ideo vita socialis necessaria est ad exerciciuʒ perfectionis. solitudo autẽ competit iaʒ perfectis. sicut ergo id qđ iaʒ perfectũ est preminet ei quod ad perfectionem exercet᷑. ita vita solitariorum si debite assumat᷑ preminet vite sociali. Si autẽ absqʒ precedenti exercitio talis vita assumatur est periculosissima. nisi per diuinam graciam suppleatur quod in aliis per exercitium acquirit᷑ sicut patet de sancto Anthonio ꝛ Benedicto. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando ↄsequẽtiam quia licet sicut dictũ est vita solitaria si debite assumatur premi net vite sociali. tamen imperfectis tendentibus ad perfectionem sicut discipulis conuenientior est vita socialis. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. quia licet ipsa contemplatiua vita solitaria sit perfectior. tamen imperfectis esset minus ↄueniens. ergo periculosa vt dictum est. ¶ Ad tertiam respondetur. Dicimus enim ad minorem ꝙ vita solitaria perfectis sufficientibus per se essʒ magis quieta ꝛ magis apta ad vacandum diuine contemplationi. imperfectis tamen esset inquieta ꝛ periculosa sicut dictum est.

AD Secundam questionem qua queritur Utrum beatus Benedict⁹ in visione qua vidit totum mundum diuinam essentiam viderit. Et videtur ꝙ sic. Primo sic. Dicit enim Grego. de hac visione loquens. anime videnti deum angusta est omnis creatura. sed videre deum est videre diuinam essentiā. ergo beatus Benedict⁹ vidit diuinam essentiam. Secundo sic. Ibidem subdit Grego. ꝙ totum mundum vidit in diuino lumine. sed non est aliud lumen dei vel claritas dei ꝙ ipse deus vt idē dicit Gre. et etiam habetur in glo. Exo. 33. sup illud. non videbit me homo et viuet. ergo beat⁹ Benedict⁹ vidit deum p essentiam. In oppositum est quod dicitur Jo. pri⁰. deum nemo vidit vnꝙ. vbi dicit glosa ꝙ nullus in mortali carne viuens dei essentiā videre potest. Rñdeo dicendum. ꝙ beatus Bñdict⁹ in illa visione non vidit deum p essentiam. Que conclusio sic probatur. Corp⁹ corruptibile aggrauat animam. vt dicitur sapientie. 9. Summa autē eleuatio mētis humane est vt ad diuinam essentiā videndam pertingat. Unde impossibile est ꝙ mens humana diuinam essentiā videat vt Augu. dicit sup. 12. Gen. ad literam. nisi huic vite fundit⁹ homo intereat vel sic alienetur a sensibus vt nesciat vtrum sit in corpore an extra corpus: sicut de sctō Paulo legitur. 2. Corin. 12. Beatus autē Benedi. quando illam visionem vidit nec huic vite funditus mortuus erat nec a corporeis sensibꝫ alienat⁹. vt patet. quia dum adhuc in ea visione persisteret aliū ad idem videndum vocauit vt Grego. refert vnde manifestum est ꝙ diuinam essentiam non vidit. ¶ Ad rōes in oppositum. Ad primā rñdetur ꝙ ex illis verbis nō datur intelligi ꝙ beatus Bñdict⁹ in visione viderit deum per essentiā: sed vult ꝙ quia videnti creatorem angusta est omnis creatura. consequens est ꝙ p illustrationem diuini luminis de facili possent quecunqꝫ videri. Unde subdit Cuius parū de luce creatoris aspexerit breue fuit quod creatum est. Et ideo non est mirum si sanctus Benedi. per lumen diuinum amplius aliud videre potuit ꝙ homines cōmuniter videant. ¶ Ad secundam respondetur ꝙ lumen dei quandoqꝫ dicitur ipse deus. quandoqꝫ vero aliquod lumen deriuatū a deo. sꝫ⁹ illud psal. in lumine tuo videbi⁹ lumen. hic autem accipitur pro lumine deriuato a deo.

IN festo annunciationis dominice est Euangeliū missus est angelus etc. Luce primo. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Prima vtrum fuerit necessarium

annunciari virgini conceptionez filii dei. Secunda. vtrum beate virgini debuit fieri annunciatio p angelum. Tercia vtrum annunciatio fuit conuenienti ordine perfecta.

AD primaz questionem sic proceditur. Et videtur q non fuit necessariu Primo sic. ad hoc solum necessariuz videbatur annunciatio fieri vt consensus virginis haberetur. sed consensus eius non videtur necessarius fuisse. quia conceptus virginis premonstratus fuit prophetia predestinationis ¶ vt ysaie. 7° ecce virgo concipiet τc quę sine nostro complet arbitrio vt dicit quedaz glosa Mat. pri°. ergo nō requirebatur alius consensus ex parte virginis ratione cuius oporteret annunciationem fieri ¶ Secundo sic. beata virgo incarnationis fidem habebat. sed de eo qd' quis per certitudinem credit non indiget vlteri9 instrui. ergo non fuit necessariuz annunciationem beate virgini fieri de incarnatione filii dei.

¶ Tercio sic. Sicut dicit Greg. fides non habet meritum vbi humana ratio prebet experimentuz. sed in collocutione angeli ad virginem quedam persuasiua pnunciano facta est. ergo meritum fidei in ipsa vel euacuauit vel diminuit. quorum vtrunqz est inconueniens. ergo τc ¶ Quarto sic. Inter quę nulla distancia est nulla est missio. sed inter deum et beatam virginem nulla est distācia: ergo nulla debuit interuenire missio media. patet quia de9 fuit cū beatissima virgine per essentiam presentiam et potenciam sicut est in creaturis generaliter. et per inhabitam graciam: sicut est in sanctis specialiter. ergo nulla missio necessaria fuit ¶ In oppositū arguitur ex presenti euangelio vbi dicitur q angelus dixit ei ecce concipies et paries. ¶ Secūdo sic. Maioris sapiencie ostensiuum est miraculum de conceptione christi ex virgine quam de conceptōne Johannis baptiste ex sterili. sed conceptio Johannis per angelum prenunciata est ne fortuitu τ non ex dei prouidentia accidere putaretur. ergo multo amplius conceptionez christi debuit annunciatio precedere ¶ Tercio sic. Conceptōne christi factuz est quoddam matrimonium per indiuisibilem coniunctionem diuine τ humane nature. sed in matrimonio requiritur consens9 qui per verba nunciorum exquiritur τ consiliatur. ergo decuit vt per āgelum suum consensum exquireret virginis de qua humanaz naturam assumeret in vnitatem persone ¶ Respondeo dicendum. q congruum τ conuenientissimū fuit annunciare beate virgini q esset christum conceptura. Istius conclusionis congruitas ostendi

tur ex multis. Primo vt. conseruaretur congruus ordo coniunctionis filii dei ad virginem. vt. s. prius mens eius de ipso instrueretur quam carne eum conciperet. Non enim decebat vt dei sapientia eius vterum inhabitaret sine hoc q mens eius cognitione tanti misterii resplenderet. z ideo nō decuit eam ignorare quod in ea fiebat. sed oportuit hoc sibi annunciare. ¶ Secundo vt ipsa futura esset certissima testis huiusmodi insutate conceptionis. vnde oportuit q de tanto misterio per annunciationem erudiretur. ¶ Tercio q2 deus nō diligit coacta seruicia sed voluntaria. vt que obsequuntur in ipso misterio mereretur. Unde cum beata virgo singulariter eligeretur ī dei misterium quem vtero portauit. lacte aluit. decuit vt consensus eius angelo annunciante requireretur. que humiliter prebēs se ad obsequium sedulaz se ac promptam obtulit dicens. Ecce ancilla domini. ¶ Ad ratōnes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequētiam. z ad glosam. Mathei. 1º respondetur. q ea de quibus est prophetia predestinationis complentur sine nostro arbitrio causante. sed tamen non sine nostro arbitrio consentiente. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est q2 non erat determinate cadens sub fide tempus incarnationis z per quam virginem hoc esset implendum. z ideo de hoc instruenda erat per annunciatōem incarnationem esse futurā. z que antiquorū fidei subiacebant firmissima fide tenebat. sed cum esset humilis non tam alta de se sapiebat z ideo super hoc erat instruenda. ¶ Ad terciam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. q2 allocutio angeli non ex ratione humana persuasit. sed ex omnipotentia diuina cui fides maxime innititur. dixit enim. Non erit impossibile apud deum omne verbum ¶ Ad quartam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia vt dicit Albertus. licet in ea habitasset per graciam non tamen per corporalem presentiam ad quam necessaria erat annunciacio rationibus assignatis.

AD Secundam questionem sic proceditur Et videtur q ista annunciatio non debuit fieri per angelum. ¶ Primo sic. Supremis angelis fit reuelatio a deo immediate. vt dicit Dionisius. 7º Celestis ierarchie. sed mater dei est superior omnibus angelis. ergo non debuit sibi per angelum nunciari incarnationis misterium sed immediate a deo ¶ Secundo sic. nullus pōt annunciare quod ignorat. sed supremi ange

li non plene cognouerit incarnationis misterium vt dicit beatus Dionisius. ergo videt ꝙ per nullum angelū potuit incarnationis misterium annunciari. ¶ Tercio maiora sunt per maiores nūtios annuncianda. sed misteriū incarnationis est maximum inter omnia alia que per angelos sunt hominibus annunciata. ergo videt ꝙ si per aliquem angelū annūciari debuit p aliquē de supremo ordine debuit. non ergo p Gabrielē qui est de ordine penultimo In oppositum est euangeliū presens. vbi dicit ꝙ missus est Angelus Gabriel. Rñdeo dicendū sub certis cōclusionibus. Prima est ꝙ conueniens fuit matri dei annunciari per angelum incarnacionis misterium. et hec conuenientia colligit ex tribus. primo quia hoc cōgruebat virgini. Dicit enī Jeronimus ꝙ angelis est cognata virginitas. vñ decuit vt ad virginem nunciandum angelus mitteretur. Secundo quia perdicō humana ex hoc sumpsit initium qr dyabolus mulierem ē allocutus Unde vt dicit Beda aptum apparet humane nature reparationis exordium vt angelus mitteretur ad virginem partui consecrādam diuino. quia prima perdicionis humane causa fuit cum serpena a dyabolo mittebatur ad mulierem spiritu superbie decipiendam. Tercio quia ille annunciabatur qui est rex hominum et angelorum. et eius natiuitas sicut in salutem hominum fuit. ita et in reparationē ruine angelice Et ita decuit vt tam homines ꝙ angeli huic misterio ministeriū exhiberent. Secunda conclusio. Angelus nuncians non fuit de suprema Iherarchia nec de media sed de infima. nec de primo ordine eiusdem Iherarchie. sed de medio qui est ordo archangeloꝝ Dicit autem Albertus in laudibus gloriose virginis Marie ꝙ non mittitur angelus de maioribus sed fuit archangelus. et hoc in honorationem beatissime virginis. quia si aliquis de superiobus mitteretur ab illo illuminari crederetur. de minoribꝰ ergo mittitur vt ostendatur ꝙ angelus est tantum negocii ministerialis et exterior delator. deus autem per seipsum est negocii inuentor et inspirator et mentis ad consensum inclinator. hec Albertus. Tercia conclusio. Conueniēs fuit vt angelus annuncians visione corporali virgini appareret. Patet conclusio. quia angelus annunciare venerat incarnacionem filii dei. vnde conueniens fuit vt ad huiusmodi rei delationem inuisibilis creature formā assumeret in qua visibiliter appareret. Tum secundo quia sic congruit certitudini eius qđ ānunciabatur per ea que oculis subiecta rectius comprehendimus ꝙ ea que ymaginantur.

¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia licet beata virgo superior esset angelis quantum ad dignitatem ad quam diuinitus eligebatur. tamen quantum ad statum presentis vite inferior erat angelis. quia etiam ipse christus ratione passibilis vite modicum ab angelis minoratus est. vt habetur ad Heb. 2°. sed tamen quia christus fuit viator et comprehensor quantum ad cognitionem. non indigebat ab angelis instrui. sed mater dei non erat in statu comprehensorum. ideo de diuino misterio per angelos instruenda erat ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. et dicitur quod angeli inferiores non penitus misterium incarnationis ignorauerunt. sed quia non totam profunditatem diuini consilii super salutem generis humani capere poterant inquirebant plenius edoceri dicentes illud Isaie. 63. Quis est ille qui venit etc. ¶ Ad terciam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia non oportet quod nuncius equalis sit superioritatis sicut est res enuncianda. sed sufficit quod sit summus non simpliciter super omnes ordines sed summus respectu angelorum. Ipse enim fuit de ordine archangelorum. vnde ecclesia archangelum eum nominat. Et hunc intellectum videtur habere Grego. cum dixit quod summum angelum venire dignum fuerat qui summum omnium nunciabat. Unde ipse Gregorius in Omelia ¶ de centum ouibus dicit quod archangeli dicuntur qui summa annunciant. Preterea sicut dicit Albertus si de superioribus fuisset crederet quod ab eo illuminaretur etc. vt supra positum est.

AD terciam questionem sic proceditur. Et videtur quod annunciatio non fuerit conuenienti ordine perfecta. Dignitas enim matris dependet ex prole concepta sed causa debet prius manifestari quam effectus ergo primo debuit angelus virgini annunciare conceptum prolis quam eius dignitatem exprimere eam salutando. ¶ Secundo sic. Probatio aut premitti debet in his que dubia non sunt. aut premitti in his que dubia esse possunt. sed angelus primo videtur annunciasse id de quo virgo dubitaret et dubitando quereret. d. Quomodo fiet istud. et postea probationem adiunxit. Tum exemplo Elizabeth. Tum ex dei omnipotentia. ergo inconuenienti ordine annunciatio per angelum est facta. ¶ Tercio sic. Maius non potest sufficienter probari per minus. sed maius fuit virginem parere quam vetulam. ergo non sufficiens probatio angeli probantis conceptum virginis

ex conceptu senis. ¶ In oppositum est quod dicitur ad Roma 13. Que a deo sunt ordinate sunt. Angelus autem missus est ad hoc quod virgini annunciaret ut dicitur Luce .1°. ergo ordinatissime fuit annunciatio per angelum completa. Respondeo dicendum. quod annunciatio congruo ordine per angelum est perfecta. Tria enim intendebat angelus circa virginem. Primo quidem reddere mentem eius attentam ad tante rei considerationem. quod fecit eam salutando quadam noua et insolita salutatione. in qua salutatione premisit ydoneitatem eius ad conceptum. in eo quod dixit. Dominus tecum. Et prenunciauit honorem sequentem. cum dixit. Benedicta tu in mulieribus. ¶ Secundo autem intendebat eam instruere de misterio incarnationis quod in ea erat complendum. quod quidem fecit prenunciando conceptum et partum dicens. Ecce concipies in utero etc. Et ostendendo dignitatem prolis concepte. cum dixit. Hic erit magnus. Et in demonstrando modum conceptionis. cum dixit. Spiritus sanctus superueniet in te.

¶ Tercio intendebat animum eius ducere ad consensum. quod quidem fecit exemplo Elizabeth et ratione ex diuina potentia sumpta. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia animo humili nihil est mirabilius quam auditus sue excellentie. admiratio autem maxime attentionem animi facit. et ideo angelus volens mentem virginis attentam reddere ad auditum tanti misterii ab eius laude incepit.

¶ Ad secundam respondetur. quod ratio non procedit. quia ut dicit Ambrosius. Beata virgo non dubitauit esse faciendum. sed quomodo fieri posset inquirit. sed nec si beata virgo dubitauerit quod asserit Augustinus. Unde in libro de questionibus veteris et noui testamenti. Ambigenti marie de conceptu possibilitatem angelus predicat. sed quia talis dubitatio magis est admirationis quam incredulitatis. et ideo angelus probationem inducit. non ad auferendum incredulitatem sed etiam remouendum eius admirationem. ¶ Ad terciam respondetur. quod conceptus sterilis inducatur non quasi sufficiens argumentum. sed quasi quoddam figurale exemplum. et ideo ad confirmationem huius exempli subditur argumentum efficax ex omnipotentia diuina.

In festo beati Ambrosii est euangelium. Vigilate ergo. Mathei. 24. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. ¶ Prima. Utrum liceat iniunctum episcopatum omnino refutare, vel om-

nino reniti canonice electioni vel prouisioni de se facte. ¶ Secunda. Utrum fidelis seruus et prudens quem constituit dominus super familiam suam peccet mortaliter si bona ecclesiastica que procurat non largiatur pauperibus. ¶ Tercia. Utrum Ambrosius bene fecit excommunicando imperatorem:

AD primam questionem sic proceditur. Et videtur quod non liceat iniunctum episcopatum vel aliam prelaturam omnino refutare. vel reniti electioni vel iniunctioni ¶ Primo sic. Nullus enim peccat si meliora nolit deserere vt minus bonis inhereat. cum ergo amor dei preemineat dilectioni proximi. et vita contemplatiua preferatur vite actiue. ergo non peccat ille qui recusat omnino episcopatum. ¶ Secundo sic. Dicit Gregorius Ualde difficile est vt aliquis se purgatum possit cognoscere. nec debet aliquis non purgatus sacra ministeria adire. si ergo non sentiat se purgatum quodcumque episcopale iniungatur officium siue papatus non debet illud suscipere. ¶ In oppositum videtur esse euangelium presens vbi dicitur Beatus ille seruus quem cum venerit dominus inueniet sic facientem. ¶ In oppositum etiam est illud de beato Ambrosio cuius festum hodie colitur qui mutato habitu a quibusdam mercatoribus obtinuit vt in quodam dolio super quadrigam de vrbe duceretur cuius portas die noctuque vigiles propter eum obseruabant. qui extra vrbem positus siluas petiit latibula cauernarum requirens ibique tribus diebus latuit. Uerum tamen dum sollicite quereretur columna lucis perfulgida a celo dependens super locum in quo latitabat apparuit. ¶ Respondeo dicendum iuxta sanctum Thomam in secunda secunde. quod in assumptione episcopatus duo sunt consideranda. ¶ Primo quidem quid deceat hominem appetere secundum propriam voluntatem. ¶ Secundo quid deceat hominem facere ad voluntatem alterius. Quantum ergo ad propriam voluntatem conuenit homini principaliter insistere proprie saluti. sed quod aliene saluti intendat hoc conuenit homini ex dispositione alterius potestatem habentis. Unde sicut ad ordinationem voluntatis pertinet quod aliquis proprio motu feratur in hoc quod aliorum gubernationi preferatur. ita etiam ad inordinationem voluntatis quod aliquis omnino contra superioris iniunctionem predictum gubernationis officium finaliter recuset propter duo. Primo quidem quia hoc repugnat caritati proximorum quorum vtilitati se debet aliquis exponere pro loco et tempore. Unde Augustinus dicit. 19. de ciuitate dei. quod negocium iustum suscipiat necessitas caritatis

¶ Secundo quia hoc repugnat
humilitati per quam aliquis su/
periorum mandatis se subicit.
Unde Grego. dicit in pastorali.
Tunc ante dei oculos vera ē hu
militas cum ad respuendum qd'
utiliter subire precipitur pertinax
non est. Et idem videtur dicen/
dum de papatu. quia electio ei⁹
est confirmatio. ¶ Ad ratõnes
in oppositum. Ad primam respõ
detur negando consequentiā; et
ratio est. quia quamuis simplici/
ter ꝛ absolute vita contemplati/
ua bonior sit quam actiua. ꝛ amor
dei quā dilectio proximi. tamen
ex alia parte bonum multitudi/
nis preferendum est bono unius
Unde Augustinus dicit in ver/
bis premissis. Nec ocium vestrū
necessitati ecclesie preponatis. pre
sertim cum hoc ad dilectionem
dei pertineat ꝙ aliquis ouibus
christi curam pastoralem impen/
dat. unde super illud Johā. vlt.
Pasce oues meas. dicit Aug⁹.
Sit amoris officiū ꝛ pascere gre
gem dñicum sicut fuit timoris
iudicium negare pastorē. Simi
liter ratio non procedit. quia pre
lati non sic transferuntur ad vi/
tam actiuam vt contemplatiuā
deserant. unde Augustin⁹. 19. de
ciuitate dei ꝙ si imponatur sarci
na pastoralis officii. nec sic dese/
renda est dilectio veritatis que ī
ꝯtemplatione habetur. Ad se
cundam respondet' negando ꝯse
quentiam. nisi impedimentū qd'
habet non posset superior remo/
uere sibi. vt puta excommunica/
tionem aut irregularitatem aut
ipsemet deserendo voluntatē pec
candi. si autem non potest: tunc
non tenetur obedire alicui.

Ad Secundam

questionē qua queritur
Utrum fidelis seruus ꝛ prudens
quem constituit dominus super
familiam suam id est epūs vel ꝑ
latus peccet mortaliter si bona ec
clesiastica que procurat non lar/
giatur pauperibus. Et videtur ꝙ
sic. Dicit enim Ambrosius expo/
nens illud Luce. 12 Dominis cu
iusdam diuitis uberes fructus a
ger attulit. Nemo propriū dicat
quod est cõmune. plusquam suf
ficiat sumptui violenter obtētū
est. ꝛ postea subdit. Nec min⁹ est
criminis habenti tollere quā cū
possis ꝛ habundas denegare in/
digentibus. sed violenter tollere
alienum est peccatum mortale. er
go epūs mortaliter peccat si ea
que ei superfluunt pauperib⁹ nō
largiatur ¶ Secundo sic. Sup
illud. Isaie. 3°. Rapina pauperū
in domo vestra. dicit glo. Iero.
ꝙ bona ecclesiastica sūt pauperū
sꝫ quicūqꝫ id qd' est alteri⁹ sibi
reseruat aut aliis dat peccat mor
taliter ꝛ tenetur ad restitutionem
ergo si epī bona ecclesiastica que
eis superfluunt sibi retineant vel ꝯ
sanguineis vel amicis largiātur
videt' ꝙ teneant' ad restitutõnem

¶ Tercio sic. Multomagis aliqu. a pōt de reb⁹ ecclesie ea que sunt sibi necessaria accipere quaȝ superflua ꝯgregare. sed Jero. dicit in epl'a ad Damasum papā. Clericos illos conuenit ecclesie. stipēdiis sustentari. quibus parentuȝ vel propinquoꝝ nulli suffragantur. qui aūt bonis parentuȝ ꝛ opibus sustentari pn̄t si qd' paupeꝝ accipiunt sacrilegium incurrunt. g° multomagis ep̄i mortaliter peccant si ea que eis superfluunt de bonis ecclesiasticis pauperibus nō largiant. ¶ In oppositū videt euāgeliuȝ vbi dicit. vt det illis tpe tritici mensuraȝ. g° non dȝ platus qd' superfluit semp dare paupibus sed pro tpe. s. necessitatis ꝛ cū mensura q2 in illis rebus sunt exponenda superflua. sȝ in oppositum est q2 plures ea que sup sunt nō largiunt paupib⁹ sed expendere vident laudabiliter ad reddit⁹ ecclesie āpliandos. Rn̄deo dicēdum iuxta sanctum thomaȝ in secūda secūde. q alιter est dicenduȝ de ppriis bonis q̄ ep̄i pn̄t possidere. ꝛ de bonis ecclesiasticis. naȝ ppriorꝝ bonoꝝ verum dn̄ium hn̄t. vn̄ ex ipsa reꝝ ꝯditōne nō obligant vt eas ꝯferant sȝ pn̄t vel sibi retinere vel aliis etiam pro libito elargiri pn̄t tn̄ i earum dispensatione peccare. vel ppter inordinatōem affectus p q̄ȝ ꝯuenit q plura ꝯferant quam oporteat. etiam q aliis subueniāt qd' requirit debituȝ caritatis. nō tn̄ tenent ad restitutōem. q2 huiusmodi res sunt suo dn̄io deputate. sed ecclesiasticoꝝ bonorum sunt dispensatores vel procuratores. Dicit eniȝ Augustin⁹ ad Bonifacium. Si primatum possidemus qd' nobis sufficiat nō vlla nostra sunt sed illoꝝ quoꝝ procurationem gerimus. non pprietatem nobis vsurpatione dampnabili vēdicamus. Ad dispensatorem aūt requiritur bona fides vt notatur in pn̄ti euangelio. cuȝ dicitur. Fidelis ꝛ prudēs ꝛc'. Et prima Coꝝ. 4° Diciam queritur inter dispēsatores vt fidelis quis inueniatur. Sunt aūt bona ecclesiastica non solum ad vsus pauperꝝ sed etiam ad cultum diuinū ꝛ necessitates ministroꝝ. Vn̄ dicitur. 12. q. 2° de redditibus ecclesie vel oblationib⁹ fidelium solo ep̄o ex bis vna portio remittat due ecclesiaꝝ fabricis et erogationi pauperꝝ profuture a presbitero sub periculo sui ordinis prebeantur. vltima clericis pro singuloꝝ meritis diuidat. si g° distincta sunt bona que debent in vsum episcopi cedere ab his que sunt pauperib⁹ ꝛ ministris ꝛ cultui ecclesie eroganda. ꝛ aliquid sibi retinuerit ep̄s de h s que sunt pauperibus eroganda vel ī vsus ministroꝝ vel in cultuȝ diuinum expendenda. non est dubium q contra fidem administrationis agit ꝛ mortaliter peccat ꝛ ad restitutionem tenetur. de his autem

tentur. de his nūt que sunt speci/
aliter suo vsu deputata videtur
esse eadem ratio que est de ꝓpriis
bonis. vt. s. propter imoderatum
affectum ⁊ vsum peccet. ꝙ si im/
moderate sibi retineat ⁊ aliis nō
subueniat sicut requirit debitum
caritatis. Si vero non sint ꝑdic/
ta bona distincta eoꝝ distributō
fidei eius attribuit᷑. ⁊ si quidem
in modico deficiat vel supbabū
dat pōt hoc fieri absqȝ bone fi/
dei detrimento. qꝛ non pōt hō i
talibus punctualiter accipere id
qd᷑ fieri oportet. Si vero sit mul
tus excessus non pōt latere vnde
videtur bone fidei repugnare et
ideo non est absqȝ aliquo pccō
mortali. ¶ Ad rationes in op/
positum. Ad primam responde/
tur negando ꝯñam. ⁊ ad dictum
ambrosii respondetur ꝙ non so/
lum est referendum ad dispensa/
tionem ecclesiasticaꝝ reꝝ sȝ quo
rumcūqȝ bonoꝝ ex quib᷒ tenet᷑
aliquo debito caritatis prouide/
re necessitatem patientib᷒. ñ pōt
tñ determinari qñ sit ista necessi/
tas que ad peccatum mortale o/
bliget sicut nec cetera particlaria
que in humanis actibus conside
rantur. Hoꝝ enim determinatio
relinquitur humane prudentie.
¶ Ad secundam respondet᷑ ne/
gando ꝯñam Et ratio est qꝛ bo/
na ecclesiaꝝ non sunt expenden/
da solum ad vsus pauperum. sed
solum in alios vsus vt dictuȝ est
⁊ ideo si de eo qd᷑ vsui epi vel a/
licuius clerici est deputatum ve/
lit aliquis sibi subtrahere ⁊ ꝯsan
guineis vel aliis dare nō peccat
dummodo id faciat moderate. i.
dum indigeant. non autem vt di
tiores fiant. Unde Ambrosius
li. de officiis. Est approbanda li/
beralitas vt proximos seminis
qui si egent cognoscas non tñ vt
illos ditiores fieri velis ex eo qd᷑
tu potes conferre in opibus.
¶ Ad terciam respondetur negan/
do consequentiam Et ratio est.
quia non omnia bona ecclesia/
rum sicut dictum est sunt paupe/
ribus largienda nisi forte in arti
culo necessitatis. in quo etiam ꝓ
redemptione captiuorum ⁊ aliis
necessitatib᷒ pauperum vasa cul/
tui diuina dicata distrahunt᷑. vt
Ambrosius dicit. ⁊ in tali necessi
tate peccaret clericus si vellet de
rebus ecclesie viuere dummō ha
beret bona patrimonialia de qui
bus viuere possit. ¶ Ad quar/
tam que fuit ex parte opposita re
spondetur ꝙ bona ecclesiaꝝ vsi/
bus pauperum deseruire debent
⁊ ideo si quis necessitate non im
minente prouidendi pauperibus
de his que superfluunt ex prouē/
tibus ecclesiarum possessiones e/
mat vel in thesauro reponat i fu
turum vtilitati ecclesie ⁊ necessita
tibus pauperum laudabiliter fa
cit. Si vero necessitas immineat
pauperibus erogandi superflua
cura est ⁊ inordinata vt ad futu/
rum conseruet. quod domin᷒ pro

bibet. Mathei. 6° Nollite solliciti esse in crastinum.

AD terciam questionem sic proceditur. Et videtur quod beatus Ambrosius non bene fecit excommunicando imperatorem. ¶ Primo sic. Regalis potestas non est subdita spirituali potestati ergo etc. consequentia est bona. antecedens probatur. dicit glosa super illud psal. Tibi soli peccaui. Quia ex omnibus est superior. et ideo tantum a deo qui est maior est puniendus ergo si quis populo peccauit deo peccauit et regi. rex vero non habet hominem qui eius facta diiudicet. ergo potestas spiritualis non potest iudicare imperatorem vel regem ergo Ambrosius non bene fecit in excommunicando imperatorem. cum non esset subiectus ei ¶ Secundo sic. 1. Petri. 2° dicit beatus Petrus. Subditi estote omni humane creature propter deum. siue regi tanquam precellenti. ergo si rex precellit non est subiectus episcopo. et per consequens Ambrosius non potuit eum excommunicare. ¶ Tercio sic. Sacerdos in veteri testamento quod fuit figura noui in terrenis omnibus subiiciebatur regi. ergo videtur quod etiam in nouo testamento ¶ In oppositum est euangelium presens. vbi dicitur quod fidelis seruus et prudens est constitutus super familiam domini id est prelatus super ecclesiam sed intra ecclesiam imperatores et reges et principes connumerantur cum aliis fidelibus. ergo potestas spiritualis est super omnem terrenam et si supra/ potest corrigere et punire. et per consequens Ambrosius bene fecit imperatorem deum offendentem et ecclesiam excommunicando ¶ Respondeo dicendum quod beatus Ambrosius potuit et debuit excommunicare imperatorem Pro prima parte quod potuit est. Notandum quod potestas spiritualis supereminet potestati seculari etiam regali in duabus. scilicet dignitate et auctoritate. Dignitate quidem. quia vt ait idem Ambrosius dis. 96. ca. duo sunt. Aurum non tam preciosius est plumbo quam regia potestate altior est ordo sacerdotalis. videmus enim colla regum et principum submitti genubus sacerdotum et ab eis benedici.
Item Hugo de sancto victore. Quanto vita spiritualium dignior est quam terrenarum et spiritus quam corpus. tanto spiritualis potestas terrenam potestatem et secularem honore et dignitate precellit. ¶ Secundo precellit auctoritate vnde. 96. dis. Constantinus. vbi dicitur. Utile iudicauimus cum omnibus satrapis nostris. vt sicut beatus Petrus in terris vicarius filii dei videtur esse constitutus. ita principes eius potestatem et auctoritatem amplius quam terrene imperialis nostre serenitatis mansuetudo

babere videtur. vnde z tenentes frenum equi ipsius pro reuerentia petri subiectionis oft. cum illi exibuimus. Et ideo dicit Hugo de sancto victore. Spiritualis potestas habet iudicare terrenam potestatem si bona non fuerit. Quod vero debuit facere patet. quia vt dicit Ambrosius. Imperator Theodosius fecit occidi quinq3 milia homi nu inter quos multi fuerunt innocentes. v ..de cum imperator mediolanum venisset z ecclesiam intrare vellet occurrit ei ad ianuam Ambrosius eiq3 aditum prohibuit dicens. Cur imperator post causam tanti furoris z facinoris non agnoscis molem tue presumptionis. sed forte recognitionem peccati prohibet potestas imperii. decet te vt vincat ratio potestatem. princeps es o imperator. sed conseruorum. quibus ergo oculis aspicies communis domini templum. quibus calcabis pedibus sanctum pauimentum. quomodo manus extendes de quibus sanguis ad huc stillat &c. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. z ad glosam que dicit q rex non habz hominem qui eius facta diiudicet. facienda est distinctio in hoc quod dicitur. q non habet hominem. Spiritualis enim potestas nō iudicat secundum hominem vel secundum humanam legem sed in quantum possidet vicez dei. sicut dicit apostolis. Luc. 10. Qui vos audit me audit. Et sicut dicit apostolus. 2° Cor. 5° Pro xp̄o legatione fungimur. z secundum potestatez ad vindictam spūalem nō corporalem. sicut dicit. q regum e. i exercere corporalem penam. sacerdotum spiritualem inferre vindictam. sicut enim iudex terrenus nō sine cā gladium portat sicut dicit. Rom. 13. Ita non sine cā claues ecclesie sacerdotes accipiunt. Ille portat gladium ad vindictam malefactorum. ad laudē vero bonorum. Isti claues habēt ad exclusionem excōmunicandorum z reconciliationem penitentium. expone. g° a deo tantum est rex puniēdus. supple materiali pena. z item cum dicit. non habet hominem qui eius facta diiudicet. supple ad corporalem penam inferendam. Hec secūdum Alexādrum de halis. Nos diceremus q glosa loquit pro tempore Dauid in quo non erat data potestas spūalis que data est i nouo testamento. Illo enim tempore in tēpalibus subiecta erat ptās spūal' terrene ptāti vt ifra dicet. ¶ Ad secūdam de canonica Petri rñdet negando ꝯsequētiam. Et rō est. qr cū dicit q rex p̄cellit. intelligit in suo ordine respectu terrene potestatis in regno non in ꝯpatione spūalis. ¶ Ad terciam respondet negādo ꝯñam. Et ratio est. qr secundum statum veteris legis sacerdotalis potestas erat regali

inferior. sed non secundum statum noui testamenti. Sacerdotium enim veteris testamenti carnale erat et per carnalem propagationem succedebat. Quis esset ordinatum ad diuinum obsequium scilicet diuinum cultum et figuras spiritualis sacerdotii noui testamenti quod non est per successionem carnalem. propterea in illa parte in qua carnale erat et terrenum. subiectum erat terrene potestati scilicet regali. sic autem non est in nouo.

IN festo beati Uincentii magistri in theologia est euangelium Nemo accendit lucernam etc. Luce. 12°. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Prima vtrum doctus religiosus de ordine mendicancium cum perfectionis statu posset gradum magistralem suscipere. ¶ Secunda vtrum potest sciri tempus aduentus christi ad iudicium.

AD primam questionem. Utrum doctus religiosus de ordine mendicantium cum perfectionis statu possit gradum magistralem suscipere. Et videtur quod non possit Mathei. 23. dominus prohibuit vt discipuli vocarentur magistri dicens. vos autem nolite vocari rabbi: vnus enim est magister vester. ergo videtur prohiberi etiam esse.

Secundo sic. Status perfectionis religiosi stat in paupertate et humilitate. sed status magistralis importat honoris statum. vt dicit glosa Mathei. 23°. ergo etc. In oppositum habetur. quod sanctus Uincencius christi confessor de ordine predicatorum gradum suscepit magistralem sine dispendio status sue perfectionis. ita etiam Sanctus Thomas et multi alii. ¶ Secundo arguitur ex presenti euangelio vbi dicitur. quod nemo accendit lucernam et ponit sub modio sed super candelabrum. sed doctus religiosus est sicut lucerna incensa ad illuminandum alios. ergo nō sub modio sed supra cādelabrum ecclesie est ponēdus magistrali honore decoratus: vt qui ingrediuntur per eius magisterium lumen videant. Respondeo dicendum. quod sicut tangit sanctus Thomas in libro quem fecit contra impugnantes religionem. Quidam dixerunt christum de vitando magisterium dedisse cōsilium et esse supererogationis opus. quia religiosi tenentur ad illa que sunt supererogationis. cōcludebant ex hoc religiosos cum perfectionis statu non posse suscipere gradum magistralem. Quorum opinio multipliciter ostenditur falsa et erronea. Primo quia quatuor precipui doctores ecclesie fuerunt religiosi. Sicut patet de sancto Augustino. Jeronimo Sancto Gregorio et Ambrosio.

¶ Secundo. quia falsum est q̄ vitatio magisterii cadit sub consilio vel p̄cepto illi cui promittit singulare premium. s3 doctorib⁹ sicut ⁊ expositoribus sacre scripture promittitur singulare premiu3 sicut virginibus ⁊ martirib⁹. Sicut ergo inconueniens esset dicere. q̄ vitare virginitatem vel martirium caderet sub consilio. sic est inconueniens dicere q̄ vitare magisterium cadat sub consilio vel precepto. ¶ Tercio sic. Non potest dari preceptum vel consiliu3 de eo quod contrariatur precepto vel consilio. sed docere cadit sub precepto vel consilio vt patet Math. vlt. Euntes docete ōnes gentes ⁊c. ad Gal. 2°. Si preoccupatus quis fuerit in aliquo delicto vos qui spirituales estis instruite illum ī spiritu lenitatis. g° in nō docēdo nō potest esse consilium. ¶ Quarto. q2 consilia primo sunt p̄ aplos obseruata: sed ipsi magisteriu3 ⁊ doctoratu3 nō vitarunt. Dicit enim paulus. 1° Ad Thimoth. 2°. Ueritate3 dico non mentior doctor gētiu3 in fide ⁊ veritate. ¶ Quinto dato q̄ sub consilio caderet vitare magisteriu3 non tñ sequit̄ q̄ ad hoc omnes religiosi tenerent̄. non eñ omnes qui perfectionis statum profitentur ad oīa tenentur consilia: sed tm̄ ad ea ad que ex voto se obligant. Dicendum est igitur q̄ religiosi magis quam alii seculares tenentur .... perfectionis statum possunt magisterii gradum suscipere. ¶ Ad rōnes in oppositum. Ad primam resp̄detur negando consequentiam ⁊ ratio est. q2 christus licet prohibuerat omnibus ambitionem magisterii ⁊ honoris non tamen actum magisterii. Unde apostolus 1°. Thimoth. 2° vocat se doctorem dicens. Ueritatem dico non mentior doctor gentiu3 in fide et veritate. ¶ Secundo respondetur q̄ intelligitur esse prohibitu3 secundum q̄ quis dicatur principalis magister qui docet omnem scientiam. ⁊ qui illuminat omnem hominem. hō tñ potest dici magister p̄ticipatiue ⁊ min⁹ principaliter qui docet exterius aliqua proponendo ex quibus formātur fantasmata debita a quibus ītellectus agens facilius abstrahit speciem intelligibilem. sicut in sanatione hominis natura tantum agit principaliter. medicus vero ea administrat ex quibus natura iuuatur ¶ Ad secūdam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia non interdicitur religiosis honor qui debetur spiritualibus bonis: sed solum ille qui consistit in rebus mundanis. alias cum honor debeatur sacerdotio ⁊ prelature nec ad sacerdocium nec ad prelaturam assumi possent. Non ergo prohibetur honor magistralis cathedre sed ambitio.

AD. Secundam questionem. Utrum po-
test sciri tempus aduentus christi
ad iudicium sic proceditur. Et vi
detur q sic. Primo sic. Sicut enim
sancti patres expectabant primū
aduentum. ita nos secundum ex
pectamus. sed sancti patres sciue
runt tempus aduentus primi si-
cut per numerum ebdomadarum
que describuntur Danielis. 9°. er-
go videtur q z nobis est possibi-
le scire tempus secundi aduentus
determinatum. ¶ Secundo sic.
Per signa deuenimus in cogni-
tionem signatorum. sed de iudi-
cio multa signa describuntur. er-
go in cognitionem illius tempo-
ris possumus deueire. ¶ Tercio
sic. secundum Augustinum in fi-
ne de ciuitate dei. Sexta etas cur
rit ab aduentu christi vsqz ad fi-
nem mundi. sed sciri potest quan
tum precedentes etates durauer-
unt. ergo sciri potest quantum
ista etas durare debeat per com-
parationem ad alias. ¶ Quar
to sic. Magnum z paruum / diu-
turnum z breue relatiue dicuntur
de vno per comparationem ad a
liud. sed tempus illud quod est
ab aduentu christi vsqz ad finez
mūdi dicitur esse, breue. vt patet
1°. Cor. 7°. Tempus breue est.
Et in eadem .10. Nos sumus in
quos fines seculorum deuenerūt
1. Johan. 2°. Nouissima hora ē
g°. hoc dicitur p compatōem ad

tempus precedens. g°. saltez hoc
videtur sciri posse q multo breui
us est temp⁹ ab aduentu xpi vs-
qz ad finez mūdi quaz a princi-
pio mundi vsqz ad xpm. hoc ar
gumētu, q2 magister Uincenti⁹
cui⁹ festum hodie agitur videba
tur asserere zc. ¶ In oppositum
est illud qd dicitur Mathei. 24.
de die z illa hora nemo scit nec ā
geli celoꝝ. Secundo sic. Si de
beret aliquib⁹ reuelari hoc pue re
uelatuz fuisset querētib⁹ apposto-
lis qui doctores toti⁹ mundi in
stituebantur. sed eis de finali ad
uentu dñi querentib⁹ responsum
est. Non est vestrum nosce tēpora
vel momenta que pater posuit in
sua potestate. g°. multominus est
eis reuelatum ¶ Respondeo di
cenduz sub ista ꝯclusione. q tem
pus determinatuz futuri iudicii
nō potest cognosci ab aliquo pu
ro homine. a solo enim deo z ho
mine xpo cognoscitur. Probatur
enim ista conclusio iuxta sanctuz
thomam in questionibus de po-
tentia dei. quia duplex est mod⁹
quo possumus cognoscere futu-
ra. s. per cognitionem naturalez z
per reuelatōem. Naturali quidez
cognitione cognosci non pōt de-
terminate finis mūdi. q2 ei⁹ non
est alia cā nisi voluntas diuina
quaz quidez cām naturali cogni
tione cognoscere nō possum⁹. p
reuelatōem autē licz sciri posset si
de⁹ vellet reuelare. nō tñ ꝯgruuz
esset q reuelaretur nisi homi xpo

Et hoc quia finis mūdi non erit nisi completo numero electorum cuius completio est quedā execu tio tocius diuine ꝑdestinationis. Unde non competit reuelationē fieri de fine mūdi nisi ei cui reue latio fit de tota ꝑdestinatione di uina. scꝫ homini xp̄o per quē to ta diuina ꝑdestinatio tocius hu mani generis quodammodo im pletur. Unde dicitur Johan. 7°. pa ter diligit filium et omnia demō strat ei que ipse fecit. ¶ Ad rōes in oppositum. Ad primam r̄ndetur negando ꝯn̄am et ratio est quia non est simile de primo aduentu ⁊ secundo. quia primus aduent⁹ xp̄i nobis parabat viam ad me rendum per fidem et alias virtu tes. et ideo ex parte nostra requi rebatur primi aduentus notitia. vt credendo in eum qui venerat per eius gratiam mereri possemus. In secundo autem aduentu ꝑmia redditur pro meritis. et sic ex ꝑte nostra non requiritur quid agam⁹ aut quid cognoscamus sed quid recipiamus. vnde nō oportet co gnoscere determinate tempus illi us aduentus. ¶ Ad secundam re spondetur negando ꝯsequentiā. et ratio est qꝛ illa signa posita sunt ad manifestandum ꝙ qn̄q3 mun dus finietur. non autem ad ma nifestandum determinatū temp⁹ quando finietur. Ponuntur aūt inter illa signa aliqua que quasi a mundi exordio fuerunt. sicut ꝙ surget gens contra gentem. et ꝙ terremotus erunt per loca. sed in stante fine mundi hec habundā cius euenient. que autem sit illa mensura horum signorum que ante fi nem mundi erit manifestum nob esse non potest. Ad terciā r̄ndetur negādo ꝯn̄am. et ratio est qꝛ sicut dicit Augu. li. octuaginta trium q̄onum. vltima etas mundi ꝯpa ratur vltime etati hominis q̄ deter minato numero annorum non dif finitur sicut alie etates diffiniūtur. sed quādoq3 tantum durat quā tum omnes alie. vel etiam ampli us. Unde etiam ista vltima etas non potest determinato annorum generationum numero diffiniri. ¶ Ad quartam r̄ndetur negando ꝯn̄tiam. Et ratio est. quia ex hoc ꝙ dicitur nouissima hora vel ex si milib⁹ locutionib⁹ que in scriptu ra dicuntur nō videtur aliqua deter minata quantitas temporis sciri. Non enim illa sunt dicta ad signi ficandum breuem horam ipsius temporis. sed ad significandum statum mundi qui est quasi nouis sima etas. qui quanto tempore durat non est diffinitum. non enī legi euangelice alius status succe det qui ad perfectum adducit si cut ipsa succedit legi veteri. et lex vetus legi nature. Ad vltimam respondetur ꝙ magister sanctus Uincentius non asserebat deter minate finem mundi. sed verisimi liter propter scelera multa regnā tia in mundo. ⁊ ꝓpter frequentia signa asserebat breuiter esse.

In festo marci

euangeliste est euangelium. Ego sum vitis vera etc. Johan. 15. Circa quod possunt disputari sequentes questiones.

¶ Prima. Utrum quis fidelis poterit fructuz aliquem afferre in presenti vita nisi i xp̄o vite vera manserit per fidem et caritatez non fictam. ¶ Secunda. Utruz beatus Marcus conuenienter inter euangelistas figura leonis sit designatus. ¶ Tertia. Utrum licitum fuit sancto Marco sibi amputare digitum vt sacerdotio indignus haberetur.

Ad primaz questionem qua queritur. Utrum aliquis fidelis poterit fructum aliquem afferre in p̄nti vita nisi in xp̄o vite vera manserit per fidem caritate non ficta. sic proceditur. Et videtur ꝙ sic. ¶ Primo. Quia multi qui nō manent in xp̄o per caritatem faciunt aliquos bonos actus qui sunt boni fructus. dum nudum vestiunt/famelicuz pascunt/ieiunant et orationes faciunt. ergo etc. ¶ Secundo. Multi qui n̄ manent per caritatem in xp̄o docendo et predicando faciunt multiplicem fructum in conuersione fidelium vt patet. ergo etc. ¶ Tertio sic. Omnis scola docet ꝙ opera extra caritatem ad multa valent. et videntur mereri aliquid saltem bona temporalia. quia sicut se habet pena ad malum actum ita se habz premium ad bonum. sed nullum malum faciuz apud deum iustum iudicez ē impunitum. ergo nec aliquod bonum irremuneratum. ergo n̄ manens in xp̄o per caritatem aliq̄d merebitur per bona que facit. ergo etc. ¶ In oppositum est euāgeliuz presens. Respondeo. Dicendum. ꝙ xp̄us ad ostendendū ꝙ necesse est manere in eo per fidem et caritatem ad hoc vt quis valeat fructificare opera meritoria vite eterne comparat se per similitudinem viti. et fideles palmitibus dicendo. Ego sum vitis vera et vos palmites. quasi dicēdo talis est cōparatio vestra ad me qualis palmitum ad vitem. de quib⁹ palmitibus dicit̄ in psal. Extendit palmites suas vsqz ad mare. Dicitur autem xp̄us vitis non solum quia est fons humoris et virtutis ad fructificandum sed etiaz vt dicit Albertus super Johannez. quia ministrat humorem eterni et spiritualis gaudii. qui cor letificat/qui hominē bone spei libenter reddit/qui seculi tristiciam pellit/qui inebriando secularium obliuisci facit/qui calorem caritatis infundit. Dicēdum est ergo ꝙ sicut palmes nō potest facere fructum nisi manserit in vite eo ꝙ fonte humoris destitut⁹ est. sic nec aliquis fidelis potest spiritualiter fructificare nisi manserit in xp̄o humorem gra

tie suscipiens ab ipso. qui vero manet in eo ꝑ caritatem hic fert fructum multum. Dicit aūt sanctus Thomas super Johannem ꝙ triplicem fructum fert in vita ista. Primus est abstinere a peccatis Isa. 27. Hic est omnis fructus: tollatur peccatum ꝛc. Secūdo est vacare operibus sanctitatis ad Roma. 6°. Habebitis fructum vestrum in santificatione ꝛc. Tertius fructus est vacare edificatione aliorū psal. De fructu operum suorum satiabitur terra. Fecit etiam fructum quartuꝫ in vita eterna Johan. 4°. Fructum congregat in vitam eternaꝫ Hic est vltimus ꝛ perfectus fructus omnium laborum nostrorꝫ Sapien. tertio. Bonorum laborum gloriosus est fructus. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam ꝛ secundam est vna responsio. quia aliqui in caritate nō existentes possunt multa opera facere de genere bonorum. sunt tamen sine caritate infructuosa q° ad meritum vite eterne que solam diligentibus deuꝫ repromittitur secunduꝫ illud Job. 36. Annunciat de ea amico suo ꝙ possessio eius sit. opera anteꝫ que fiunt sine caritate infructuosa sūt quo ad hoc Sapien. 3°. Uacua est spes eorūꝫ ꝛ labores sine fructu. ¶ Ad tertiam potest esse eadem responsio. ꝙ bona facta sine caritate non sunt meritoria vite eterne et ita infructuosa sunt quo ad illud vt dictum est. Uel secundo respōdetur ꝙ duplex dicitur meritum scilicet de condigno. ꝛ meritum de congruo. Meritum de condigno dicitur actus per quem efficitur vt ipse agens habeat debitum recipiendi. Meritum de congruo dicitur actus per quem efficitur debitum dandi in dante secundum decentiaꝫ ipsius. Cum autem in omnibus illis que gratis dantur. prima ratio dandi sit amor impossibile ē ꝙ aliquis tale sibi debitum faciat qui amicicia caret. ꝛ ideo cuꝫ bona temporalia ꝛ eterna ex diuina liberalitate nobis donantᷣ nullus acquirere potest debitum recipiendi aliquod illorum nisi per caritatē ad deum. ꝛ ideo opera extra caritatem facta non sūt meritoria ex condigno nec eterni nec temporalis alicuꝰ boni apꝺ deum. Sed quia diuinam bonitatem decet vt vbicunqꝫ dispositionem inuenit perfectioneꝫ adiciat. Ideo ex merito congrui dicitur aliquis mereri aliquod bonuꝫ per opera extra carit ateꝫ facta. ꝛ secunduꝫ hoc opera ista ad triplex bonum valent scilicet ad temporalium consecutionem ad dispositionem ad gratiam. ꝛ ad consuetudinem bonorum operꝫ. quia tamen hoc meritum non ꝓprie dicitur meritum. Ideo magis concedenduꝫ est ꝙ huiusmodi opera non sint alicuius meritoria ꝙꝫ ꝙ sint.

AD Secundam questionem qua queritur Utrum beatus Marcus conuenienter inter euāgelistas figurara leonis sit designatus. Et videtur ꝙ non. quia beatus Marc⁹ vt dicitur in vita sua fuit humilimus ⁊ mitis sed hec non conueniunt leoni qui superbus ⁊ ferox dicitur. ergo non conuenienter ꝑ leonem designatur. ¶ Secūdo Beatus Marcus scripsit de omnibus factis xp̄i de quibus alii euangeliste. ergo non magis debuit designari per leonem ꝙ̄ per aquilam vel hominem vel bouē

¶ In oppositum ē illud Ezech. p°. Facies leonis a dextris ipsoꝝ quatuor. ¶ Respondeo. Dicendum ꝙ beatus Marcus conuenienter designatus et figuratus est per leonem. Pro quo notandū. ꝙ per quatuor facies quas vidit Ezechiel propheta in animali vno designantur quatuor euangeliste siue quatuor euangelia ab eis descripta de domino nostro Jhesu xp̄o. Et sicut in facie hominis designatur euangelium Mathei: sic in facie leonis designatur euangelium Marci. Circa quod considerandū ꝙ licet Marcus de omnibus xp̄i factis scripsit sicut ⁊ alii. tamen specialiter versatur ⁊ immoratur circa resurrectionem et regnum xp̄i qđ assecutus est in sua benedicta resurrectione secundum quod dixit apostolis immediate post resurrectionem suam. Math. vicesimooctauo. Data est mihi omnis potestas in celo et in terra. Quod quidem regnum per leonem conuenienter designatur q̄ est rex animalium vt dicit Jsidorus libro ethimologiarum. 12. et ideo materia circa quam specialiter moratur euangelium Marci designatur in nomine leonis. Et hoc propter tria que in resurrectione christi reperiuntur ⁊ proprietatibus leonis assimilantur. Primum est resurrectionis efficiens principium quod in aliis hominibus est extrinsecum. sed in Christo intrinsecum secundū quod ipse dicit Johannis decimo. Potestatem habeo ꝑponendi animam meam et iterum sumendi eam qui propria virtute surrexit. Et similiter huiusmodi in proprietate leonis reperitur. Dormit enim oculis apertis. vt dicit Jsidorus vbi supra. Licet autem caro Christi in sepulchro dormierit per veram mortem et anime separationem. Tamen diuinitas vtriq̄ȝ coniuncta vigilabat secundum quod dicit Canticorum quinto. Ego dormio et cor meum vigilat. Proprietate et virtute huiusmodi diuinitatis sic vigilantis surrexit a somno mortis. Unde potest exponi quod dicitur Jeremie quar o. Ascendit Leo in cubiculo suo. q̄r Christus qui est leo de tribu

Juda de sepulchro ascendit virtute propria. Secundo assimilatur leoni propter tempus et modum. quia resurrectio xpi facta est post triduum. qd' tamen accipitur per sinodochen. Ita similiter leo natus de nouo tribus diebus dicitur dormire secundū Isidorum vbi supra. ꝛ postea fremitu ꝛ rugitu patris excitatur. Sic xpus post triduum dormitionis in sepulchro virtute dei patris fuit excitatus a mortis somno. scʒ quod dicitur Actu.3º. Hunc deus suscitauit a mortuis ꝛ cetera. Et ideo de hoc potest exponi illō Gen̄.49. Catulus leonis iuda. Et sequitur. Requiescens accubuisti vt leo scʒ in sepulcro. ꝛ subdit'. Quis suscitabit euʒ de somno mortis post triduum. ad qd' potest responderi deus pater. vtʒ ex predictis. Tertio assimilatur resurrectio leoni propter assecutum imperium. qꝛ licet xpus ante resurrectionem humilis ꝛ subiectus apparuit. tamen in resurrectione sua dominium omnium obtinuit. secundū qd' dicit Apostolus ad Philipen.2º. Humiliauit semetipsum factus obediēs vsqʒ ad mortem. mortem autem crucis. propter quod et deus exaltauit eum ꝛ donauit illi nomē quod est super omne nomen. vt in nomine Jhesu omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum ꝛc. In leone inuenitur huiusmodi similitudo inquātuʒ est rex animalium vt predictum est. ꝛ hoc est qd' dicitur Apocalipsis.5º. Vicit leo de tribu iuda. quia per suam benedictam passionem et resurrectionem subiecit sibi omnem creaturam. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiaʒ. Et ratio est. quia hic non accipitur causa significationis seu figurationis ex parte conditionis persone designate per leonem sed ex parte materie scripte siue de qua loquitur in euangelio principaliter siue specialiter ¶ Ad secundam patet respōsio ad idem. quia consequentia non valet. quia licet euangeliuʒ Marci de omnibꝰ factis christi loquitur. tamen specialiter versatur circa resurrectionem christi et regnum eius.

AD terciam questionem qua q̄ritur. Utrum licitum fuit sancto Marco amputare digitum vt sacerdotio indignus haberetur. Et videtur ꝙ sic. ¶ Primo sic. Ex historia sua in qua legitur ꝙ sic fecit. ꝛ tamē non reprobatur de hoc. ¶ Secundo sic. Occidere seipsuʒ ē magis ꝙ̄ mutilare. Sampson autē seipsum interfecit vt habetur Judicuʒ.16. ꝛ tamen numeratur inter sanctos ad Hebre.11. ergo licitum est mutilare seipsum propter aliquam causam ¶ Tertio sic. Minus bonum est contemnen-

dum propter conseruationē maioris boni. sicut ad conseruationem vite aliquis proiicit merces in mari sed virtus castitatis est maius bonum quam membrum corporale. ergo licite potest aliquis sibi scindere virilia propter conseruationem castitatis. ¶ In oppositum arguitur per illud quod in decretis dicitur. Si quis amputauerit sibi virilia clericus non fiat. quia homicida sui est. ¶ Respondeo. Dicendum quod quelibet pars corporis ordinatur ad totum cuius pars est. et ideo de ipsa ordinandum est prout respicit bonum totius corporis et vlterius respicit bonum hominis et cōmunitatis. quia sicut pars corporis ordinatur ad totum corpus. sic corpus ad hominem cuius pars est et vnus homo ad totam communitatem. Igitur si membrum aliquod sit nociuum corpori vtpote propter aliquam egritudinem vel turpitudinem est aliorum membrorum corruptiuum. Tūc est cōclusio prima quod licite potest abscindi ne inficiat alia mēbra. et hoc ab eo cuius est si habeat artem medicandi vel ab alio de voluntate eius. quia cuilibet commissa est cura salutis sui corporis. sicut et homicida et raptor per iudicem licite occiditur et a communitate hominum absciditur inquantum eius vita esset in nocumentum communitatis. quia iudicibus cōmittitur salus communitatis. Si autem membrum sit sanum tunc est secunda conclusio. quod regulariter non est licitum alicui seipsum mutilare. et hoc probatur sic. Primo quia homo naturaliter amat seipsum et per consequens omnia que sunt de integritate ipsius. et ideo mutilare seipsum est contra caritatem quam quilibet tenetur habere ad seipsum. ¶ Secundo sic. Homo similiter est pars communitatis. ergo inferre sibi nocumentum per mutilationem est agere contra commune bonum ¶ Tertio. Deus est institutor nature instituendo mēbra eius. et ideo mutilans seipsum agit contra deum. Tertia conclusio. quod in casu licitum est vide licet ex parte precepti dei occulto quod dicitur instinctu spiritus sancti. Patet conclusio. quia deus est actor nature et dominus vite et mortis humane et per consequens omnium membrorum. et ideo si precipit homini sibi auferre vitam vel membrum aliquod non solum licitum sed etiam debitum est hoc fieri. Et hoc modo dicit sanctus Tho. in secunda secunde. q. 187. ar. 2. quod credibile est quod beatus Marcus hoc quod digitum sibi amputauit ex instinctu spiritus sancti fecit. sine quo non licet alicui sibi manus inicere. hoc idem sanctus Thomas ponit in secunda secunda. q. 64 ar. 7. dicit Augustinus primo de ciuitate dei. quod non Sampson aliter

ter excusatur q̄ seipsum cum hostibus ruina domus oppressit. nisi quia latenter spiritus sanctus hoc iusserat qui per illuz miracula faciebat. Et eandem rationez assignat de quibusdam sanctis feminis que tempore persecutionis seipsas occiderunt. de quib⁹ ecclesia memoriam facit. Ad rationes in oppositum. Ad primaz de sancto Marco et de Sampsone patet responsio ex dictis.

¶ Ad tertiaz respondetur negādo consequentiam. Et ratio est. quia illud assumptum in maiori vt dicit sanctus Thomas est intelligendum quando aliter prouideri nō potest Sz qr saluti spirituali semper potest aliter subueniri q̄ per membri precisionem. quia peccatum subiacet voluntati. et ideo in nullo casu licet mēbrum abscindere d. opter quodcunqz peccatum vitandum. Unde Chrisostomus exponens illō Math. 19 Sunt eunuchi qui se ipsos castrauerunt ꝑpter regnuz celorum. non dicit membrorum abscisione sed malarum cogitationum interemptione. maledictionez enim est obnoxius qui membra abscindit. et ea que homicidarum sunt facere presumit.

IN festo beati

Petri martiris de ordine predicatorum est euangeliuz. Si quis vult post me venire etc. Math. 16. Circa quod possunt disputari sequentes questiones.

¶ Prima. Utrum ad consecutionem eterne beatitudinis sit necesse abnegare semetipsum et tollere crucem suam et sequi christuz

¶ Secunda. Utrum beat⁹ Petrus martir dicatur triplici aureola dotatus.

AD primaz questionem qua queritur.

Utrum ad consecutionez eterne beatitudinis sit necesse abnegare semetipsuz et tollere crucem suam et sequi christum. Et videtur q̄ non. ¶ Primo sic. Ad consecutionem vite eterne necesse homo debet diligere semetipsuz. ergo non abnegare. consequentia videtur bona. quia illa duo videntur esse contraria. antecedēs est manifestum. quoniam si diligere proximum cadat sub precepto et illuz diligere debeo sicut me ipsuz. ergo sub precepto cadit vt quis seipsum ex caritate diligat.

¶ Secundo sic. dicit ad Ephe. 5. Nemo vnq̄ carnez suaz odio habuit. naz homo naturaliter diligit vitam suam corporalem. ergo ad consecutionem eterne vite non est necessarium abnegare se ipsum. ¶ Tertio sic. Math. vndecimo dicitur. Jugum meuz suaue est et onus meum leue. sed hoc non videtur stare cum hoc q̄ oporteat sumere crucez ad cōsecutionem vite eterne. ¶ In

positum est euangelium pre-
is. ¶ Respondeo. Dicenduz
vera est sententia domini. Tria
im sunt vt dicit Chrisostomus
d eundum post christum. Pri-
um est abnegatio suiipsius se-
undum partem sensibilem idest
oluptatum carnalium et tem-
oralium abnegatio. Secunduz
t crucis susceptio. Tertium est
mitatio. Primum notatur cum
icit. Si quis vult post me veni
: abneget semetipsum. Et dicit
Chrisostomus q loquitur per si
militudinem. vt si haberes filiu
m et videres eum male tracta-
i. si non curares tu. abnegares.
Sic si vis sequi passionem do-
mini oportet q abneges te idest
pro nihilo repules. psal. Factus
um sicut homo non audiens et
non habens in ore suo redargu-
tiones. Secundum est ibi. Et tol
at crucem suam id est paratus
et in animo pati cruce, siue mo
te morte acerbissima et turpissima
propter christum vt ipse pro te fe
cit. secundum illud Sapien. 2°.
Morte turpissima condemnemus
eum. Unde homo debet esse pa
ratus pati quamcunqz mortem
propter deum. Tertiuz tangitur
ibi. Et sequatur me. Et ad hoc
christus rationem inducens sub
dit. Qui enim voluerit animam
suam saluam facere perdat eam
Hoc autem potest dupliciter in-
telligi. Perdere enim potest ha-
bere duplicem significationem.

Uno modo idem est qd amitte-
re. et in in isto sensu. perdet eam:
subintelligenduz est in alia vita
quasi diceret. Qui voluerit ani-
mam suam saluam facere id est
delicijs et voluptatibus occupa-
re in hac vita. quia hoc est vitaz
suam saluare secundum opinio-
nem carnaliuz et talis perdet eaz
in alia vita. qz obligat eam ad
penam inferni. Alio modo per-
dere idem est qd destruere. et tunc
cuz dicitur. perdet eam. subintel
ligitur in hac vita. Et est sensus.
Qui voluerit animam suam sal
uam facere quantuz ad merituz
vite eterne ipse perdet eam idest
destruet corpus laboribus et pas
sionibus exponendo ex quibus se
quitur separatio anime a corpo-
re. et hoc est animaz perdere secun
dum estimationem falsaz carna
lium licet sit saluare eam secundum veri
tatem. Et secundum hunc vltimum sen-
sum sequitur. Qui autem perdi
derit animam suam propter me. i.
propter deum mortem sustinendo
ipse inueniet eam in beatitudine
deo fruendo. ¶ Ad rationes in
oppositum. Ad primam respon-
detur negando consequentiam.
qz abnegare seipsuz secunduz ex
teriorem siue sensibilem naturaz
non obtemperando in his que re-
pugnant rationi non est contrarium
ei qd est diligere seipsum vt est pre
ceptum. quia intelligitur secundum na
turam rationalem vt scilz homo
velit sibi bona que pertinent ad

perfectionez rationis. amare au-
tem seipsum secundum naturaz
sensibilem sibi obtemperando nõ
est vere amare seipsum ex carita-
te. Propter quod diligere seipsm
secundum naturam exteriorez in
his que repugnant rationi est vi-
tuperabile. Unde. 2. Thimo. 3°
dicitur q in nouissimis dieb⁹ in-
stabunt tẽpora periculosa. z erũt
homines amantes seipsos. Sed
in his in quibus natura exterior
interiori concordant est laudabi-
le. vnde hoc est abnegare semet-
ipsum idest affectum humanum
non sequi. sed refrenare z subiu-
gare rationi. ¶ Ad secundam
respondetur negando consequẽ-
tiam. Et ratio est. quia non dici-
mus q ad ꝯsecutionem vite eter-
ne debeamus nos interficere vt
destruamus naturam. quia ne-
mo carnez suaz odio habuit ad
Ephe. 5°. sed abnegamus nos scz
sensibilem naturaz in his que re-
pugnant z contrariantur rationi
vel que retardant nos a consecu-
tione bonorum spiritualium re-
frenemus z humiliemus rationi
sicut dicit Apl'us. 1. Cor. 9°. Ca-
stigo corpus meum z in seruitu-
tem redigo zc. ¶ Ad tertiaz re-
spondetur negando consequen-
tiam. Et ratio est. quia lex xp̃i di-
citur iugum suaue et onus leue
diligentibus. qz vt dicit Aug⁹.
Amor omnia leuia facit z amã-
ti nihil est difficile. nec h° repug
nat ei q homo animo sit parat⁹
suscipere mortem propter xp̃m si
fuerit expediens. vel crux dicitur
ibi mortificatio carnis. de qua
Apostolus ad Galath. 5° Qui
autem xp̃i sunt id qui spiritũ dei
habent carnem suaz crucifixerũt
cuz viciis z concupiscentiis suis
passionibus quibus anima incli-
natur ad peccandum. z quia ta-
les ad hec opera mouẽtur ex de-
uotione ad xp̃m crucifixum. ido
signanter dicit Apl'us. crucifixe-
runt id est xp̃o crucifixo se confor-
mauerunt affligendo carnem su-
am. Unde ad Galath. 2° dicit
Apostolus vt deo viuaz xp̃o cõ
fixus sum cruci.

AD Secundam
questionem q beat⁹ Pe-
trus martir dicitur triplici aureo-
la dotatus. quia virgo. quia pre-
dicator siue doctor. quia martir
Queritur. vtrum ille tres aureo-
le in beato Petro martire fuerũt
equales. Et videtur q nõ. quia
aureola virginitatis videtur esse
maior inter alias. Dicit enim Cy-
prianus de virginibus loquens
q illustrior sit portio gregis xp̃i.
¶ Secundo. Aliis videtur q
aureola martirii sit maior. z hoc
dicit Beda. Respondeo. Dicẽ-
duz q tres aureole in beato Pe-
tro non fuerunt equales z sim-
pliciter loquendo aureola debi-
ta quia martir excellentior est ce-
teris. Pro quo notandum iuxta
sanctũ Tho. in. 4. dis. 19. q pre

eminentia aureole ad aureolam dupliciter potest attendi. Primo ex parte pugne vt dicatur aureola potior que fortiori pugne debetur. et per hunc modum aureola martirum aliis aureolis supereminet. Alio modo pugna martirum est fortior scilicet seipsum et vehementius affligens. sed pugna carnis est periculosior inquantum est diuturnior et magis nobis imminet e vicino. et sic supereminet quodammodo aureola virginum. Secundo ex parte corum de quibus est pugna. et sic aureola doctorum inter omnes est potior. quia huiusmodi pugna versatur circa opera intelligibilia. Alie vero pugne circa sensibiles passiones. Eminentia autem que attenditur ex parte pugne est aureolis familiarior. quia aureola secundum propriam rationem respicit victoriam et pugnam. difficultas etiam que attenditur ex parte ipsius pugne est potior quam illa que attenditur ex parte nostri inquantum est nobis vicinior. et ideo simpliciter loquendo aureola martirum inter omnes est potior. et ideo dicitur Mathei. 5°. quod in octaua beatitudine etc. que ad martires pertinet scilicet Beati qui persecutionem patiuntur omnes alie perficiuntur. propter hoc etiam ecclesia in connumeratione sanctorum martires doctoribus et virginibus preordinat. sed quantum ad aliquid nihil prohibet alias aureolas excellentiores esse. Et per hoc patet responsio ad obiecta

In festo apostolorum Philippi et Jacobi est euangelium. In illo tempore dixit etc. Non turbetur cor vestrum etc. Johan. 14. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. ¶ Prima. Utrum explicite credere misterium incarnationis christi sit de necessitate salutis. ¶ Secunda. Utrum credere explicite trinitatem diuinarum personarum sit de necessitate salutis ¶ Tertia. Utrum potest cognosci vna diuinarum personarum non cognita alia.

Ad primam questionem sic proceditur. Et videtur quod explicite credere misterium incarnationis christi sit de necessitate salutis. ¶ Primo sic Non enim tenetur homo credere ea que angeli ignorant. quia explicatio fidei fit per reuelationem diuinam que peruenit ad homines mediantibus angelis vt dicit Dionisius. 4°. celestis ierarchie. sed angeli misterium incarnationis ignorauerunt vt videtur dicere Dionisius exponens illud Isaie 63. Quis est qui venit de edom ergo angeli non tenebantur de hoc habere fidem explicitam. ¶ Secundo sic. Sicut dicit Dionisius 6°. celestis ierarchie. Multi de gentilibus ante aduentum christi

saluati sunt.sed illi nō habebāt fidem explicitam de redemptore quia reuelatio eis non erat facta.ergo etc. ¶ Tertio sic. Adue eus redemptionis non est de dictamine legis naturalis. sed qui erant in lege naturali saluabant implentes ea que sunt de dictamine legis naturalis. ergo etc. Sed in oppositum est euangelium in quo xpūs reprehendendo Thomam dicentem. Domine nescimus quo vadis et viam quō scire possumus ipsi respondens ait Ego sum via et nemo venit ad patrem nisi per me scilicet in me credendo et mea opera imitando in quo tangit misterium incarnationis. Rñdeo dic. Illud propter quod propter et per se pertinet ad obiectum fidei per quod homo beatitudinem consequitur. via autem hominibus veniendi ad beatitudinem est misterium incarnationis et passionis xpi. Dicitur enim Actuum.4. Non est aliud nomen datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri.ergo necessarium erat ad salutem habere fidem misterii incarnationis. Ad quā fidē diuersimode se habet genus humanum secundum diuersa tempora. In primo enim statu ante peccatū non oportebat ab aliquo hoīe habere fidem explicitā de incarnationis misterio secundum quod ordinabatur ad liberationē peccatorum. Ista conclusio patet. quia nō dum seruitus erat inducta.sed sufficiebat habere fidem explicitam in cognitione dei vel sed hō crederet quod deus ei prouideret in eis que necessaria essent ei ad salutem. In secundo autem statu post peccatum ante aduentum xpi quidam habebant fidem explicitam de redemptore quibus reuelatio facta erat qui maiores dicebantur Quidam vt minores fidem implicitam habebant in fide maiorum. Unde eis sacramentum redemptionis sub signis sacrificiorum proponebatur. In statu enim post aduentum xpi quia iam misterium redemptionis impletum erat corporaliter et visibiliter et predicatum.omnes tam maiores quam minores tenentur ad explicite credendum.precipue quantum ad ea que communiter in ecclesia solemnisantur et publice proponuntur sicut sunt articuli incarnationis. alias autem subtiles consideraciones circa incarnationis articulos tenentur aliqui magis vel minus explicite credere secundum quod conuenit statui et officio vniuscuiusque. ¶ Ad rationes in oppositū Ad p.imam respondetur quod angeli primitus de incarnationis misterio edocti sunt quam homines. vt dicit Dionisius.c.4. celestis ierarchie quantum ad ipsam substantiam eius quod credendum est Quis non quantum ad omnes circumstantias omnium articulorum quas postea rebus euenientibus cognouerunt. ¶ Ad secun

z respondetur q ratio nõ pro
lit. Cum primo. qz multis gẽ
bus reuelatio facta fuit sicut
tet per ea que predixerũt. Naz
b dicit. 19. Scio q redẽptor
us viuit. Sibilla.n. pnuncia/
aliqua de xpo vt Aug⁹. dicit
uz 2⁰. qz si aliqui saluati sunt
ib⁹ nõ erat facta reuelati o.ñ
uũt saluati absqz fide media
is. qz z si nõ habuerũt fidem
plicitã: habuerũt implicitaz in
ina puidentia credentes deũ
e liberatorez hoim sz⁹ mõs si
placitos. z sz⁹ q aliquib⁹ ve/
atez ɔgnoscẽtib⁹ ipe reuelauit
illud Job. 35. Qui docz nos
p iumenta terre. Ad tertiaz
cetur neganda pñam. Et ideo e
quãq ad cognitionẽ misterii
carnatiõis nõ sufficeret p se na/
r: sufficiebat tñ cuz lege scrip
anñ legẽ vo adiuta p gratiam

Ad Secundam
qstionez sic procedit. Et vi
etur q credere explicite trinita/
m diuinaz psonaz no sit de
cessitate salutis. Primo sic
cit enim Aplus ad Hebre. 11.
redere oportet accedentem ad
eum qz est. ergo videtur q non
oportuit credere distinctionẽ per
naruz. Secundo sic. Cog
itio fidei est necessaria inqtum
os in fines dirigit. sed deus est
nis noster inquantum est sum
um bonum quod ad essentiam
ertinet. ergo videtur q sufficie/

bat de deo credere essentialia.
Tertio. Sacra scriptura est re
gula fidei. sed in scriptura vete/
ris testamenti non fuit facta expssa
mentio de trinitate. g⁰ non erat
necessarium credere illam. In
opp⁹ ẽ euangelium pñs vbi xps
reprehendens Philippuz ait. Tã
to tpe vobiscum sum et non cog
nouistis me. Philippe qui videt
me videt z patrem meum. nõ cre
dis. quia ego in patre et pater in
me ẽ. Respondeo. Dicendũz
q post tempus gratie diuulgate
tenemur explicite ad credendum
misterium trinitatis. Ista conclu
sio sic declaratur. Misterium xpi
explicite credi non potest sine si/
de trinitatis. quia i misterio xpi
hoc continetur q filius dei car/
nem assumpsit. Item q per gra/
tiam spiritus sancti mundum re
nouauit. Et iterum q de spiritu
sancto conceptus fuerit. Et ideo
eo modo quo misterium Christi
ante christum fuit quidem expli
cite creditum a maioribus. im/
plicite autem z quasi obumbra/
te a minoribus. ita etiam miste/
rium trinitatis. et ideo post tem
pus gratie diuulgate tenent om
nes sicut dictum est ad credẽduz
misteriuz trinitatis z omnes qui
nascuntur in christo hoc adipis/
cuntur per inuocationem trinita
tis secundum illud Math. vlti.
Euntes docete oẽs gẽtes bapti/
santes eos in noĩe patris z filii z
spiritus sancti. Ad rõnes in

oppositum. ¶ Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia apostolus posuit illa que oportuit explicite credere de deo omni tempore et quo ad omnes. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia ad dirigendum in finem non solum oportet cognoscere finem. sed ea sine quibus in finem dirigi non potest. et ideo oportet habere explicitam fidem non tantum de fine sed etiam de misterio trinitatis. quia sine diuinarum personarum visione in finem beatitudinis veniri non potest. ¶ Ad tertiam respondetur vno modo negando minorem. quia in veteri testamento multipliciter est expressa trinitas personarum sicut statim in principio Gen. vbi ad expressionem trinitatis dicitur. Faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram. Cum secundo. non erat necessarium vt explicite omnes cognoscerent misterium trinitatis ideo non fuit positum misterium trinitatis manifeste in veteri testamento sed velate vt sapientes credere possent.

AD terciam questionem sic proceditur. Et videtur quod vna personarum potest cognosci alia non cognita. ¶ Primo sic. Essentia diuinitatis potest cognosci non cognita distinctione personarum sicut cognoscebant philosophi. ergo etiam vna persona alia non cognita. ¶ Secundo sic. Discipuli habebant noticiam de christo et tamen non habebant de patre. vnde dicit Philippus. Ostende nobis patrem et sufficit nobis. ¶ Tertio sic. Diuine persone habent distinctos articulos et per consequens distinctas cogitationes. ergo vna potest cognosci alia non cognita. ¶ In oppositum est euangelium presens vbi christus ait. Si cognouissetis me et patrem meum vtique cognouissetis. et infra. Tanto tempore vobiscum sum et non cognouistis me Philippe qui videt me videt et patrem meum. quomodo tu dicis ostende nobis patrem. non credis quia ego in patre et pater in me est.

¶ Respondeo. Dicendum quod quia verba huius euangelii sunt aliquomodo obscura. sunt aliqua notanda pro eius intelligentia. Primo notandum quod secundum Augustinum inter discipulos aliqui erant qui etiam christum secundum quod erat verbum dei cognoscebant. quorum vnus erat Petrus qui dixit. Tu es christus filius dei viui. Mathei. 16. Alii erant qui eum non cognoscebant inter quos erat Philippus. Quantum ad primos dixit. quo ego vado vos scitis. Quantum vero ad secundos dixit. Non cognouistis me. Secundo notandum quod christus dupliciter cognosci poterat. vel secundum humanam naturam et sic omnes sciebant. et quantum ad hoc dixit. Quo ego

vado vos scitis. quia vado ad patrez quem scitis per me vobis manifestatuz. via autem p quaz vado ego sum quam scitis. Secundo oportet cognosci secūduz diuinam naturam. et secundum hanc dicit. et nō cognouistis me. Tertio notandum q non est inconueniens q vnum τ idem sciri τ ignorari diuersimode potest. Cognitio enim humana procedit de imperfecto ad perfectum. vt habetur p° Phisicoꝝ. τ ideo illud quod scitur in generali et confuse bene ignoratur in particulari τ determinate. sic erat in p posito. quia xp̄i doctrina ī quodam generali et confuso accepta erat τ sic dicit xp̄us scire. determinate autem τ perfecte adhuc nesciebant. τ sic Thomas negauit se scire propter quod xp̄us explicat magis ī particulari. Ego suz via secundum humanitatem. q2 illa que gessit in humanitate fuit via perducens nos ad gloriam. et sic vtrimqz dixit verum vt dicit Albertus. Christus eniz dixerat q se qui via erat nouerant. Thomas autem negat. q2 licet xp̄m nouerat/tamen de xp̄o sub intentione vie dubitabat τ querit. sicut qui noscit christum non oportet q cognoscat euz sub forma venientis. sic ergo dicit. Nescimus quo vadis. quia licet ad patris beatitudinem vadis. non tamen scimus patrem sub ratione termini siue finis vie tue. τ iō

nescimus quo vadis. dicit Jhesus. Ecce illuminatio dubitationis. Ego sum via veritas τ vita via per me vt certum exemplum virtutis transitus. Ego sum veritas. i. doctrina in qua non deuiatur. Ego sum vita quo ad vnitatez in qua quicunqz per me viuit in sempiternum viuit. hoc intendit littera vt dicit Albertus. q sit vera via conuenienter probat dicens. Nemo venit ad patrē nisi p me ducentem sicut via ducit. quia nec ad cognitionem patris venit nisi per me Johan. p° Unigenitus qui est in sinu patris ipse enarrabit. Et dans certā termini vie demonstrationem subiungit dicens. Si cognouissetis me secundum diuinitatem quaz in operibus operum meoruz cognoscere facile potuistis τ ꝑ a. [illegible] meum qui vnus in deitate mecū est cognouissetis vtiqz. q2 nostra opera indiuisa sunt. sicut indiuisa est virt⁹ τ substantia qua operamur. Ammodo cognoscetis eū accepto spiritu sancto post resurrectionem τ ascensionem meam. qui reuelabit vobis omnia que dixi vobis Johan. 14. Cum venerit paraclitus quem ego mittam τc. Et vidistis eum quia videndo me in quo est diuina natura que est idem qd' pater vidistis eum. Qui enim me misit me cum est Johannis octauo Consequenter sequit' dubitatio Philippi que oritur ex p̄cedēti. quasi

diceret. Ex quo dicis patrem esse deum ad quem vadis ⁊ in quo est terminus nostre beatitudinis ostende nobis patrem et sufficit nobis. acsi dicat. ⁊ si nihil vltra queritur. hoc dixit Philipus q͛ patrem in ratione patris non nouit licet in ratione dei. Philipp⁹ enim rudis fuit vt dicit Albert⁹ quia licet cognouerit deuꝫ in ratione dei nō tamē cognouit sub distinctione personarum et indigebat illuminatione ampliori. Et illam Christus sicut doctor pius exhibet Philippum redarguendo. Tanto tempore vobiscum sum ostendens vobis viaꝫ ⁊ patris operationem ⁊ virtutem ⁊ substantiam. ⁊ per illa non cognouistis me. acsi diceret. mirum est valde. quia qui videt me videt ⁊ patrem meum scilicet secundum diuinitatem. ⁊ ideo mirum ꝙ hoc totiens a me audituꝫ nō cognouistis ❡ Surgit questio q̄ est. quare tanto tempore perfecte non cognouerunt xp̄m. ❡ Respondetur iuxta Albertuꝫ super Johannem. ꝙ ideo. quia oculi eorum tenebantur vel animę carnis et infirmitatis xp̄i quo semper cogebantur dubitare. quia ⁊ Petrus aliquando pro se confitebatur et pro aliis dicens. Tu es xp̄us filius dei viui. Mathei 16. tamen iterum propter infirmitateꝫ carnis reassorbebantur ad fidei modicitatem. ⁊ propter illā carnis assumptam infirmitatem

semper patrem meliorem filio credebant. ⁊ ideo vt dicit glo. nec filium perfecte cognouerunt. quia nō omni natura filius est equalis patri. ⁊ ideo qui patrem filio meliorem credit nec filiuꝫ cognouit esse filium per naturam. ⁊ idō Philippus reprehensione dign⁹ fuit. q͛ non cognouit. Philippe qui videt me per opa esse deum videt patrem. q͛ deus incōicabile ē nomē ⁊ natura nulli nisi vni sꝫⁿ substantiaꝫ ꝯueniens. ⁊ ideo qui cognouit diuinitatem in filio cognouit eaꝫ ⁊ in patre. quia pater ⁊ filius vnum sunt in natura. ⁊ ideo recta consequētia. qui videt filium districta cognitione videt ⁊ patrem. quomodo tu dicis in quantum apostolus elect⁹ tot doctrinis imbutus/tot reuelationibus illuminatus. cum sis vnus de illis quib⁹ dixi Math. 13. vobis datum est nosse misterium regni celoꝝ. dicis. ostēde nobis patreꝫ. cuꝫ totiens tibi pater in demōstrationib⁹ opeꝝ ostēsus sit Johā. 17. Pater manifestaui nomen tuū hoīb⁹ quos dedisti mihi. non credis q͛ ego in patre ⁊ pater in me ē. quasi diceret. h⁹ mirꝫ est. Consequenter ꝑhabita dubitationis illuminatione subiungit perfectaꝫ rationem dicēs Verba q̄ ego loquor ꝙ tantum habent effectuꝫ ꝙ quicquid dico statim fit. q͛ᶜ non ꝯuenit nisi verbo dei vobis ad vtilitatē vestraꝫ. a meipso nō loquor prima

te. q2 sic effectum non haberent pa er aut in me manens per sub stantiaz ipse vt actor facit opera in me. Sicut enim indiuisa e na tura sic indiuisa est operatio Jo han. 5° Opera que ego facio rc non creditis q2 tu non loqueris tantu pro te sz pro oibus alus q2 ego in patre z pater i me est. qua si diceret. mirz est si hoc post tata opa visa no credutis. alioquin supple si simpliciter non creditis sine alio inducente vos ad fidez propter opera ipsa credite. loqui tur oibus aplis q2 illa sufficien ter vos ad fidem inducunt. Jstis sic expeditis pro intelligentia sa na euangelii pro responsione ad formam questionis est notandu q triplex dicitur visio qua videt deus a nobis. Una est q perfici tur lumine naturalis rois qua si per effectus dei qui sunt qdaz vestigia que surgunt ad noticia aliqualem dei. sicut dicitur Sa pien. 13. A magnitudine speciei creature poterit eoruz creator vi deri. Et ad Roma. 1° Jnuisibi lia dei per ea q facta sunt intel lecta ospiciuntur. Et de tali visi one est oclusi. q deus pot videri no intellecta distinctione psona rum. sicut philosophi z iudei di cuntur habere noticiam dei scilz q sit z q sit vnus z q sit bonus z q sit potentissim9 z hmoi. Cuz aut oes effectus dei respiciut po tentiam z bonitatem dei q oia p tinent ad essentiaz diuinam non

ducunt in cognitionem distinct onis alicuius personarum. Se cunda visio est qua homo dicit videre aliqua que sunt supra in tellectum humanum. que lumi ne fidei et reuelationis domini nostri Jhesu xpi per spiritus psp citur in nobis. z illa cognitio ali quando per successionez tempo ris creuit. sicut dicit Gregorius. q sz9 incrementum temporz cre uit scientia sanctorum patrum. z aliquando hoc contingit vt di cit sanctus Thomas. ex impote tia ad ostendenduz q2 principio totum capere non possunt. Un o oportet humanum intellectuz as sueficri ad ea que fidei sunt. pro pter quod dns discipulis dixit. Multa habeo vobis dicere que non potestis portare mo. Joha. 16. Hoc manifeste habemus in euangelio Johis. Naz in psenti euagelio rephendunt apli q no cognouerut diuinitatem xpi nec patrem sicut visum e. Jnfra tame c. 17. augmentata fide illoruz dicit xpus de eis. Nunc cognouerunt quia omnia que ddisti mihi abs te sunt. i. a te procedentia. q2 ver ba que dedisti mihi ab instanti oceptionis q° replet9 fui oi cog nitione veritatis dedi eis interi us z exterius docendo. z ipi acce perunt doctrinaz xpi recipiendo z cognouerunt per doctrinaz xpi z per miracula. z q hmoi cogni tio fuit fidei. ideo subditur. z cre diderunt vere. idest firmiter z sta

biliter. quia tu me misisti. Et de
tali cognitione est conclusio secū
da. ꝙ cognitōne fidei pfecta nō
potest quis videre vnam perso-
nam alia non visa. Patet cōclu
sio ex dictis xpi dicentis. Si cog
nouissetis me perfecta fidei cog
nitione cognoscendo in me diui
nitatem credendo me non soluꝫ
hominem sed etiam deum vtiqꝫ
ꝛ patrem cognouissetis qui vnū
in diuinitate est mecum. Tertia
visio dei est visio intuitiua qua
beati vident deum. de qua dicit
Johan. 17. Hec est vita eterna
vt cognoscant te solum deum et
quem misisti Jhesum xpm. Et de
tali est conclusio tertia. ꝙ est im-
possibile videre in diuinis vnaꝫ
personam alia non visa. Patet
conclusio ex presenti euangelio.
ait enim xpus qui videt me vi-
det ꝛ patrem meum. Ratione ꝓ
batur sic. In persona diuina nō
intelligimus nisi substantiam si
ue naturam que vna est simpli-
cissima triuꝫ personarum. nec po
test videri in vna persona quin
eadem videatur in alia. Secun
do intelligimus relationem. sed
relatiua sunt simul naturali intel
ligentia. ita ꝙ vnum est in intel-
lectu alterius vt pater dicitur fi-
lii pater. ꝛ filius patris filius. er
go impossibile est visione aperta
que est visio per essentiaꝫ cognos
cere vnam personaꝫ alia nō cog
nita. ¶ Ad rationes in opposi
tum. Ad primaꝫ respondetur. ꝙ
ratio procedit de prima cognitiō
ne naturali. quia tali non cogno
scitur distinctio personaruꝫ in di
uinis. ¶ Ad secundam respon
detur. ꝙ cognitio discipulorum
ad minus Thome et Philippi
fuerit imperfecta cognitio. ꝛ ideo
merito reprehensi fuerunt a xpo.
¶ Ad tertiam respondetur ne
gando consequentiam. Et ratio
est. quia non omnes articuli sūt
sic distincti vt in eis non implice
tur cognitio plurium personaruꝫ
vt cum dicitur. Credo in deum
patrem omnipotentem. iaꝫ intel
ligitur cum patre filium. Iteꝫ cuꝫ
dicitur. Et Jhesum filium eius.
implicātur due persone. Qui cō
ceptus est de spiritu sancto. ecce
implicantur tres persone. ꝛ ita ra
tio non procedit. Tum etiam qꝛ
licet in articulo vno non fiat mē
tio nisi de vna persona nō sequi
tur ꝙ perfecta cognitione fidei
possit cognosci vna persona alia
non cognita. quia si de patre ha
beo perfectam fidem oportet ꝙ
cognoscam de eo ꝙ genuit filiuꝫ
ab eterno. ꝛ ab eo ꝛ filio proces-
serit spiritus sanctꝰ. ꝛ sic de aliis

In festo Inuen tionis sancte Crucis est

euangelium. Erat homo ex pha
riseis ꝛc. Johan. 3º. Circa quod
possunt disputari sequentes que
stiones. ¶ Prima. Utrum fue-
rit conueniens comparatio cum

dicitur. sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto: ita oportet exaltare filium hominis. ¶ Secunda. Utrum sit veruz q nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo filius hominis qui ē in celo. ¶ Tertia. Utrum crux xpi sit adorāda adoratōne latrie

AD primaz questionez sic proceditur. Et videtur q non fuerit conueniēs comparatio cum dicitur. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto ita exaltari oportet filiuz hominis. ¶ Primo sic. Christ⁹ fuit absq3 omni peccato innocētissimus. & ideo dictus est agnus sine macula. flos cāpi & liliuz rc̄ Canticor. 2°. Serpens est autez naturaliter venenosus. ergo non videtur ex parte ista conueniens comparatio. inter comparabilia enim semper requiritur aliqua ꝓportio aut analogia. ¶ Secūdo idem arguitur sic. Christ⁹ exaltatus est procurantib⁹ iudeis ex malicia eorum. serpens exaltatus per Moysen ex mādato domini. ¶ Tertio. ex parte effect⁹ quia aspect⁹ serpentis sanabat a morte corporali tantum. fili⁹ hominis exaltatō e sua a morte anime vt restituit vite eterne. ¶ In oppositum est euangelium. Respondeo. Dicendum q conueniens fuit comparatio illa. xp̄s enī illam fecit. ergo fuit conueniens Unde nota q sicut habetur Numeri. 21. Populo iudeoruz murmurante contra dominum et dicente. Nauseat anima nostra super isto cibo leuissimo. misit dominus in vltionem serpentes et postmodum concurrente populo ad Moysen & ipso clamante ad dominum mandauit dominus in remedium fieri serpentem eneum. Quod quidem fuit in remedium contra illos serpentes. naz percussi a serpentibus aspicientes eum sanabantur. & in signum passionis dominice. quia sicut aspectus serpentis sanabat a morte corporali: sic immo multomagis fides Jhesu Christi crucifixi sanat a morte spirituali & restituet vite eterne. Uoluit autem mori exaltat⁹. Primo vt purgaret celestia iam enim per sanctitatem sue cōuersationis purgauerat terraz. restabat per mortem purgare aera Col. 1°. Pacificans per sanguinē suum que in celis & in terris sunt Secundo vt triumpharet de demonibus qui in aere bellum preparant ad Ephesi. 2°. secundum principem potestatis aeris. Tertio vt corda nostra ad se traheret Johan. 12. Ego si exaltatus fuero omnia traham ad me ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam dicendum. q serpens ille quem exaltauit Moyses cum esset eneus venenum non habuit sed figura fuit serpentis venenosi. sic xp̄us non habuit peccatuz quod est venenum sed habuit si

J. i.

militudinem veneni id est pecca ti ex carne passibili ad Roma. 8° Misit deus filium suum in similitudinem carnis peccati. et sic conveniens fuit comparatio serpentis ad xpm in hoc. ¶ Ad secundam respondet negando consequentiam. quia solum facta est comparatio ratione dicta et ratione effectus sequentis. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. nec oportz quod inter similia sit omnimoda similitudo. quia tam non essent similia sed eadem. Corporalia enim bene sunt figura sive signa spiritualium. ita est hic. nam sicut fructus figuralis serpentis erat quod quicunque aspiciebant serpentem eneum liberabantur veneno et preservabantur vite. ita hic qui aspicit filium hominis exaltatum id est qui credit xpo crucifixo liberatur a veneno peccati. et preservatur ad vitam eternam.

AD Secundam

questionem sic proceditur Et videtur quod non sit verum quod nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo filius hominis qui est in celo. ¶ Primo sic. Ipse filius hominis non descendit de celo. ergo illud non est verum. consequentia patet. antecedens probatur. aut descendit secundum divinam naturam aut secundum humanam. non secundum divinam. quia divine non convenit descendere de celo motu locali. quia sic non remaneret in celo. Nihil enim localiter motum remanet unde non descendit. non etiam descendit secundum humanam naturam. patet. quia non descendit secundum corpus sicut hereticus Valentinus dixit. quod xpus corpus de celo detulisset et transisset per virginem nihil ex ea accipiens sicut aqua per fistulam. quod est contra Aplin ad Roma. 1° qui factus est ei ex semine david secundum carnem. nec etiam descendit secundum animam quia sic esset error Origenis. qui dixit animam xpi ab initio esse creatam cum angelis et verbo unitam. et postmodum de celo descendisse assumendo carnem de virgine. sed hoc repugnat catholice fidei que animas ante corpus non esse dicit. non ergo xpus secundum humanam naturam descendit de celo. ¶ Secundo sic. ad Ephe. 4° Christus ascendens in celum captivam duxit captivitatem. i. sanctos patres quos de limbo eduxerat duxit in celum et tamen illi nunquam descenderunt de celo. ergo aliqui ascendunt in celum qui nunquam descenderunt de celo. ¶ Tertio. Idem patet de Paulo rapto in tertium celum qui prius ibi nunquam fuerat. et de sanctis omnibus qui ascendunt in celum secundum illud. 2. Cor. 5° Domum habemus non manu factam in celis etc.

¶ In oppositum est evangelium presens

Respondeo. Dicendum quod verum est quod dicitur a xpo qui cum sit veritas

z vita. Johan. 14. mentiri nõ potest. Breuis sensus illiꝰ verbi xp̄i est. ꝙ filius hoīs. i. xp̄s et mēbra sua qui sunt oēs fideles iusti ascendunt in celum. qui idem filiꝰ sꝫꝰ diuinaꝫ naturaꝫ descendit d̄ celo. Pro quo notandum ꝙ cuꝫ in xp̄o sit vnum suppositum vel vna ypostasis vel personaruꝫ duarum naturarum diuine scꝫ z humane. ex quacunqꝫ earꝫ hoc suppositum nominetur potuerunt ei attribui z diuina z humana. possumus enīꝫ dicere ꝙ filius hoīs creauit stellas. z ꝙ filius dei crucifixus est. non sꝫꝰ diuinaꝫ naturām sed sꝫꝰ humanaꝫ. filiꝰ autē hoīs creauit stellas sꝫꝰ diuinam naturā. ita vt de his que de xp̄o dicuntur non sit attendenda distinctio quantuꝫ ad eum de quo dicuntur sꝫ indifferenter vt diuina z humana dicuntur de deo et hoīe sꝫ vt fiat distinctio q̄tuꝫ ad id sꝫꝰ qd̄ dicuntur qꝛ diuina diuina dicunt̄ de xp̄o sꝫꝰ diuinam naturaꝫ. humana v̄o sꝫꝰ hūanā naturaꝫ. descendere de celis dicit̄ de filio hoīs non sꝫꝰ humanam naturaꝫ sꝫ sꝫꝰ diuinam sꝫꝰ quaꝫ p̄ueniēt ei añ incarnationem fuisse. dicitur aūt descendere nō motu locali sicut argutum est. nec sicut desinens esse sursum in celo. sed qꝛ assumpsit naturaꝫ que est deorsum z non ad designandum ꝙ descendit motu locali. sꝫ assūptione nature inferioris hūane dicit ꝙ descendit filius hoīs. i. inquantum est factꝰ filiꝰ hoīs. Secundo notāduꝫ ꝙ p̄sona xp̄i aliqñ accipitur cuꝫ p̄cisione p̄ solo capite. quēadmoduꝫ dicit Johānes. qui desursum est sup̄ oēs est. aliqñ pro toto corpore siue p̄ capite in q̄tuꝫ sunt ei mēbra vnita. videlicꝫ oēs fideles exn̄tes in caritate. z hoc modo accipit̄ hic Johan. 3º cuꝫ dicit̄. Nemo ascendit in celuꝫ zc̄. Vñ Augꝰ. in li. de baptismo paruuloꝝ. In vnitate eius oēs immutandi fuandi qꝫ ꝯcurrunt vt ille qui descendit sit ille qui ascendit. non aliud se deputans q̄ corpꝰ nostrum vt de ipso et ecclesia veriꝰ dicit̄. erunt duo in carne vna. non gº sequit̄ solus xp̄s ascendit. nō gº nos ascendemus qꝛ sicut dicit glo. Nō ascendit in celum nisi sint mēbra coherentia illi qui est vna p̄sona homo z dei filiꝰ ¶ Ad rōnes in oppꝰ. Ad primam respondet̄ negando antecedens. z ad p̄bationem respondetur ꝙ descendit sꝫꝰ diuinaꝫ naturaꝫ eo mō quo dictuꝫ est. sꝫꝰ v̄o hūanaꝫ naturā non descendit sicut bn̄ argutum est. Vel p̄ōt dici ꝙ sꝫꝰ corpꝰ descendit de celo. vt Hilarius dicit nō ꝙ materia corp̄is xp̄i de celo descendit. sed qꝛ virtus formatiua eiꝰ de celo fuit. vñ Augꝰ. ad Orosiuꝫ dicit. Celestem dici xp̄m qꝛ nō hūano conceptus est semine. z hoc modo exponit Hilariꝰ vt dicit sanctꝰ Tho. ¶ Ad secundaꝫ r̄ndetur ꝙ sancti patres

ascendentes cum xpo fuerunt et sunt membra eius. ideo cuz ipso qui fuit in celo ascenderunt vt dictum est. ¶ Ad tertiam eadem est responsio. propter hoc enim filius dei de celis descendit vt nos faciendo membra sua ad ascensum c locuz nos prepararet. Nunc quidem in spe. tandem vero in re ad Ephesi. 2° Qui resuscitauit nos et consedere nos fecit in celestibus.

AD terciam questionem sic proceditur. Et videtur quod crux xpi non sit adoranda adoratione latrie. ¶ Primo sic Nullus pius filius veneratur contumeliam patris puta flagellum quo flagellatus est vel lignum quo fuit suspensus sed magis abhorrit. xpus autem in ligno crucis acerbissimaz mortem passus est. secundum illud. Sapien. 2° Morte turpissima condemnemus euz. ergo fideles non debent crucem venerari sed magis abhorrere. ¶ Secundo sic. Humanitas xpi adoratur adoratione latrie inquantum est vnita filio dei in persona quod de cruce dici non potest. ergo crux xpi non est adoranda adoratione latrie. ¶ Tertio. Sicut crux xpi fuit instrumentum passionis. ita et multa alia puta claui lancea et corona spinarum sed istis non exhibemus cultuz latrie. ergo videtur quod nec cruci xpi sit exhibendus. ¶ Quarto. Maiorem affinitatem habet beata virgo ad xpm quam crux. sed beata virgo non adoratur cultu latrie. ergo multominus crux.

¶ In oppositum arguitur sic. Reliquie aliorum sanctorum venerantur eadem ratione qua et ipsi. sed crux xpi est de reliquiis xpi ergo adorabitur eadem adoratione qua xpus scz latria. ¶ Respondeo. Dicendum quod honor et reuerentia non debetur nisi rationali creature aut sensibili. Insensibili autem non debetur nisi ratione nature rationalis. et hoc dupliciter. Uno modo inquantum representat naturam rationalem Alio modo inquantum ei quocunqz modo coniungitur. Primo modo consueuerunt homines adorare regis ymaginem. Secundo modo eius vestimentum. Utrunqz autem venerantur homines eadem veneratione qua venerantur et regem. Si ergo loquimur de ipsa cruce in qua xpus crucifixus est. vtroqz modo est a nobis veneranda. Uno scz modo inquantum representat nobis figuram xpi extensi in ea. Alio modo ex contractu ad membra xpi. et hoc quia eius sanguine est perfusa. Unde vtroqz modo adoratur eadem adoratione cum xpo scz adoratione latrie. et propter hoc etiaz crucem alloquimur et deprecamur quasi ipsum crucifixum dicentes O crux aue spes vnica etc. Si vero loquimur de effigie crucis xpi

in alia materia puta lapidis vel ligni vel auri vel argenti sic veneramur crucem tantum vt ymagines scz adoratione latrie. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et rō est. qr in cruce xpi licet quantuz ad opinionē vel intentionez infidelium consideratur opprobrium xpi. quantum tamen ad effectuz nostre salutis consideratur virtus diuina qua xpus de hostib⁹ triumphauit ad Col. 2º. et ideo dicit Apls. 1. Corinthe. 1º. Uerbum crucis pereuntibus quidem stulticia est. his aūt qui salui fiunt virtus dei est.

¶ Ad secundum respondetur negando consequentiam. Et ratio est. qr licet crux xpi nō fuerit vnita verbo dei in psona. fuit tamē ei vnita aliquo alio modo scz p representationem et contactuz et hac sola ratione exhibetur ei reuerentia. ¶ Ad tertiam respondetur negando ɔñam. Et rō est. qr alia rō est de cruce et aliis instrumentis qr licet quantum ad rationem contactus membrorū xpi adoramus etiam non soluz crucem sed etiam oia q̄ sunt xpi vt lancea/claui/et vestimēta. ista tamen non repñsentant ymaginē xpi sicut crux que dicitur signuz filii hoīs quod apparebit ī celo Math. 24. Et inde est q ymagines xpi veneramur nō ymaginē clauorum vel quorūcunqz aliorum ¶ Ad quartam respondetur negando ɔñam. Et rō est. qr crux xpi est ymago xpi non aūt beata virgo. Preterea crux prout in se ɔsideratur nō est capax honoris cum sit res insensibilis. sz beata virgo est sz⁹ seipsaz capax venerationis. et iō nō ē similis rō.

In festo beati

Johannis ante portaz latinam est euangelium. Dixit Jhesus Petro. Sequere me et. Johan. 21. Circa qd' possunt disputari sequentes questiones. ¶ Prima. Utrum beatus Johānes supra pectus domini recumbēs tantum inde sapientie suxit vt in figura aquile meruit inter euangelistas designari. ¶ Secunda. Utrum beatus Johannes inter martires debeat connumerari.

Ad primaz questionez sic proceditur. Et videt q non debuit figura aquile designari sed hoīs. Altior ē visio intellectualis q sensibilis. g⁹ beatus Johānes quanto altius de diuinis erat locutus ɔuenientius veniebat figurādus figura nature rationalis puta hoīs q aquile que intellectu et ratōe caret. ¶ In opp⁹ est illud Ezech. 1º. Facies aquile desuper ipsorum quatuor. Respondeo q beat⁹ Johannes meruit inter ūca euāgelistas ɔuenienti⁹ figura aquile designari. Ratio ē. sicut supra cum de beato Marco fieret dis

AD terciam questionez sic proceditur. Et videtur q Petrus nec successores eius per clauium potestatem nō possit de penis satisfactoriis indulgentiaz facere. ¶ Primo sic. Super illud. 2. Thimo. 2° dicitur q negare seipsum non potest. dicit glo. q faceret si dicta sua nō impleret. g° necesse est q dominus dicta sua impleat. sed ipse dixit Deutro. 25. Secundum mensuram debiti est plagarum modus ergo necesse est ita peccatores puniri sicut meruit. ergo non potest

nec papa nec ali9 aliquid remit
tere nec relaxare. ¶ Secundo
sic. Inferior non potest absoluere
a pena ad quam ligat superior.
sed deus remittendo culpam li-
gat ad aliquotaꝫ penam tempo
ralem vt dicit Hugo de sancto
victore. ergo null9 homo potest
absoluere a pena illa aliquid di
mittendo ¶ Tertio sic. Ad po
testatem excellentie pertinet vt si-
ne sacramentis effectus sacramē
torum tradatur. sed nullus ha-
bet potestateꝫ excellentie in sacra
mentis nisi xp̄us. cum ergo satis
factio sit pars sacramenti penitē
tie operans ad remissioneꝫ pene
debite. videtur ꝙ nullus homo
purus possit dimittere debitum
pene sine satisfactione. ⁊ per con
sequens Petrus non potuit po-
testate clauium facere huiusmo-
di remissiones ¶ In oppositum
est euangelium p̄sens ibi. Quod
cunqꝫ solueris super terram ⁊c.
¶ Secundo sic. Apostolus di-
cit. 2. Corinthe. 2° nam ⁊ ego si
quid vobis donam in persona
christi. glo. Ac si christus donas
set. sed christus poterat relaxare
absqꝫ omni satisfactione penam
peccati vt patꝫ Johan. 8° de mu
liere adultera. ergo ⁊ Paul9 po-
tuit. ergo ⁊ Petrus ⁊ nunc papa
qui nō est minoris potestatis ꝙ
Paulus fuit. ¶ Respōdeo. Di
cendum ꝙ Petrus ⁊ nunc succes
sores potestate clauium poterūt
⁊ possunt indulgentias ⁊ relaxa

tiones facere penarum debitarum
pro peccatis. Patet ista conclu-
sio sic. Ecclesia generalis non po
test errare. quia ille qui in omni-
bus exauditus est pro sua reue-
rentia dixit Petro. super cui9 cō
fessione ecclesia fundata est. Ego
pro te rogaui Petre vt non defi-
ciat fides tua. Luce. 22. sed ec-
clesia generalis indulgentias ap
probat. ergo conclusio vera. Pro
cuius ampliori intellectu est no-
tandum ꝙ licet ab omnibus cō
cedatur indulgentias posse fieri
per papam ⁊ prelatos ecclesie ni
hilominus diuersi diuersimode
loquuntur. Quidam enim distin
guentes forum dei ⁊ forum eccle
sie. dicunt ꝙ non valent in foro
dei ita ꝙ non valent ad absoluen
dum a reatu pene quam quis in
purgatorio secundum iudicium
dei meretur. sed valēt quo ad fo
rum ecclesie. quia soluunt ab ob
ligatione qua sacerdos obliga-
uit penitenteꝫ ad penam aliquā
vel ad quam ordinatur ex statu
to canonum. dicunt etiam ꝙ sa
cri canones pro mortalibus pec
catis graues ⁊ diuturnas penitē
tias taxant vt pro vno mortali
peccato septennium vel amplius
sed quod grau9 ē ꝙ pena adeo
grauis est ꝙ vix aut nunꝙ possꝫ
quis facere ⁊ pauci inuenirentur
qui vellent. ⁊ ab absolutione ob
ligationis ad huiusmodi penas
dicunt indulgentias valere. hec
opinio non est vera. Tum primo

quia est expresse contra priuilegium Petro datum vt quod in terra remitteret et in celo remitteretur. Unde remissio que fit ad forum ecclesie valet etiam quo ad forum dei. Tum secundo. quia ecclesia huiusmodi indulgentias faciens magis damnificaret quam adiuuaret quia remitteret ad grauiores penas scilicet purgatorii absoluendo a penitentiis iniunctis. et ideo aliter dicendum est quod indulgentie valent et quantum ad forum ecclesie et etiam quantum ad iudicium dei ad remissionem pene residue post contritionem et absolutionem siue sit iniuncta siue non. Ratio autem quare valere possunt iste indulgentie est vnitas corporis mistici in qua multi in operibus penitentie supererogauerunt ad mensuram debitorum suorum et multas etiam tribulationes iniuste sustinuerunt patienter per quas multitudo penarum poterat expiari si eis deberentur quorum meritorum tanta est copia quod omnem penam debitam nunc viuentibus excedunt et precipue propter meritum christi. quod et si in sacramentis operatur non tamen efficacia ipsius in sacramentis includitur sed sua infinitate efficaciam sacramentorum excedit. Manifestum est autem quod vnus pro alio satisfacere potest. sancti autem in quibus superhabundantia operum satisfactionis inuenitur non determinate pro isto qui remissione indiget huiusmodi opera fecerunt. alias absque omni indulgentia remissionem consequerentur sed communiter pro tota ecclesia vt apostolus dicit se implere ea que desunt passioni Christi in corpore suo quod est de ecclesia ad quam scribit. 2. Corinthe. primo. et sic predicta merita sunt communia totius ecclesie. ea autem que communia sunt multitudinis alicuius distribuuntur simul de multitudine secundum arbitrium eius qui multitudini preest. Unde sicut aliquis consequeretur remissionem pene si alius pro eo satisfecisset. ita si ei satisfactio alterius per eum qui potest distribuatur. Ad hoc autem quod bene distribuantur requiruntur tria. auctoritas ex parte dantis. ex parte recipientis caritas. ex parte cause pietas que comprehendit honorem dei et proximi vtilitatem.

¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia remissio que per indulgentias fit non tollit quantitatem pene ad culpam. quia pro culpa vnius alius sponte penam sustinuit vt dictum est. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. quia inferior dando indulgentias non absoluit simpliciter a debito pene quo ligatus fuit per superiorem sed dat vnde debitum soluat. vnde non absoluit.

omnino ꝺ condonando sed pro eo soluendo de thezauro ecclesie ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Et rō est quia effectus sacramentalis absolutionis est diminutio reatus ꝛ hic effectus non inducitur per indulgentias. sed pro eo faciens indulgentias soluit penam quā debebat de ecclesie bonis cōmunibus siue de thezauro ecclesie. vt ex dictis patet.

In festo Commemorationis sancti Pauli

In festo Commemorationis sācti Pauli est euangelium. Dixit Petrus ad Jhesum. Math. 19. Possunt disputari sequentes questiones. ¶ Primo. Utrum Paulus ī raptu viderit diuinam essentiam. ¶ Secundo. Utrum Paulus in raptu ignorauerit an eius anima a corpore fuit separata.

Ad primam questionem sic proceditur. Et videtur ꝙ Paulus in raptu non viderit diuinam essentiam ¶ Primo sic. Dicitur Exo. 33. Non videbit me homo et viuet. glo. Quādiu hic mortaliter viuitur videri per quasdam ymagines deus potest sed per ipsam nature sue speciem non potest. sed Paulus in raptu viuebat vita humana. g° ipse in illo raptu non vidit diuinam essentiam ¶ Secundo sic. Sicut enim de Paulo legitur ꝙ est raptus vsq; in tertium celum ita etiam de Petro legitur Actuum. 10. ꝙ cecidit super eum mentis excessus. sed Petrus in suo excessu non vidit dei essentiam sed quandam ymaginariam visionem. ergo videtur ꝙ nec Paulus vidit dei essentiam. ¶ Tertio. Uisio dei facit hominem beatum. sed Paulus in illo raptu non fuit beatus. alioquin ad vite huius miseriam nunꝙ rediisset sed corpus eius fuisset per redundantiam ab anima glorificatum. sicut erit in sanctis post resurrectionem qd' patet esse falsum. ergo Paulus non vidit diuinam essentiam ¶ Quarto sic. Fides et spes simul esse non possunt cum visiōe diuine essentie vt habetur. 1° Corinthe. 13. sed Paulus in statu illo habuit fidem ꝛ spem. g° non vidit diuinam essentiam. ¶ In oppositum est quod Augustinus determinat in li. de vidēdo deum ad Paulinū. ꝙ ipsa dei essentia a quibusdam videri potuit ī hac vita posit9 sicut ī Moyse ꝛ Paulo qui raptus audiuit ineffabilia verba que non licet homini loqui. ¶ Respondeo. Dicendum ꝙ licet quidam dixerunt ꝙ Paulus in raptu dei essentiam nō vidit sed quandam refulgentiam claritatis ipsius. tamen nobis videtur dicendum ꝙ. Paulus vidit diuinam essentiam in raptu. et hoc expresse dicit Augustinus in libro de videndo deum et super Genesis. 12. ad litteram

Hec etiam ipsa verba apostoli designant cum ait. Et audiui in effabilia verba que non licet homini loqui. huiusmodi autem videntur ea que pertinent ad visionem beatorum que excedit statum vie s3ᵘ illud Isa. 64. Oculus non vidit nec auris audiuit deus abs te que preparasti diligentibus te. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur ꝙ illud non est intelligendum ꝙ videns deum per essentiam omnino de corpore exeat sed ꝙ ab actu sensuum abstrahatur. quia quando intellectus viatoris eleuatur miraculose ad videndum deum per essentiam non potest simul esse in actu visionis vie qua anima naturaliter sensibilia percipit. & ideo oportet in illo statu animam videntis omnino ab actu sensuum abstrahi. & ideo dicit Augusti. 12 super Gen. ad litteram. ꝙ nemo deum per essentiam videre potest nisi ab hac vita quodammodo moriatur. siue omnino exiens de corpore siue auersus & alienatus a sensibus carnalibus. Et simile dicit in libro de videndo deum. & sic non est contrarium ei quod inductum est Exo. 33. Non videbit me homo et viuet. Unde Grego. ibidem dicit in glo. A quibusdam in hac carne viuentibus potest eterni dei claritas videri. non tamen videbit eum homo & viuet. quia qui sapientiam que deus est videt huic mundo fundatus moritur. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia non est simile de vno & de alio. Pro quo notandum ꝙ mens humana diuinitus rapitur ad contemplandum veritatem diuinam tripliciter. Uno modo vt contempletur eam per similitudines quasdam ymaginarias. et talis fuit excessus qui cecidit super Petrum. Alio modo vt contempletur veritatem diuinam per intelligibiles effectus. sicut fuit excessus dauid dicentis. Ego dixi in excessu meo omnis homo mendax. Tertio vt contempletur eam in sua essentia. & talis fuit raptus Pauli & etiam Moysi & satis congruenter. Nam sicut Moyses fuit primus doctor iudeorum. ita Paulus fuit primus doctor gentium ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Dicimus enim ꝙ licet Paulus in illo raptu non fuerit beatus simpliciter. fuit tamen secundum quid beatus quasi in quodam transitu. & ita vidit diuinam essentiam in quodam transitu. Pro quo notandum ꝙ diuina essentia videri ab intellectu creato non potest nisi per lumen glorie. quod tamen dupliciter participari potest. Uno modo per modum forme immanentis. & sic beatos facit in patria. Alio modo per modum cuiusdam passionis transeuntis. & hoc modo lumen illud fuit in Paulo quando rap

tus fuit. vnde ex tali visione nō fuit simpliciter beatus vt fieret redundantia ad corpus sed solū sꝫ quid. ¶ Ad quartam respō detur negando consequentiam. Et ratio est: quia Paulus in raptu non fuit beatus habitualiter sed solum habuit actum beatorum. consequens est vt simul tunc in eo non fuerit actus fidei fuit tamen in eo simul fidei habitus.

AD Secundam questionē sic proceditur Et videtur quod Paulus non ignorauerit an anima eius fuerit a corpore separata. ¶ Primo sic. Ipse Apostolus dicit .2. Cor. 12. Scio hominem in xpo raptum vsqꝫ ad tertium celum. sꝫ homo nominat compositum ex corpore et anima raptus autem differt a morte. videtur ergo quod ipse sciuerit animā non fuisse per mortem a corpore separatam ¶ Secundo sic ex eisdem dictis Apostoli ipse Paulus sciuit quomodo raptus fuit. quia in tertium celum. ergo ex hoc videtur sciuit verum fuerit in corpore vel non. quia sciuit tertium celum esse aliquid corporeum. consequens est quod sciuerat animam suam a corpore separatam. quia visio rei corporee non potest fieri nisi per corpus. ergo non ignorauit an anima fuerit a corpore separata. ¶ Tertio sic. Dicit Augustinus .12. super Gen. ad litteram. quod Paulus in raptu vidit illa visione deum qua vident sancti in patria. sed sancti ex hoc ipso quod vident deum sciunt an anime eorum sint a corporibus separate. ergo et Paulus hoc sciuit. ¶ In oppositum est dictum ipsius Apostoli dicentis .2. Cor. 12. Siue in corpore siue extra corpus nescio deus scit. Respondeo. hic sunt varii modi dicendi quos enarrare inutile esset. et ideo dimissis illis dicendum est vt sanctus Tho. in secunda secunde. quod Apostolus nescivit vtrum eius anima fuerit a corpore separata. Ista conclusio videtur auctoritate Augustini qui .12. super Gen. ad litteram post longā inquisitionem concludens dicit. Restat ergo fortasse vt hoc ipsum ignorasse eum intelligamus. Utrum quando in tertium celum raptus est i corpore fuit anima quomodo est anima in corpore cum corpore viuere dicitur siue euigilantis siue dormientis siue in extasi a sensibus corporis alienati. an anima de corpore exierit vt mortuum corpus iaceret. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam rńdetur negando ꝯñam. Et ro est. quia per synodochen quandoqꝫ pars hominis homo nominatur et precipue aīa que est pars hominis eminentior. ¶ Ad secundā rńdetur negando ꝯñam. Et rō est. quia Apostolus sciuit illud celum esse corporeum. et tamen hoc poterat fieri per intellectū eius etiamsi aīa eius nō esset a corpore separata ¶ Ad tertiam rńdetur negando

psiam. Et rō est. qr visio Pauli in raptu non fuit oīo similis visioni beatoꝝ. vnde fuit quantū ad aliquid similis visioni beatorum scʒ quantuʒ ad id qd' videbatur. ⁊ quantuʒ ad aliquid dissimilis scʒ quantuʒ ad modum videndi. qr nō ita perfecte vidit sicut sancti qui sunt ī patria. vnde Augusti. dicit. 12. super Gen. ad litteram. Apl's arreptus a carnalibus sensibus in tertium celū hoc defuit ad plenam perfectam cognitionem rerum que angelis inest siue ī corpore siue extra corpus esset nesciebat. hoc vtiqʒ nō deerit cuʒ corruptibile hoc induerit incorruptionem.

In festo Uisitationis beate Marie virginis est euangelium. Exurgens Maria ⁊c. Lu. 1°. Circa qd' possunt disputari sequentes questiones. ¶ Prima. Utrum beatus Johānes in vtero exultens exultauit ad presentiam domini. ¶ Secunda. Utrū beata virgo audita exultatione Elizabeth conuenienter in gratiarum actionē cantauit Magnificat aīa mea dūm.

Ad primaꝫ questionē. Utrū beatus Johānes ī vtero exīs exultauit ad p̄sñaʒ dñi. Et videt q nō. qr exultatio nō est in hoīe sine vsu rōnis. sed beatus Johānes in vtero matris clausus nō habebat vsum rationis nec vsum liberi arbitrii ergo nō exultauit. Secundo Si dicitur q fuit ei datus ⁊ accelleratus vsus rōnis. Cōtra. Cuʒ dona dei sint sine peccato nō auferunt sine culpa. ⁊ sic ille vsus rōnis nō fuisset sibi sublatus quod nō est veꝝ. qr post nō habuit. ergo ⁊c. ¶ Tertio. Dicit Aug⁹. in ep'la ad Dardanum. q illud q̄d' dictum est scʒ q exultauit nō est qr credidit infans. cuʒ g° motus fidei primus sit inter motus virtutum videtur q nō habʒ actuʒ alicuius virtutis. ⁊ hoc nō ꝑpter defectum gratie. g° propter defectū liberi arbitrii. ¶ In oppositū, ē euangelium. Respondeo Dicendū q Augusti. ambigue loquitur in ista materia. ideo diuersimode quidam senserunt hic. Fuerunt enim qui dixerunt Johannem non habuisse motum liberi arbitrii. nec exultationem illam fuisse ab eo sed magis in eo non per naturam sed supra naturam sicut asina Balaam locuta est et hm̄ōi non intellexit. Sic dicunt Johānem motuʒ fuisse a spiritu sancto ad aduentum xp̄i ⁊ illum motuʒ fuisse ad moduʒ exultantis. non qr ipse perciperet sʒ quia volebat tn̄s q mater motu pueri dñm perciperet ⁊ matreʒ eius vt hoc esset futuꝝ presagium. Fuerūt alii qui dixerūt ⁊ melius vt dicit sanctus Tho. q Johānem nō dū natus habuit vsuʒ liberi arbitrii ad illud momētuʒ ⁊ illustra-

tionem spiritus sancti. per quam cognouit dnm presentem et gauisus est. et ita nobis videtur dicendum. quia in euangelio dicitur. Exultauit infans. quod non posset ita bene verificari secundum primum modum dicendi. Et illud quod in hymno eius cantatur. Uentris obstruso positus cubili senseras regem thalamo manentem. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando minorem. Dicimus enim quod acceleratus fuit eius vsus rationis. ¶ Ad secundam respondetur quod ratio non procedit. quia nõ est inconueniens si postea sit subtractus. sicut et gratia quandoque ad horam siue ad momentum datur. secus autem de gratia gratum faciente que non subtrahitur sine culpa. ¶ Ad tertiam respondetur quod Augusti. sicut dictum est ambigue loquitur in hac materia. Illud enim dictum est secundum primum modum dicendi.

AD Secundam questionem. Utrum beata virgo audita exultatione Elizabeth conuenienter in gratiarum actionem cantauit. Magnificat anima mea dominum etc. et videtur quod non. ¶ Primo ex tempore quia non debuit statim reddere gratias de beneficio. quia dicit Seneca in. 5º de beneficiis. quod qui festinat reddere beneficium nõ habet animum grati hominis sed debitoris. ¶ Secundo arguitur de causa assignata meriti quam assignauit sue exaltationis cum ait: Quia humilitatem respexit ancille sue. non videtur conuenienter dictum. Non humilitas sed caritas ponitur radix meriti. 1. Corinthie. 13. Caritatem autem non habuero. ¶ Tertio ex modo exhibendi gratias scilicet cantando. vnde canticum dicitur beate virginis sic. Nihil debemus accipere in cultum diuinum nisi ea que nobis auctoritate scripture sancte traduntur. sed Apostolus dicit ad Col. 3º Docentes et commonentes vosmetipsos in psalmis, in hymnis, et canticis spiritualibus. ergo non debuit cantico corporali sed spirituali. ¶ In oppositum est euangelium. Respondeo. Dicendum sub aliquibus conclusionibus. Prima est. quod omnis qui beneficium recipit tenetur ad gratias reddendas. Ista conclusio patet. Primo ex illo. 1. Thessalo. vlti. In omnibus gratias agite. Ratione sic. Omnis effectus naturaliter ad suam causam conuertitur. manifestum est autem quod omnis benefactor inquantum huiusmodi est causa beneficiati. et ideo naturalis ordo requirit vt ille qui suscepit beneficium per gratiarum recompensationem conuertatur ad benefactorem. benefactori autem inquantum huiusmodi debetur honor et reuerentia eo quod habet rationem principii.

vnde Augusti. contra Julianum Cum non ad suum actorem referuntur bona hoc ipso ipsi male vtentes efficiuntur iniusti. et ideo beata virgo conuenienter fecit conuerti ad eum gratias ei referendo de beneficiis susceptis. Secunda conclusio. Beneficiatus melius facit statim gratias benefactori agendo vel differendo. Patet conclusio primo ex illo Bern. super Canti. Disce in referendo gratias non esse tardus aut segnis. disce ad singula dona gratias agere diligenter. Ratione sic probatur. quia quantum aliquod bonum fit ex maiori feruore tanto est laudabilius. sed ex maiori feruore videtur procedere quod homo nullas moras adhibeat in faciendo quod debet. ergo laudabilius est quod homo statim gratias reddat. et ita fecit beata virgo audita exaltatione sua in canticum prorupit gratiarum actionis.

¶ Tertia conclusio. quod licet caritas sit radix meriti. humilitas tamen inter alias virtutes fuit dispositiua ad conceptionem filii dei et ad exaltationem spiritualem iuxta illud. Qui se humiliat exaltabitur non quia ipsa sola mereatur sed quia eius est proprium contemnere sublimitatem terrenam. vnde Bern. in sermone de incarnatione domini. Inter gratias beate virginis magna est humilitas et mansuetudo. et sicut elatio mater est presumptionis sic humilitas mansuetudinis. nec in solo quidem silentio commendatur eius humilitas sed resonat in sermone Audierat enim. quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei. nihil respondit se esse nisi ancillam Item mirabatur Elizabeth personam beate virginis venientis ad se. vnde inquit. Unde hoc mihi vt veniat mater domini ad me commendabat salutantis vocem beatificat fidem/sed deuota humilitas nihil reputabat sibi in deum omnia beneficia que in ea laudabantur referebat. tu inquit magnificas matrem domini sed magnificat anima mea dominum. Uoce mea perhibes exultasse infantem in gaudio. sed exultauit spiritus meus in deo salutari meo et ideo sapienter et conuenienter beata virgo inquit. Quia respexit deus humilitatem ancille sue ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Bern. Generationes vtique celi et terre. omnes angeli et omnes electi angeli earum namque generationum numerus per genitum meum reintegrabitur. et hominum generatio in adam maledicta per benedictum fructum ventris mei ad eternam benedictionem regenerabitur. Merito ergo te dominam beatam dicent omnes generationes quia omnibus generationibus veram et eternam beatitudinem genuisti. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur

negando consequentiam. ¶ Ad dictum Senece dicenduꝫ. Seneca loquitur quando donum est exhibendum. tunc eniꝫ expectari debet tempus quo recompensatio sit benefactori optima. ¶ Ad secundam patet responsio ex dictis in tertia conclusione. ¶ Ad tertiam respondetur negando ꝯsequentiam. Et ad dictum Apostoli respondetur ꝙ cantica spiritualia possunt dici nõ solum ea que interius cantantur in spiritu sed etiam ea que exterius ore cãtantur inquantum per huiusmodi cantica spiritualis deuotio ꝓuocatur.

In festo beate Marie Magdalene

est euangeliũ. In illo tempore. Rogibat Jhesum quidam ⁊c. Lu. 7º. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. ¶ Primo. Utrum illa mulier de qua hic in euãgelio fit mẽtio fuerit Maria magdalena soror Lazari.

¶ Secundo. Utrum Maria magdalena aut quis alius potuerit sine penitentia consequi remissionem peccatorum.

Ad primaꝫ questionem.

Utrum illa mulier de qua dicitur in euangelio ꝙ lacrimis cepit rigare pedes et capill' suis tergere ⁊c. fuerit Maria magdalena ꝗ fuit soror Lazari ⁊ Marthe. Dicendum circa hoc sancti varie loquuntur. nam Origenes ⁊ Chrisostomus vt dicit Albertus magnus super Lucam. dicunt aliaꝫ fuisse Mariaꝫ magdalenã quã dicunt ꝟginẽ fuisse et sic per mansisse. nec probabile est ꝙ tanta peccatrix cuꝫ domino habuisset tantam familiaritatem. dicunt et ipsam corporaliter fuisse obsessam a demonib'. Dicunt ⁊ insuper ꝙ non tantum ista peccatrix ꝺ qua nunc in euãgelio dicitur pedes domini vnxit sed ⁊ illa et forte plures alie que sequebantur euꝫ quando in hospiciis curam eius egerunt ⁊ sibi lassos pedes lauerunt vt participes essent laborum peduꝫ eius ideo puluerem secum tulerunt. Alii vero vt Gregorius ⁊ Beda ⁊ Augustinus de consensu euangelistarum dicunt contrariuꝫ. Dicunt eniꝫ ꝙ sit magdalena soror ⁊c. accipientes hoc ex illo Johã. 11. Maria aũt erat que vnxit dominum vngento ⁊ extersit capillis. cui' frater Lazarus infirmabatur. Et ex illo Lu. 8º. Maria magdalena de qua septeꝫ demonia eiecerat. quod Grego. explanat de eadeꝫ. Et hoc tenet romana ecclesia. Unde in officio suo ita cantatur. Maria soror Lazari que tot cõmisit crimina ab ipsa fauce tartari ⁊c. dicunt gº ꝙ dupliciter vnxit pedes domini. Primo hic et ita ex contritione. Secundo ex deuotione. de quo Johan. vndecimo.

AD Secundam questionem sic proceditur Et videtur q beata Maria magdalena consecuta sit remissionem peccatorum sine penitentia. ¶ Primo sic. Dominus dicit de ea. Remittuntur tibi peccata multa. quoniam dilexit multum. non est locutus de penitentia. sed fuisset si fuisset necessaria. ergo etc. ¶ Secundo sic. Non est minor virtus dei circa adultos q circa pueros sed pueris peccata dimittit sine penitentia. ergo etiam adultis.

¶ Tertio. Deus virtutem suam non alligauit sacramentis. sed penitentia est quoddam sacramentum. ergo virtute diuina possunt peccata dimitti ¶ Quarto sic. Maior est misericordia dei q misericordia hominis. sed homo interdum remittit offensam suam homini etiam non penitenti. vnde ipse dominus mandat Mathei. 5° Diligite inimicos vestros benefacite his qui oderunt vos ergo multomagis deus dimittit offensam suam hominibus non penitentibus. ¶ In oppositum est illud Lu. 13. Si penitentiam non egeritis oes simul peribitis.

¶ Respondeo. Dicendum sub duabus conclusionibus. Prima est. q Maria magdalena nō est consecuta remissionem peccatorum sine penitentia q est virtus. Patet conclusio. quoniam non est possibile peccatum actuale mortale sine tali penitentia remitti. cum enim peccatum sit dei offensa eo modo deus peccatum remittit quo remittit offensam in se cōmissam. offensa autem directe opponitur gratie. ex hoc enim dicitur aliquis alicui esse offensus q repulit eum a gratia sua. hoc autem interest inter gratiam dei et gratiam hominis. quia gratia hominis nō causat sed presupponit bonitatē veram vel apparentem in homine grato. sed gratia dei causat bonitatem in homine grato eo q bona voluntas dei que in nomine gratie intelligitur est causa boni creati. vnde potest contingere q homo remittat offensam qua offensus est alicui absque aliqua immutatione eius. offensa autem peccati mortalis procedit ex hoc q voluntas hominis est auersio a deo per conuersionem ad aliquod bonum cōmutabile. vnde requiritur ad remissionem offense diuine q voluntas hominis sic immutetur q conuertatur ad deum cum detestatione predicte auersionis et proposito emende quod pertinet ad rōnem penitentie secundum q est virtus. Secunda conclusio. Maria magdalena consecuta est remissionē peccatorum sine penitētia prout est sacramentum et sic alius sēr. nā sacramentum penitentie efficitur per officium sacerdotis ligantis et soluentis sine quo pōt deus peccatum remittere sicut fecit xps mulieri adultere. vt legitur Johan. 8° et Marie

peccatrici de qua in euangelio p̄senti. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primaȝ respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia caritas non liberat hominem a peccato sine penitentia que est virtus. requirit enim caritas ꝙ homo doleat d' offensa in amicuȝ commissa. vnde ista mulier bene ostendit in actu suo ꝙ penitentiaȝ habuit. nam dicitur Ecce mulier. de peccatis suis plene ⁊ perfecte contrita stans retro quia pre verecundia sui peccati nō audebat se anteponere/lacrimis cepit rigare pedes. ex q° patet magnitudo ꝯtritionis ex quo tantum fleuit ꝙ potuerunt lauari pedes. psal. Exitus aquarum multarum deduxerunt oculi mei quia etiaȝ capillis capitis sui tergebat quibus ante ad compositionem vultus abusa fuerat. ⁊ osculabatur vt totum deo seruiret in penitentia quod quideȝ ex se deum contempserat in culpa secundum qd' dicit Diego. Ad secundam respondetur negando consequentiaam. Et ratio est. q2 in pueris non est nisi peccatum originale. quod non consistit in actuali ⁊ eordinatione voluntatis sed in quadam habituali deordinatione nature. ⁊ ideo remittitur eis peccatum cum habituali immutatione per infusionē gratie non auteȝ cuȝ actuali. sȝ adulto in quo sunt actualia peccata que consistunt in actuali deordinatione voluntatis actualis nō remittūtur peccata etiam in baptismo sine actuali mutatione voluntatis quod fit per penitentiā ¶ Ad tertiaȝ respondetur ꝙ ratio illa procedit de penitentia secundum quod est sacramentum ¶ Ad quartaȝ respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia misericordia dei est maioris virtutis ꝙ̄ misericordia hominis in hoc ꝙ immutat voluntatem hominis ad penitendum qd' misericordia hominis facere non potest.

In festo beati

Jacobi apostoli est euangeliuȝ. In illo tempore. Accessit ad Jhesum ⁊c̄. Math. zo. Circa quod possint disputari sequentes questiones. ¶ Primo possȝ quis disputare. Utrum ip̄e ⁊ frater eius peccauerunt peccato ambitionis petentes a xp̄o mediante matre vt in regno suo sederent vnus a dextris ⁊ alius a sinistris Ista questio expedita ē supra dominica. 17. post trinitatem. Sed nunc poterunt hec disputari. ¶ Primo. Utruȝ conuenienter dicat' de beato Jacobo ꝙ sit lux ⁊ decus hyspanie. ¶ Secundo Utrum oret in celo pro omnib9 qui eius visitant sepulchrum siue locum.

AD primaȝ questioneȝ sic proceditur. Et

videtur ꝙ non ↄuenienter dicat
lux ꝛ decus hyspanie. ¶ Primo
sic. Esse lucem soli deo xp̄o videt
conuenire. Unde de Johāne bap
tista quo nemo inter natos mu-
lierum maior surrexit. Math. 11.
dicit Johan. 1°. non erat ille lux
ergo nec beatus Jacobus potest
dici lux cuiuscūqꝫ ¶ Secundo
sic. Beatus Jacobus non dedit
hyspanis lumē nature nec lumē
gratie nec datur⁹ est lumen glo-
rie quia istud solius dei est ꝛc.
¶ In oppositum est quod eccle
sia cantat ¶ Respondeo. Dicen
dum. Conuenientissime dicitur
beatus Jacabus lux hyspanie ꝛ
decus. Lux quidem ratione illu-
minationis doctrine fidei. qua
ratōne dixit xp̄s apostolis. Uos
estis lux mūdi. Singulariter be
atus Jacob⁹ primo personaliter
ꝛ post per discipulos suos quos
ibi gratia predicandi reliquit il-
luminarunt terram hyspanie lu-
mine doctrine et exemplo sancti-
tatis vt historia sua testatur ꝛ tā
dem miraculorum multitudine
visa que beatus Jacobus virtu
te diuina operabatur. regina his
panie stupens credidit et xp̄iana
effecta est. ꝛ omnia que pecierūt
sui discipuli tribuit et palatium
sancto Jacobo in ecclesiaꝫ dedi
cans magnifice ipsum dotauit;
que tandem in bonis operibus
vitam finiuit ita vt facto cōpo-
to. sic beatus Jacobus fuit pri-
mus inter apostolos qui martiri
um pro xp̄o suscepit. ita regnum
hyspanie videtur inter omnia re
gna prius fidei lumen ꝛ xp̄iani-
tatis titulum suscepisse. sicut Ba
siles dum cum anglicis de excel-
lentia regnorum altercabatur fu
it ostensum ꝛ probatuꝫ. Bene au
tem etiaꝫ dicitur decus hyspanie
quia tanto apostolo dotata est
vt ad eam de vniuerso orbe xp̄i
anorum quasi innumeri populi
continue confluunt beneficia a
deo meritis apostoli spectantes.
Decus etiam est hyspanie prop-
ter hoc ꝙ tam gloriosus aposto-
lus in singularem patronum ei-
dem datus est. Preterea dec⁹ his
panie est propter immensitatem
miraculorum que iste sanctus ↄ
tinue operatur ¶ Ad rationes
in oppositum. Ad primaꝫ respō
detur ꝙ esse luceꝫ que tribuat lu
men nature aut gratie causaliter
non conuenit nisi xp̄o qui est lux
qui illuminat omnem hominem
venientem in hunc mundum. sꝫ
esse lucem que diffundat lumen
doctrine bene cōuenit aliis. Un
de ecclesie doctorib⁹ dicit Uos
estis lux mundi. quando dicitur
ꝙ Johannes non erat lux. respō
detur ꝙ duplex est lux. vna qui-
dem prima que est fons lucis et
illuminans nō illuminata ꝛ hec
est lux que est xp̄us. ꝛ est alia lux
illuminans tamen. illuminata a
prima luce ꝛ hec est lux perfecto-
rum virorum ad Phil. 2°. Inter
quos lucetis sicut luminaria. pri

ma est supernaturalis ꝛ lux per essentiam ꝛ de hac dicitur. Nõ erat ille lux sc̄s Johãnes. Johan. 1º

AD Secundam questionem forte melius esset prima. Utrum beatus Jacobus possit iuuare orationibꝰ suis omnes interpellantes eum. Et videtur ꝙ nõ. ¶ Primo sic. Beatus Jacobus perfecte suam voluntatem deo ꝯformauit vt nõ velit nisi qd' deus vult. sed illud qd' deus vult semꝑ impletur. gͦ frustra pro interpellantibus orat.

¶ Secundo sic. Anima beati Jacobi non est Jacobus. si ergo anima sua pro interpellantibus oraret ꝙdiu est separata a corpore non deberet quis interpellare eum ad orandum sed animam eius. cuius contrarium facit ecclesia. ¶ Tertio sic. Quicũqȝ orat pro alio alteri meretur. sed sancti qui sunt in patria non sunt in statu merendi gͦ nec in statu orandi. ergo ꝛc. In oppositum est ꝙ ꝯtinue dicimꝰ sancte Jacobe ora pro nobis. Respondeo. Dicendum ꝙ quidam heretici fuerunt qui dixerunt ꝙ sancti non possũt nos iuuare suis orationibus. qꝛ vnusquisqȝ recipit sꝫᵘ ea q̄ gessit sed hoc est contra articulũ fidei qui est sanctoꝝ cõmunio que ꝑ caritatem fit. ꝛ ideo cum in sanctis qui sunt in patria sit perfectissima caritas competit eis ꝓ nobis orare nõ tamen sic quin omnia eis ad votum succedunt. et ideo ponitur cõclusio talis ꝙ beatus Jacobus iuuat suis orationibus omnes interpellantes eũ debito mõ ꝛ tanto magis quanto est perfectioris caritatis quanto est deo coniunctior tanto eiꝰ orationes sunt magis efficaces. habet enim hoc diuinus ordo vt ex superiorum excellentia in inferiora refundetur sicut ex claritate solis in aerem. ¶ Ad ratiões in oppositum. Ad primam respõdetur negando consequentiam. Et ratio est. qꝛ sancti impetrant id qd' deus vult fieri per orationes eorum. ꝛ hoc petunt qd' estimant eoꝝ orationibꝰ implendũ sꝫᵘ dei voluntatẽ. ¶ Ad secundam r̃ndetur negando ꝯñam. Et rõ est. qꝛ sancti hic viuẽtes meruerunt vt ꝓ nobis orarẽt. ꝛ iõ eos inuocamꝰ noibus quibꝰ hic vocabantur quibꝰ etiã nobis magis innotescunt ꝛ iterũ propter fidem resurrectionis insinuãdam sicut legit' Exo. 3º Ego sum deus Abraham. ꝛ ideo optime dicitur sancte Jacobe ora ꝛc. ¶ Ad tertiam r̃ndetur negando ꝯñam. Et rõ est. qꝛ aliud ẽ impetrare ꝛ aliud mereri. ꝛ iõ sancti ꝛ si nõ possunt mereri qꝛ sunt extra statum vie possunt tñ suis orationibus impetrare. ꝛ sic beatꝰ Jacobꝰ cuius potentissimum testimonium est immensitas scꝫ miraculorum que fiunt quasi omni die precibus suis sanctis pro nobis orat

In festo beati Dominici institutoris ordinis predicatorum est euangelium. Uos estis sal terre Mathei 5°. Possunt disputari sequentes questiones. ¶ Prima. Utrum beatus Dominicus conuenienter religionem instituit ad predicandum vel confessiones audiendum. ¶ Secunda. Utrum beatus Dominicus conuenienter instituit religionem que litterarum studio insisteret.

Ad primam questionem sic proceditur. Et videtur quod beatus Dominicus non deberet instituere religionem aliquam ad predicandum vel confessiones audiendum. ¶ Primo sic. Nihil conuenienter instituitur ad id quod non competit ei facere. sed religiosis non competit predicare aut confessiones audire. Dicitur enim. 1. q. 1. Monachorum vita subiectionis habet verbum et disciplinatus non ducendi vel presidendi vel pascendi alios. et eadem ratio videtur esse de aliis religiosis. ergo inconuenienter beatus Dominicus instituit religionem siue ordinem ad predicandum. ¶ Secundo sic. Inconueniens videtur esse quod auctoritas predicandi et confessiones audiendi infinitis hominibus communicatur. sed non est certus numerus eorum qui in religione recipiuntur ergo videtur inconueniens talem religionem instituisse. ¶ Tertio sic. Institutio ecclesie debet sequi institutionem Christi. sed Christus primo misit ad predicandum apostolos. 12. vt habetur Lu. 9° et postea misit. 72. discipulos vt patet Luce. 10. Et sicut glosa dicit ibidem. Apostolorum formam tenent Episcopi. 72. discipulorum minores presbiteri scilicet curati. ergo preter illos non debuit aliqua alia religio institui ad predicandum vel confessiones audiendum. ¶ In oppositum est euangelium vbi dicitur. Uos estis lux mundi. scilicet per illuminationem fidei. ¶ Respondeo. Dicendum. sub duabus conclusionibus. Prima est. Conueniens fuit vt aliqua religio institueretur ad predicandum et confessiones salutares audiendum. Ista conclusio probatur sic. quia conuenienter religio aliqua institui potuit ad opera vite actiue secundum quod ordinatur ad vtilitatem proximorum et ad obsequium dei et conseruationem diuini cultus. cum autem magis procuretur vtilitas proximorum per ea que pertinent ad spiritualem anime salutem quam per ea que pertinent ad subueniendum corporali necessitati conuenientius instituitur religio ad predicandum cum hoc magis pertineat ad obsequium dei cui nullum sacrificium est magis acceptum quam zelus animarum vt Grego. dicit super Ezechi. maius etiam est spiritualibus armis

contra errores hereticorum et temptationes demonum fideles defendere quam corporalibus armis populum fidelem tueri. et ideo conveniens est ad predicandum et ad alia que pertinent ad salutem animarum aliquam religionem instituti. Secunda conclusio. Convenienter fecit sanctus Dominicus procurando apud sedem apostolicam quod talis religio institueretur. Tum propter multitudinem fidelium et raritatem personarum sufficientium ad docendum populos fideles. et fidem catholicam contra hereticos defendendum. Unde de beato Dominico cantatur. Doctrinam euangelicam spargens per orbis cardinem pestem fugat hereticam novum producens ordinem. Quod autem hec procuratio institutionis huiusmodi religionis fuerit necessaria et deo accepta patet ex eo quod in vita beati Dominici legitur. Qui cum predictis de causis motus sancto animarum zelo iret ad concilium generale lateranense. ut a summo pontifice Innocentio ordo diceretur predicatorum. et etiam confirmari sibi suisque successoribus impetraret qui pontifex cum aliquantulum se difficilem exhiberet. nocte quadam idem pontifex vidit in somnis quod lateranensis ecclesia gravem subito ruinam minaretur quod cum tremens intueretur vidit ex adverso quod vir dei Dominicus occurrebat humeris suppositis totam illam casuram sustentabat. evigilans autem et visionem intelligens petitionem viri dei alacriter acceptavit hortans ut ad fratres suos rediens regulam aliquam probatam sibi eligeret. et sic ad ipsum rediens confirmationem ad libitum reportaret. Verum interea Innocentio defuncto a successore suo Honorio quod postulaverat impetravit. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando minorem. quoniam licet propria auctoritate non conveniat competit tamen auctoritate pape aut prelatorum. Ad probationem autem respondetur quod nihil probat. quia quod aliquis religiosus auctoritate prelatorum predicet: audiat confessiones aut faciat huiusmodi non supergreditur disciplinatus vel subiectionis gradum qui competit religiosis. Vel potest dici quod non est idem de monachis et de istis religiosis quia monachi non habent ex institutione sua his actibus curam dare. religiosi vero predicatores in sua institutione sunt his actibus mancipati.

¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia a prelatis non conceditur talibus religiosis ut quilibet indifferenter possit predicare vel confessiones audire. sed secundum moderationem eorum qui huiusmodi religionibus preficiuntur. vel secundum taxationem ipsorum prelatorum. ¶ Ad ter

tiaȝ respondetur negando ꝯñaȝ
Et rõ est. Tum quia formã .72
discipuloꝝ non solum tenent pre
sbiteri curati sed quicũqȝ alij mi
noris ordinis qui Epis in eoruȝ
officiis subseruiunt. Tum secun
do. qꝛ non legitur ꝙ .72. discipu
lis aliquas determinatas par-
rochias assignaret. sed ꝙ mitte-
bat eos ante faciem suaȝ in om
nem ciuitatem ⁊ locum quo erat
ipse venturus. Tum tertio. quia
oportunum fuit vt preter ordina
rios prelatos alij assumerentur
ad huiõi officia propter multitu
dineȝ fidelis populi. ⁊ difficulta
tem inueniendi sufficientes per-
sonas distribuẽdas singulis ple
bibus sicut ⁊ religiones ad mili
tandum necesse fuit instituti prop
ter defectum seculariũ principuȝ
ad resistendum infidelibus i ali
quibus terris.

AD Secundam

questioneȝ sic proceditur
Et videtur ꝙ beatus Dominicꝰ
non conuenienter instituit vt in
religione sua litterarũ studio in
sisteretur. ¶ Primo sic. Dicitur
enim in psal. Quoniam nõ cog
noui litteraturam introibo i po
tẽtias domini. dicit glo. ibi. Vir
tutem xpianaȝ. sȝ perfectio xpia-
ne virtutis maxime videtur ad re
ligiosos pertinere. ergo eoꝝ non
est studium litterarum insistere.
¶ Secundo sic. Id quod est dis
sensionis principiũ nõ ꝯpetit re-
ligiosis qui in vnitate pacis cõ
gregantur. sȝ studiuȝ dissentionẽ
inducit. vnde Iero. sup eplaȝ ad
Tituȝ dicit. Anteꝙ dei instinctu
studia in religione fierent ⁊ dice
retur in populis. Ego sum pauli
⁊c. ergo videtur ꝙ nulla religio
deberet instituti ad studiũ ¶ Ter
tio sic. Professio xpiana differt a
professione gentilium. sed apud
gentiles aliqui prophetiam pro-
fitebantur ⁊ nunc aliqui secula-
res dicuntur aliquaꝝ scientiaꝝ
professores. non gº religiosis cõ
uenit studiuȝ literaꝝ ¶ In op-
posituȝ est illud Iero. in epla ad
Paulinum monachum inuitãs
eum ad discendum in statu mo-
nastico dicens. Discamus in ter-
ris quoꝝ sciẽtia nobis pseueret
in celis. ⁊ infra. Quicquid que-
sieris tecum scire conabor ¶ Re
spondeo. Dicenduȝ ꝙ ꝯueniẽter
beatus Dominicꝰ instituit in re-
ligione sua vt litterarum studio
insisteretur. Ista ꝯclusio patet sa
tis ex pcedenti qõne. qꝛ illa prin
cipalia ad que ordinatur religio
predicatoꝝ sicut pdicare et alia
huiõi nõ põt ꝯuenienter sine stu
dio preuio litteraꝝ fieri. Vñ no
tanduȝ ꝙ studiuȝ litteraꝝ ꝯpetit
religioni tripliciter. Primo quã-
tuȝ ad id qd' est propriuȝ vite cõ
templatiue ad quã studiuȝ litte-
rarum dupliciter adiuuat. Uno
mõ directe ad ꝯtemplanduȝ di-
uina illuminando scȝ intellectuȝ
vñ in laudeȝ viri iusti dicitur in

psal. In lege domini meditabit'
die ac nocte. Alio modo studiũ
ↄtemplatiuã iuuat vitã indirec
te remouendo ↄtemplationis pe
ricula sc; errores qui in ↄtempla
tione diuinorum frequenter acci
dunt his qui scripturas ignorãt
sic in collationibus patrum legi
tur ꝙ abbas Serapion propter
simplicitatem incidit in errorem
antropomorphitarum .i. eorum
qui deum habere humanam for
mam arbitrantur. Vñ dicit Gre
gori9 in. 6º moralium. ꝙ nõnul
li dũ plus exquirunt ↄtemplan
do ꝙ̃ capiunt vsq; ad peruersa
dogmata erumpunt. z dum veri
tatem discipuli humiliter negli-
gunt magistri errorum fiunt. Se
cundo necessarium est studiũ lit
terarũ religioni institute ad pre
dicandum z ad confessiones au
diendũ z alia hmõi exercendũ
Vñ Apostolus ad Titum pri-
mo de episcopo ad cuius offici-
um hmõi actus pertinent. Am-
plectentẽ eum qui sc̃d9 doctrinã
est fidelem sermonem vt potens
sit exhortari in doctrina sana et
eos qui contradicunt arguere.
Nec obstat ꝙ apl'i absq; studio
litterarũ ad p̃dicandũ sunt mis-
si. quia vt dicit Jero. in ep'la ad
Paulinũ. Quicquid aliis exer-
citatio z quotidiana in lege me
ditatio tribuere solet illis spirit9
sanctus suggerebat. Tertio stu-
dium litterarum religioni con-
gruit quantũ ad id quod est oĩ

religioni commune. Valet quis-
dem ad vitandum carnis lasci-
uiam. Unde Jero. ad Rusticũ
monachum. Ama scripturarũ
studia z carnis delitias nõ ama
bis. Valet etiã ad auferendũ
cupiditatem diuitiarum vt Sa-
pien. 7º diuitias nihil esse dixi ĩ
comparatione illius. Valet etiã
ad obedientie documentum. vñ
de Augustin. in li. de operib9 mo
nachorũ. que est ista peruersitas
lectioni noli obtemperare dum
vult ei vacare. Unde manifestũ
est ꝙ conueniẽter beatus Domi
nicus instituit vt in religione sua
litterarum studio insisterttur.

❡ Ad rationes in oppositum.
Ad primam respondetur negan
do consequentiam. z ad probati
onẽ respondetur ꝙ glosa illa ex
ponit de littera veteris legis de
qua aplus dicit. 2. Cor. 3º litte
ra occidit. Unde non cognoscere
litteraturam ẽ non approbare lit
teralem circumcisionẽ z ceteras
carnales obseruantias ❡ Ad se
cundam respondetur negando ↄ
sequentiam. Et ratio est. quia as
sumptum non semper est verum.
studium enim ad scientiam ordi
natur si autem scientia est sine ca
ritate inflat z per consequens dis
sensionem facit. quia inter super
bos semper sunt iurgia Prouer.
13. sed quando est cum caritate
edificat z concordiam parit. q'd
vero inducitur de Jero. responde
tur ꝙ nõ loquitur de studiis lit-

terarꝫ. q̄ꝛ ꝯtradiceret sibi sed loquitur de studiis dissensionuꝫ q̄ per hereticos ⁊ scismaticos intrauerunt in religionem xp̄ianam. ¶ Ad tertiam respondetur negando ꝯñam. Et rō est. q̄ꝛ phi. pfitebantur studia litterarꝫ q̄tum ad seculares doctrinas. sed religiosis competit principaliter intendere studio litterarꝫ ptinentium ad doctrinaꝫ q̄ sꝫ pietatem est vt dicitur ad Titum p°. aliis autem doctrinis intendere non pertinet ad religiosos quorum tota vita diuinis obsequiis mācipatur nisi quantum ordinātur ad sacram doctrinam.

In festo sancti Laurentii

In festo sancti Laurentii est euangeliū Nisi granum frumen. ⁊c̄. Johā. 12. Circa qd' possunt disputari sequētes q̄ones. ¶ Prima. Utrꝫ beatus Laurentius habēdo odio aīam suam in hoc mundo custodiuit illam in vitam eternam. ¶ Secunda. Utrꝫ martiriuꝫ eius fuerit actus virtutis maxime fortitudinis.

Ad primaꝫ questionem qua q̄ritur. Utrꝫ beat⁹ Laurenti⁹ habendo odio aīaꝫ suaꝫ in hoc mundo custodiuit illaꝫ in vitam eternaꝫ sic proceditur. et videtur q̄ non. ¶ Primo sic. Obseruantia mandatorꝫ dei est via ad ꝯsecutionem vite eterne iuxta illud Math. 19. Si vis ad vitam ingredi serua mādata ⁊c̄. ergo transgressio mandatorum dei est via perdendi vitam eternam. sed odire animam suam in hoc mundo est ꝯtra mādatuꝫ dei quo precipitur vt post deum primum diligamus aīam nostram vt dicit Augustinus p°. de doctrina christiana. ergo Laurentius odio habendo animam suam magis est dicendus pdidisse eaꝫ q̄ custodiuisse in vitaꝫ eternam. ¶ Secundo sic. Ille dicitur odire animam suam qui diligit iniquitatē iuxta illud psal. Qui diligit iniquitateꝫ odit animam. sed diligentes iniquitateꝫ excluduntur a regno celorum. ergo nullus odiendo animam suam custodit eam. ¶ Tertio. Dicit Apostolus ad Ephe. 5°. Nemo carnem suam vnq̄ odio habuit. patet quia id quod pro viribus conseruamus diligimus. sed quilibꝫ nutrit ⁊ fouet carneꝫ suaꝫ ppter ꝯseruationē. g°. videt' q̄ beat⁹ Laurenti⁹ aīaꝫ straꝫ aut carnē suā odiēdo nō meruerit vitam eternam. ¶ In opp⁹ ē euangeliuꝫ pñs. ¶ Rñdeo. Dicēduꝫ q̄ oīs homo aīam suam amat. sꝫ quidā simpliciter ⁊ quidaꝫ sꝫ quid. Ama ē eniꝫ aliquē est velle ei bonuꝫ. ille ergo aīam suam amat qui vult ei bonuꝫ. qui g°. vult aīe sue id qd' est simpliciter bonū amat eam simpliciter. qui vo vult ei aliqd' pticulare bonū amat eaꝫ sꝫ quid. Bona autēꝫ

anime simpliciter sunt illa quib⁹ anima fit beata scilicet summuꝫ bonum quod est deus. Qui vult ergo ani me sue bonum diuinum ꝛ spiritale simpliciter amat eaꝫ. qui autem vult ei bona terrena pu ta diuitias ꝛ honores ꝛ volup tates et huiusmodi amat eaꝫ sꝫ⁹ quid. psal. Qui diligit iniquita tem odit animam suaꝫ. potest er go hec littera q̄ dicit Qui amat animam suam ꝛc̄. dupliciter in telligi. Uno mō qui ami it aīam suaꝫ scꝫ simpliciter ad bona eter na perdet eaꝫ. i. exponat eā mor ti propter xp̄m. sed hoc non vide tur verus sensus. ꝛ ideo dicatur sic. Qui amat animam suam sci licet secunduꝫ quid scꝫ ad bona terrena ꝛ temporalia perdet eam scꝫ simpliciter Math. 12. Quid prodest homini si vniuersuꝫ mun dum lucretur anime autē sue de trimentum patiatur. Et iste intel lectus consonat littere sequenti que ait. Qui odit animam suaꝫ in h° mundo. i. qui denegat bo na presentia anime sue ꝛ sustinet propter deum que videntur ma la in hoc mundo in vitam eter nam custodit eaꝫ. Math. 5° Be ati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam quoniam ꝛc̄. Attende dicit sanctus Tho. su per Johannem ꝙ illud quod de grano frumenti dictum est cōpe tet huic sententie. Nam sicut xp̄s missus est in hunc munduꝫ qua si quoddam semen ad fructificā dum. ita quicquid temporaliter datur a deo non cōfertur nobis vt fruct⁹ sed vt per illud ad fruc tuꝫ eterne remunerationis perue niamus. vita autem nostra ē qd daꝫ tēporale bonū a deo nobis collatuꝫ. qui g° oīa propter xp̄m exponit multum fructum affert hoc ergo est. Qui odit aīam suā .i. qui vitam suam exponit ꝛ se minat propter xp̄m in vitam eter nam custodit eam. psal. Euntes ibant ꝛ flebant mittētes semina sua ꝛc̄. Et similiter qui diuitias suas et alia bona que homo ex ponit propter xp̄m ꝛ cōmunicat aliis in vitam eternam custodit 2. Cor. 9° Qui seminat in bene dictionibus de benedictionibus metet. ꝛ ita qꝛ beatus Laurētius animam suam odio in hoc mun do habuit eam pro xp̄o atrocissi mis tormentis vsqꝫ ad mortem exponendo in vitam eternaꝫ eaꝫ cum multa gloria custodit fruen do ipsa diuinitate. quia etiaꝫ ec clesie thezauros custodie sue a beato Sixto creditos sapienter pauperibus distribuit iusticia ei us manet in seculum seculi.

¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negan do consequentiam. Et ratio est. quia amare animam suam sine seipsum quo ad bona tempora lia ꝛ terrena neglectis bonis spi ritualibus non cadit sub p̄cepto

¶ Ad secundaꝫ respondetur ne gando consequentiam. Et rō est.

quia non loquimur de illo odio sed de contrario. qui enim dili-git iniquitatem odit animaꝫ suam ad bona spiritualia ꝛ diuina quis priuat eam eterna beatitudine que preparatur diligentibꝰ deum. qui vero vitam quaꝫ habet in hoͦ mundo refrenando eā sub iugo rationis submittit eam laboribus/ieiuniis/vigiliis/ꝛ exponit eam xp̄o talis dicitur diligere eam quo ad diuina ꝛ spiritualia ꝛ odio habere quo ad bona terrena ꝛ temporales delectationes quas ei denegat et interdicit. ¶ Ad tertiaꝫ respondetur ꝙ caro dupliciter potest considerari scilicꝫ in se. ꝛ sic non habetur odio. sed naturaliter quilibet appetit eam esse ꝛ fouet vt arguiuꝫ est. Alio modo potest considerari inquantum est alicuius impeditiua quod voluntꝰ. ꝛ sic odio habetur quodāmō per accidēs.

AD Secundam

sic proceditur. Et videtur ꝙ martiriuꝫ beati Laurentii nō fuerit actꝰ virtutis fortitudinis sed magis videtur ꝙ fuerit actꝰ fidei. Dicit enim Maximus in quodam sermone. Mater martirii fides catholica est. in qua illustres atlethe se suo sāguine subscripserunt. et de beato Laurentio dicit Ambro. Dum fide sua persecutoris flammas vicit ostēdit nobis per ignem fidei gehenne incendia superare. ergo videtᷣ ꝙ martirium potius dicendū sit actus fidei ꝙ fortitudinis. ¶ Secundo sic. Martirium videtur ꝙ potissime sit actus illius virtutis que facit ipsum martirium meritorium. sed ista est caritas secunduꝫ illud. 1. Cor. 13. Si tradidero corpus meum ita vt ardeam. caritatem non habuero nihil mihi prodest. ergo martirium Laurentii magis dicendum est actus caritatis que copiosa fuit in eo. secundum illud Ambro. Illuminauit mundum plane Laurentius ea luce qua ipse succensus est ꝛ per flammas quas ipse pertulit omnia xp̄ianorum corda calefecit. ¶ Tertio. Augustinus dicit in quodam sermone. Facile est martirem celebrando venerari magnam fidem eius ꝛ patientiam imitari. sed in vno actu virtutis precipue laudabilis redditᷣ virtus cuius est actus. ergo martirium magis debet dici actꝰ pacientie ꝙ fortitudinis. ¶ In oppositū est qđ Ciprianus dicit in ep̄la ad martires. O beati martires quibus vos laudibus predicem? o milites fortissimi robur corporis nostri quo preconio vocis explicem? sed quilibet laudatur de virtute cuius actum exercet. ergo martirium est actus fortitudinis. Et de beato Laurentio loquens Augusti. dicit. Ad eruditiendum nullorum validior ē forma ꝙ martirum eloquentia. plꝰ est opere docere ꝙ voce. et infra.

In quo excellentissimo genere doctrine beatus Laurentius martir gloriosa polleat dignitate etiam persecutores ipsius sentire potuerunt qui tme mirabilis animi fortitudo non soluz non credere sed alios exemplo sue sollicitantie roborare est dicendus ¶ Respondeo. Dicenduz q martiriuz Laurentii et aliorum martirum est actus virtutis fortitudinis. Patet conclusio primo ex illo quod cantat ecclesia de eis. Fortes facti sunt in bello. Ratione ostenditur sic ad fortitudinem pertinet vt confirmet hominem in bono virtutis contra pericula et maxime pericula mortis et maxime eius qui est in bello. manifestum est autez q in martirio homo fumiter confirmatur in bono virtutis dum fidem et iusticiaz non deserit propter imminentia pericula mortis. et ita patet conclusio ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primaz respondetur q in actu fortitudinis duo sunt consideranda. quoruz vnum est bonum in quo fortis firmatur et hoc est fortitudinis finis. Aliud est ipsa firmitas qua quis non cedit contrariis prohibentibus ab illo bono. et in hoc consistit esse fortitudinis. Sicut autem fortitudo ciuilis firmat animam hominis in iusticia humana propter eius conseruationem vt mortis pericula sustineat ita etiam fortitudo gratuita firmat animum hominis in bono iusticie dei quod est per fidem Jhesu xpi vt dicitur ad Roma. 3. Et sic martirium comparatur ad fidem sicut ad finem, in quo aliquis firmatur ad fortitudinem sicut ad habitum elicientez ¶ Ad secundam respondetur q martirium bene est actus caritatis vt imperantis sed est fortitudinis elicientis. vtrunqz enim virtutem martirium manifestat. q autem sit meritorium hoc habet ex caritate sicut et quilibet virtutis actus. et ideo sine caritate nihil valet.

¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. licet eniz patientia commendetur in martiribus tamen ipsum martiriuz principalis actus est ipsius fortitudinis.

In festo assumptionis beate Marie est euangelium. Intrauit Jhesus etc. Luce. 10.

Circa quod possunt disputari sequentes questiones ¶ Prima. Utrum vita actiua sit potior et nobilior q contemplatiua.

¶ Secunda. Utruz beata Maria optimam partem elegit.

¶ Tertia. Utrum beata Maria in corpore et anima assumpta est in celum.

Ad primam sic proceditur. Et videtur q vita actiua potior sit siue nobilior q contemplatiua. ¶ Primo sic Uita actiua pertinet ad maiores scz prelatos qui sunt in honore et

potestate constituti. ergo est potior quam contemplatiua. consequentia patet ex illo Aristo. 3° thopi. Quod est melioris videtur esse melius. ¶ Secundo sic. In omnibus actibus et potentiis imperans est nobilius his quibus imperat. sicut militaris tanquam potior precipit frenifactiue. sed vita actiua ponit de his que ad contemplatiuam pertinent secundum Philosophum. 1° Ethicorum. ergo actiua vita nobilior est quam contemplatiua. ¶ Tertio sic. Nullus debet abstrahi a nobiliori vt amplectetur minus nobile. sed a statu vite contemplatiue receditur sepe ad statum vite actiue. ergo etc. ¶ In oppositum est euangelium presens vbi dicitur quod optimam partem sibi elegit Maria. ¶ Respondeo Dicendum quod vita contemplatiua est simpliciter melior et potior et nobilior quam actiua. Quam conclusionem probat Philosophus. 10. Ethico. octo rationibus quas deducit sanctus Tho. in secunda secunde. Albertus vero magnus super Lucam complectens omnia dicit sic. Vita contemplatiua prefertur actiue/ vnitate/ puritate/ eternitate/ firmitate/ delectatione. Unitate quia circa vnum. Puritate quia non sordidatur puluere venalium. Eternitate quia hic et in patria permanet in eternum. Firmitate quia est in luce. quia non fallitur fallacia errorum. Delectatione quia consolatione spiritus sancti iugiter oblectat animum. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur quod ad prelatos non solum pertinet vita actiua sed etiam contemplatiua. debent enim esse excellentes. vnde Grego. dicit in pastorali. Sit rector actione precipuus et pre cunctis contemplatione suspensus. ¶ Ad secundam respondetur negando minorem. quia vita actiua non directe precipit quedam opera vite contemplatiue. sed disponendo ad vitam contemplatiuam precipit quedam opera vite actiue in quo magis seruire videtur contemplatiue. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. et ad probationem respondetur quod vita contemplatiua intermittitur aliquando propter actiuam. non semper sed ad tempus ratione vtilitatis non ratione dignitatis.

AD Secundam questionem sic proceditur. Et videtur quod beata Maria optimam partem elegerit eligendo contemplatiuam. Et videtur quod non. Istud videtur magis eligendum quod est maioris meriti quia tale deducit ad maiorem gloriam. sed vita actiua videtur maioris meriti quam contemplatiua. ergo ipsa erit potius eligenda. consequentia patet. quia meritum dicitur respectu mercedis merces enim debetur labori. sed vite actiue attribuitur labor contemplatiue vero quies. ergo actiua

est maioris meriti q̄ contempla
tiua. ¶ In oppositum est euan-
gelium presens. Secundo ex co
dem argumento arguitur sic. Cō
templatiua est maioris meriti q̄
actiua. ergo preeligenda est. con
sequentia est bona. antecedens
patet. Dicit enim Grego. 6° mo
ralium. Magis sunt actiue vite
merita sed contemplatiue potio
ra. Ratione sic. Ratio meriti ē
caritas. caritas autem solum con
sistit in dilectione dei ⁊ proximi.
sed diligere deum secundum se ē
magis meritorium q̄ diligere pri
mum. ergo illud quod directius
pertinet ad dilectionem dei ma-
gis est meritorium ex suo genere
q̄ id quod directe ad dilectionē
proximi. sed vita contemplatiua
directe ⁊ inmediate pertinet ad
dilectionem dei. actiua directiua
ad dilectionem proximi. ergo ex
suo genere contemplatiua est ma
ioris meriti q̄ actiua ¶ Respō
deo. Dicendum iuxta Albertum
super Lucam q̄ hoc verbum Ma
ria ⁊c̄. conuenit beate virgini pl⁹
omnibus. scꝫ in bono corporis/
⁊ in bono anime/ ⁊ in bono meri
ti/ ⁊ in bono glorie. Optimā. n. p
tem elegit in bono corporis vir-
ginitatis scilicet pudorem. ⁊ cum
hoc elegit matris fecunditatem.
⁊ ideo nec primam similem visa
est nec habere sequentem. Unde
Exo. 3° Per rubum ardentem sig
nificatur. In bono autem anime
elegit optimam partem. hꝫ enim

splendorem diuine lucis in intel
lectu ⁊ non deest sibi virtutis fru
ctus in opere. vnde Isaie. 11. per
virgam rectitudinis virtutis vbi
requieuit spiritus almus signifi
catur. In bono meriti hoc est in
opere suo habuit omnem actiue
vite proprietatem ⁊ omnem con
templatiue puritatem ⁊ nihil ha
bet de defectu virusque. vnde sig
nificatur Numeri. 17. per virgam
Aaron que viruit, frondiuit flo-
ruit ⁊ amigdalinum cibum fruc
tificauit. Uiruit virtute/ frondu
it benedictione/ floruit grauida
tione cordis quo nos concepit.
⁊ corporis quo filium verbum in
carnatum suscepit. Fructificauit
in partu cibum salutarem produ
cens. In bono autem glorie op-
timam partem elegit. pars enim
bona stola corporis/ ps melior
stola anime/ optima consortium
imperii ⁊ regia nostri in impera-
toria maiestate dicente scriptura
3. Regum. 2° q̄ positus est thro
nus matris regis iuxta thronum
regis. pete ergo mater quod vis
nec enim est fas aliquid tibi de
negare. Hec optima pars ordi-
nata est vt castrorum acies. quo
niam omnium celestium agminum
splendores expressit Apoca. 12.
Corona. 12. stellarum in capite ei
us hoc est nouem ordinum ange
lorum ⁊ trium statuum sanctorum
coniugum/ virginum/ viduarum
vel trium aureolas portantium
doctorum quia apostolos docuit

virginum quia flos virginus su it. martirum cuius animam gla dius in morte filii sui pertransi uit. nouem etiam ordinum gloriam habuit. ipsa enim custodiam habuit angelorum. secreta consilia archangelorum. nulla decreta principum. seueritates ptra malitiam exhibuit potestatum con terendo caput draconis minime rabilem vel interminabilem vir tutem in miraculis ostendit. vir tutum altitudinem non declina bilem ostendit dominationum. quietez in receptione sessionis ex hibuit thronorum altitudinem sci entie z cõtemplationis cherubin transcendit z affectõne caritatis incendium seraphin superauit. His duodecim stellis coronata decoratur. hec Albertus ¶ Ad rationem in oppositum respõdetur negando consequentiam. Et ratio est. quia licet labor exterior operetur ad augmentum premii accidentalis. augmentū tamen premii essentialis consistit principaliter in caritate z maxime dilectionis diuine sicut dictum est.

Ad terciam sic proceditur. Et videtur q̄ beata Maria non sit assumpta rc. Primo sic. Resurrectionis tempus omnium differtur vsq3 ad finem mundi vt sit simul omnium resurrectio diuina ordinatione. ergo corpus beate Marie nondum resurrexit z per psequens non est assumpta cum corpore in celum. consequentia videtur bona. antecedēs patet p illud Iob 14. Homo cum dormierit nec resurget donec atteratur celū. nec euigilabit vt consurgat de somno suo. z loquitur de somno mortis. ergo vsq3 ad finem mundi quando celum atteretur resurrectio hominū differtur. ¶ In oppositum est fides quasi vniuersalis ecclesie. Dicit enī sanct9 Thomas in. 4° dist. 44. q̄ pie creditur de beata virgine z Johanne euāgelista q̄ resurrectio eorū nō est delata vsq3 ad finem mundi.

Respondeo. Dicendū q̄ beata virgo in anima z in corpore assumpta est in celum. Ista conclusio patet. Nam per vniuersaz ecclesiam fide pia suscepta ē quā quidam sanctorum non solū asserunt sed etiam apertis rationibus probare nituntur. Beat9 Jeronim. In his qui cum xp̄o surrexerunt perpetuam resurrectionem tam esse completaz nonnulli credunt custodem virginis in glorificata carne gaudere cum christo necnon de beata Maria factam non ambigimus. Item Augustinus idem affirmat z tribus rationibus probat. Prima quidem sumitur ex carnis xp̄i et virginis vnitate. z argu ē sic. Putredo et vermis hum ane opprobriū conditionis ē. a quo opprobrio cū Jhesus alienus sit maxime natura excipitur quā Jhesus . e ca as

M 4.

sumpsisse probatur. Secunda sumitur ex corporis dignitate sic. Thronum dei thalamum domini celi tabernaculum dignum est ibi esse vbi ipse est. tam preciosum thezaurum dignius est celum seruare ꝙ terra. Tertia ratio sumitur ex virginalis puritatis integritate. Ait enim sic. Letare Maria leticia ineffabili corpore et anima in xp̄o filio proprio per ꝓprium filium nec sequi debet corruptionis erumpna quā nulla secuta est filium pariendo integritatis corruptio vt sit semper incorrupta quā tanta perfudit gratia viuens que omnium integram perfectamqȝ genuit vitam. sit cum illo quem suo genuit vtero. sit apud illud illa que genuit fouit et aluit illum Maria dei genitrix/ministrix/et seruitrix. de qua quia sentire aliter non audeo aliud dicere non presumo. Bernardus etiam ratiocinatur ad idem sic. Si sanctorum corpora sublimium puta Petri et Pauli tā gloriosa et venerabilia reddidit et honore tam mirifico sublimauit vt ipsis deputetur locus eorum veneratio ni congruus. si igitur modo corpus super terram esse dicatur cum nec deuota frequentatur visitatione fidelium nec eidem loc⁹ deputetur honoris. nimirum videretur xp̄us honorem materni corporis contempsisse cum tamē super terram alia sanctorum corpora sic honorauit. ¶ Ad argumentum in opp⁹ dicendum est ꝙ rō procedit vbi non obuiat priuilegium alicui datum. sic fuit beate virgini et beato Johanni euangeliste.

In festo beati Bernardi est euangelium Nemo accendit etc. Lu. 11. Et potest disputari sequens questio.

¶ Utrum possit in dilectione dei haberi respectus ad aliquam mercedem. Et videtur ꝙ non ex presenti euangelio. quia iam ocul⁹ non esset simplex si ad aliud haberetur respectus ꝙ ad deum.

¶ Secundo sic. Johan. 10. Mercennarius vituperatur. sed mercēnarius est qui mercedem querit. ergo dilectio dei ex caritate non admittit respectum mercedis.

¶ Tertio sic. Merces ē finis eorum que propter mercedem fiūt sed finis diligitur magis ꝙ ea q̄ sunt ad finem. si ergo deus propter aliquam mercedem diligeret aliquid aliud magis diligeretur deo quod est contra rōem caritatis

¶ In opp⁹ est quod dicit glo. Mathei. 1⁰. Quia spes generat caritatē sed spes est expectatio mercedis. ergo caritas potest esse cum intuitu mercedis. Preterea ad Heb. 11. dicitur de sanctis patrib⁹. Aspiciebant in remunerationem. sed constat ꝙ ipsi diligebant deū ex caritate. ergo dilectio dei ex caritate compatitur intuitum mercedis ¶ Respondeo. Dicendum

iuxta sanctum Thomam in ter-
tio. q merces dicitur premium qd'
quis ex labore vel opere aliquo
meretur. Premium autem est qd'
alicui in bonum eius redditur.
Unde merces inquantum huius
modi importat aliquod referibi
le per amorem ad id cui merces
redditur. mercedem autem ali-
quis propter seipsum amat non
tamen est de ratione mercedis q
sit intentionis finis. quia plerun
q3 aliquis mercedem ex opere nõ
querit cur merces datur. ea autẽ
que propter se aliquis diligit. vl'
sunt perfectionis eius formaliter
sicut sanitas/virtus/operatõ di
lectionis vel huiusmodi. vl' sunt
effectiua vel consecutiua vel cõ
seruatiua aut bonum contrariorum
prohibitiua. Unde si aliquis a-
mat aliquid extra seipsum illud
potest dici merces inquantum ex
eo aliquid in ipso relinquitur vl'
seruatur. De ratione autem ami
cicie est q amicus sui gratia dili
gatur. Unde amicus non habet
in amicicia rationem mercedis
proprie loquendo ꝯnis ea que
ex amico nobis fiunt rationem
mercedis habere possunt. sicut d
lectationes et vtilitates quas ex
ipso amicus consequitur ratione
quorum ipse amicus potest dici
merces quasi causaliter sicut di-
citur merces nostra ratione eorum q
ex ipso nobis sunt. Patet ergo q
ponere mercedem aliquem finem
amoris ex parte amati ẽ ꝯtra ra

tionem amicicie. Unde caritas per
hunc modum oculum ad mercedẽ
habere non põt. hoc enim esset de
um non ponere vltimum finem.
sed bona q̃ ex ipso cõsequit'. sed
ponere mercedem esse finem amo
ris ex parte amantis non tamen
vltimum, vt si ipse amor est que
dam operatio amantis nõ ẽ cõ
tra rõem amicicie. q2 ipsa amo-
ris operatio cum sit quoddam ac
cidens nõ dicitur amari nisi p͞o
pter suum subiectum. Item inter ea
q̃ aliquis ꝑpter se diligit põt esse
ordo salua amicicia. vñ et ipsam
operatione amoris possem amare
non obstãte amicicia propter ali
quid aliud. erit tñ ꝯtra rõem vir
tutis si virtutis operatio propter
aliquid aliud virtute inferi⁹ cu-
ius sunt tempalia bona diligatur.
Patet ergo q hñs caritatem non
põt habere oculum ad mercedem
vt ponat aliquid quodcunq3 fi
nem amati scz dei. hoc enim esset
contra rõem caritatis vt ẽ ami-
cicia quedam nec item vt ponat
aliqd' temporale bonum finem ip
sius amoris. q2 hoc esset ꝯtra ra
tionem caritatis vt est virtus. po
test tñ habere oculum ad merce-
dem vt ponat beatitudinem crea
tam finẽ amoris nõ aũt finẽ ama
ti. hoc enim nec est ꝯtra rõem ami
cicie nec contra rõnem virtutis
cum beatitudo virtutum si finis

Ad rationes in opposi tum.
Ad primam respondetur negan
do ꝯsequentiam. Et ad probatio

nem respondetur quod oculus non est simplex si respectus haberetur ad premium tanquam finem ipsius amatus scilicet dei. sed ut dictum est non habetur respectus ad premium quod sit finis amati sed quod sit finis servitii vel amoris. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia mercenarius dicitur ibi qui opus spirituale propter mercedem temporalem exercet et talis vituperatur. ¶ Ad tertiam patet responsio, ex eo quod dicta sunt ad primam.

In festo sancti Augustini est evangelium

Vos estis sal terre etc. Math. 5°. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. ¶ Prima. Utrum status prelatorum qui faciunt et docent sit maior quam sit in ecclesia dei. ¶ Secunda. Utrum prelatus qui non facit quod docet sit in statu perfectionis.

Ad primam sic proceditur. Et videtur quod status prelatorum etiam qui faciunt et docent non sit maior quam sit in ecclesia dei. ¶ Primo sic. dicitur Math. 19. Si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et da pauperibus hoc faciunt religiosi sed non ad hoc tenentur Episcopi. Dicitur enim 12. q. 1 Episcopi de rebus propriis vel acquisitis vel quicquid de proprio habent heredibus suis relinquant. ergo videtur quod religiosorum status sit maior. ¶ Secundo. Perfectio principaliter consistit in dilectione dei et in dilectione proximi. sed status religiosorum directe ordinatur ad dilectionem dei et ex dei servitio et famulatu nominatur ut dicitur. 6° celestis ierarchie. status autem episcoporum videtur ordinari ad dilectionem proximi cuius cure superintendunt. ergo idem quod prius. ¶ Tertio. Status religiosorum ordinatur ad vitam contemplativam que potior est quam activa ad quam ordinatur status episcoporum. ergo idem quod prius. ¶ In oppositum est evangelium. Qui fecerit et docuerit hic magnus vocabitur etc. ¶ Secundo sic. Nulli licet a maiori statu ad minorem transire hoc enim esset retro respicere. sed potest aliquis de statu religionis in statum episcopalem transire. Dicitur enim 18. q. 1 quod sacra ordinatio de monacho episcopum facit. ergo status prelatorum maior et perfectior est quam religiosorum et per consequens omnium aliorum. ¶ Respondeo. Dicendum quod status prelatorum sit maior quam aliquis alius in ecclesia. Probatur ista conclusio primo ex illo evangelii presentis in quo Christus prelatos alloquens dixit. Vos estis sal terre. vos estis lux mundi. Patet etiam ex illo Augustini. 88. dis. c. quoniam ubi vocat eos patres et principes ecclesie. R ...

sic respectu religiosorum. Sicut Augusti. 12. super Gen. ad litteram. Semper agens prestantius est patiente. in genere autem perfectionis episcopi secundum Dionisium. 5° celestis ierarchie se habent vt perfectiores. Religiosi autem vt perfecti quorum vnum pertinet ad actionem alterum ad passionem. ergo status episcoporum maior et potior est statu religiosorum. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondet negando consequentiam ¶ Pro quo notandum iuxta sanctum Tho. quod abrenunciatio propriarum facultatum dupliciter considerari potest. Uno modo secundum quod est in actu et sic in ea non consistit essentialiter perfectio sed est quoddam perfectionis instrumentum et ideo nihil prohibet statum perfectionis esse sine abrenunciatione propriorum. Alio modo potest considerari secundum preparationem animi vt scilicet homo sit paratus si opus fuerit omnia dimittere vel distribuere et hoc pertinet directe ad perfectionem. Unde Augusti. in libro de consensu euangelistarum. Oportet omnes filios sapientie intelligere non in abstinendo nec in manducando esse iusticiam sed in equanimitate tollerandi inopiam. vnde et apostolus dicit. Scio habundare et penuriam pati. Ad hoc autem maxime tenentur episcopi vel omnia sua pro honore dei et salute sue gregis largiendo vel rapinam bonorum suorum cum gaudio sustinendo. ¶ Ad secundam respondet negando minorem si intelligat tantum rei. quoniam prelati vtriusque dilectioni scilicet dei et proximi intendunt immo quod intendant dilectioni proximorum prouenit ex habundantia dilectionis diuine. hoc autem est maioris dilectionis signum vt propter amicum etiam alii seruiat quam etiam si soli amico vellet seruire ¶ Ad tertiam respondet quod prelatus non solum ordinatur ad vitam actiuam sed etiam ad vitam contemplatiuam de qua debet haurire quod in actiua infundat. Unde Grego. dicit in pastorali Sit presul in actione precipuus pre cunctis contemplatione suspensus

AD Secundam

questionem sic proceditur Et videtur quod prelatus docens et non faciens non sit in statu perfectionis ¶ Primo sic. Qui non est in gratia non est in statu gratie. ergo pari ratione qui non est perfectus cuiusmodi est prelatus qui docet bona et non facit. etiam talis non est in statu perfectionis ¶ Secundo sic. Qui est in statu seruitutis peccati non videtur esse in statu perfectionis. sed mali prelati sunt in statu seruitutis peccati Iohan. 8° Qui facit peccatum seruus est peccati. ergo repugnat quod sint in statu perfectionis. ¶ In oppositum est quod multi prelati sunt qui

gratia ꝛ caritate carent in quibꝰ
consistit imperfectio ꝛ tamen sūt
in statu prelationis que dicit sta
tum perfectionis. ergo ꝛc. Re
spondeo. Dicendum sub vna cō
clusione tali. ꝙ nec oīs qui stat
in statu perfectionis est perfectꝰ.
Ista conclusio sic ostenditur ꝫa
iuxta sanctuꝫ Tho. Status pro
prie pertinet ad conditionem li
bertatis ꝛ seruitutis spiritualis.
libertas autem et seruitus potest
in homine attēdi dupliciter. vno
modo sꝫꝰ ꝙ interiꝰ agitur. Alio
modo sꝫꝰ id quod exterius agit
Et qꝛ vt dicitur. i. Regum. 16.
Homines vident ea que patent
sed deus intuetur cor. Inde ē ꝙ
sꝫꝰ interiorem hominis disposi
tionem accipitur conditio spiritua
lis status in homine per compa
rationem ad iudicium diuinum
secundum autem ea que exteriꝰ
aguntur accipitur spiritualis sta
tus in homine per comparatio
nem ad ecclesiaꝫ. ꝛ sic de statibus
non loquimur prout scꝫ ex diuer
sitate statuum quedam ecclesie
pulchritudo consurgit. Est autem
considerandum ꝙ quantum ad
hominem ad hoc ꝙ aliquis adi
piscatur statum libertatis vel ser
uitutis requiritur quidem primo
aliqua obligatio vel alligatio.
non enim ex eo ꝙ aliquis seruit
alicui efficitur seruus quia etiaꝫ
liberi seruiunt ex hoc ꝙ aliquis
desinit seruire efficitur liber sicut
patet de seruis fugitiuis. sed ille

est proprie seruus qui obligatur
ad seruiendum et ille est liber qꝛ
seruitute absoluitur. Secūdo re
quiritur ꝙ obligatio pdicta cuꝫ
aliqua solemnitate fiat sicut ce
tera que inter homines obtinēt
perpetuam firmitatem quedam
solemnitas adhibetur. Sic igit
ꝛ in statu perfectionis proprie di
citur esse aliquis non ex hoc ꝙ ha
bet actum dilectionis perfecte sꝫ
ex hoc ꝙ obligat se perpetuo cuꝫ
aliqua solemnitate ad ea q̄ sunt
perfectionis. Constat etiā ꝙ ali
qui se obligant qui non seruant
ꝛ aliqui implent ad quod se nō
obligauerunt vt patet Math. 21
de duobus fratribus quoꝝ vnꝰ
patri dicenti. Operare in vinea:
respondit nolo ꝛ postea iuit. Al
ter autem respondens ait. Eo et
nō iuit. ꝛ ideo nihil prohibet ali
quos esse perfectos qui nō sunt
in statu perfectionis. et aliquos
esse in statu perfectionis qui nō
sunt perfecti. ¶ Ad rationes in
oppositum vna responsio sufficit
ꝙ procedunt quantum ad inte
riorem statum non autem quan
tum ad exteriorem de quo est
sermo

In festo sancti

Bartholomei est euange
lium. Hoc est preceptum ꝛc. Jo
hannis. 15. Et potest disputari se
quens questio.

¶ Primo. Utrum beatus Bar

tholomeus ꝛ alii apostoli potue
runt dici amici dei. Et videtur ꝙ
non. ¶ Primo sic. Amicicia est
relatio paritatis. sed deus mul-
to superior est homine ergo ho-
minis ad deum non est amicicia
¶ Secundo sic. Caritas nō est
amicicia. ergo qui ex caritate di
ligunt deum non debent dici ha
bere amiciciam ad deum. antece
dens probatur sic. Nihil est ita ꝓ
prium amicicie sicut conuenire
amico vt Philosophus dicit. 8º
Ethico. sed caritas est hominis
ad deum ad quem non est homi
nis conuersatio. ergo caritas talꝭ
non est amicicia. ¶ Tertio sic.
Seruitus ꝛ amicicia non videntꝛ
inter se comparari. vnde dicit do
minus. Non dicam vos seruos
sed amicos. sed beatus Bartho
lomeus ꝛ alii apostoli sancti sem
per manent sub seruitute dei. vn
de quilibet eorū dicit illud psal.
Ego seruus tuus ꝛ filius ancille
tue. ergo videtur ꝙ non sunt di-
cendi amici dei. ¶ Quarto ex
argumento xp̄i quo dicit. Uos
dixi amicos. quia omnia q̄ au-
diui a patre meo nota feci vob.
Et arguitur sic. Christus non fe-
cit eis omnia nota que audiuit
a patre suo vt patet. non enim es
sent capaces tante sapientie quā
tam susceperat filius a patre. gº
semper serui ꝛ non amici sunt di
cendi. ¶ In oppositum est euā
gelium presens. Et de beato Bar
tholomeo dicitur in historia cum

quereret ydolum quis esset Bar
tholomeus respondit. Amicus
dei sum. ¶ Respondeo. Dicen
dum ꝙ beatus Bartholomeus
vere dictus amicus dei est ꝛ alii
apostoli. Conclusio patet ex ver
bo xp̄i dicentis. Non dicam vos
seruos sed amicos. Et iterum. Uos
amici mei estis si feceritis que p̄
cipio vobis. Rōne sic. Quia di
lexerunt deum ex caritate. sed ca-
ritas est quedam amicicia. Pro
quo notandum ꝙ scḋm Philoso-
phum. 8º Ethi. Nō quilibet amor
habet rōnem amicicie sed amor qui ē
cum beniuolentia. quādo scilicet sic ama
mus aliquē vt ei bonū velimus
si aūt rebus amatis nō bonū ve
limus sed solum eorum bonū velimus
nobis vt dicimus amare vinū vel
equū vel aliud hmōi nō ē amo-
re amicicie sed cuiusdam concupiscē
tie. Ridiculū enim est dicere ꝙ ali
qui hn̄t amiciciam ad vinū vel
equū. Sed nec beniuolētia sufficit
ad rōnem amicicie sed requiritur que
dam mutua amatio. quia amicus ē
amico amicus. Talis aūt mutua
beniuolentia fundatur super ali
qua communicatione. cum igi-
tur sit aliqua communicatio ho
minis ad deum secundum ꝙ su
am beatitudinem nobis cōicat sup
hac cōicatione oportet aliquam
amiciciam fundari. De qua qui
dem cōicatione dicitur 1. Cor. 1º
Fidelis deus per quē vocati estis
in societatem filii eius. Amor aūt
super hac cōicatione fundata est

caritas. Unde manifestum est ꝙ caritas amicicia quedam est ho minis ad deum per quaꝫ homo deum diligit ⁊ deus hominem. ⁊ hec efficit .i. quedã associatio ho minis ad deum vt dicitur .i. Jo han. i°. Si in luce ambulamꝰ si cut ⁊ ipse in luce est societateꝫ ha bemus ad inuicem. Et ita beatꝰ Bartholomeus ambulans in lu ce gratie dictus est amicus. ⁊ om nes alii sancti de quibus dicitur in psal. Nimis honorati sunt a mici tui deus. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respõ detur negando consequentiam. Et ratio est. quia amicicia nõ re quirit equalitatem siue paritatẽ equiparantie sed equalitatem ꝓ portionis vt si vnus amicorum operetur ad alterum sꝫꝰ suam ꝓ portionẽ operatur vt dicitur. 8°. Ethico. ¶ Ad secundam respõ detur negãdo assumptum. Et ad probationem negetur minor. ⁊ ẽ ratio. quia duplex ẽ hominis vi ta. Una quidem est exterior sꝫꝰ naturam sensibilem ⁊ corporaleꝫ ⁊ secundum hanc vitam non est communicatio vel conuersatio cum deo ⁊ angelis. Alia est vita spiritualis secundum mentem et sꝫꝰ hanc vitam est nobis conuer satio cum deo et angelis in p̃nti quidem statu imperfecte. Unde dicitur ad Phil. 3° Nostra con uersatio in celis est. Ista conuer satio perficitur in patria quñ sui eiꝰ seruient dño ⁊ videbunt faci em eius vt dicitur Apoca. vlti. ⁊ ideo hic est caritas imperfecta sꝫ perficietur in patria. ¶ Ad ter tiam respondetur negando con sequentiam. et ad probationem respondetur ꝙ intelligitur de ser uitute seruili. qꝛ si timore seruili sunt subiecti talis timor expellit ab animo caritatem. timore ve ro filiali semper sancti permanẽt sꝫꝰ illud psal. Timor dñi sanctꝰ ꝑmanet in seculum seculi. Et isto mõ sancti dicuntur serui ad Ro ma. i°. Paulus seruus Jhesu xpi ¶ Ad quartam respondetur ꝙ illud. Omnia quecunqꝫ audiui a patre meo non est intelligẽduꝫ de oĩbus simpliciter et absolute. qꝛ istud erat impossibile vt argu tuꝫ est. sed intelligendũ est ꝺ om nibus pertinentibꝰ ad coꝝ statũ cuiusmõi sunt illa q̃ pertinẽt ad coꝝ saluteꝫ ⁊ fidei motũ ⁊ ꝑdica tioneꝫ ⁊ ecclesie gubernationem.

In festo Decol

lationis beati Johannis baptiste ẽ euangꝰ. In illo tẽpore Misit herodes ⁊c̃. Marci. 6°. et possunt disputari sequẽtes q̃stio nes ¶ Prima. Utꝝ beatus Jo hãnes mouẽs ex hoc ꝙ dicebat Herodi. Nõ liceꝫ tibi habere vxo reꝫ fratris tui verꝰ martir sit colẽ dus. ¶ Secunda. Utꝝ iuramẽ tum qđ Herodes ꝯstitit saltãti puelle excusare potuit Herodẽ a peccato mort. Johãnis baptiste

AD primaꝫ questionē sic proceditur. Et videtur ꝙ beatus Johānes moriens ex hoc ꝙ dicebat Herodi. Non licet tibi habere vxoreꝫ fratris tui verus martir sit colēdus. Et videtur ꝙ non. qꝛ videtur ꝙ sola fides sit causa martirii. Probatur sic. Dicitur. 1. Petri. 3º. Nemo vestruꝫ patiatur quasi homicida aut fur aut aliquid hmōi. si aūt vt xp̄ianus non erubescat glorificet deum in isto noīe. ſꝫ ex hoc dicitur aliquis xp̄ian⁹ ꝙ tenet fideꝫ xp̄i. ergo sola fides xp̄i dat patientibus martirii gloriaꝫ

¶ In oppositum est euangeliuꝫ presens ⁊ fides vniuersalis ecclesie. ¶ Respondeo. Dicendum ꝙ beatus Johannes pro reprehensione adulterii mortem sustinēs verus martir fuit ⁊ vt martir est venerand⁹. Ista conclusio declaratur sic iuxta sanctuꝫ Thomaꝫ Martires dicuntur quasi testes qui scꝫ corporalibus suis passionibus vsqꝫ ad mortem testimonium perhibent veritati. non cuicunqꝫ sed veritati que ſꝫᵒ pietateꝫ per xp̄m nobis innotuit. Unde etiam martires xp̄i dicuntur quasi testes ipsius. hmōi aūt est veritas fidei ⁊ ideo martirii causa est fidei veritas. ſꝫ ad fidei veritatem non solum pertinet ipsa credulitas cordis ſꝫ etiā exterior protestatio. q̄ quideꝫ fit nō soluꝫ per v̄ba quib⁹ aliquis cōfitetur fidem sed ⁊ perfecta quib⁹ fideꝫ se habere ostendit ſꝫᵒ illud Jacobi. 2º. Ego ostendam tibi ex operibus fideꝫ meā. Unī ⁊ de quibusdam dicitur ad Titum. 1º. Confitentur se nosse deuꝫ factis autē negant. ⁊ ideo omnium virtutuꝫ opera ſꝫᵒ ꝙ referuntur in deum sunt quedam protestationes per quas nob̄ innotescit ꝙ deus huiusmodi opera a nobis requirit ⁊ nos pro eis remunerat. ⁊ ſꝫᵒ hoc possunt esse martirii causa ſꝫᵒ ꝙ videmus ꝙ beati Johānis baptiste martiriuꝫ in ecclesia celebratur qui nō pro neganda fide sed pro reprehensione adulterii mortem sustinuit. ¶ Ad rationeꝫ in opp⁹ respondetur. Dicim⁹ enim ꝙ verum est qđ dicitur in minori ꝙ xp̄ianus dicitur qui xp̄i est. sed aliquis dicitur esse xp̄i nō solum ex eo ꝙ habet fidem xp̄i sed etiam ex eo ꝙ spiritu xp̄i ad opera virtuosa procedit ſꝫᵒ illud ad Roma. 8º. Si quis spirituꝫ xp̄i non habet hic non est eius. ⁊ etiam ex hoc ꝙ ad imitationeꝫ xp̄i moritur ſꝫᵒ illud Gal. 5º. Qui xp̄i sunt carnem suam crucifixeruntcum viciis ⁊ concupiscentiis ⁊ ideo vt xp̄ianus patitur nō solum qui patitur pro fide confessione que fit per verba. sed etiam qui patitur pro quocunqꝫ opere faciendo vel pro quocunqꝫ peccato vitando propter Christum quia totuꝫ hoc pertinet ad fidei protestationem.

AD Secundam questionez. Utrum iuramentum licet incautum qd' Herodes prestitit saltanti puelle excusare potuit Herodem a peccato mortis Johannis baptiste. Et videtur ꝙ sic. Iuramentuz incautum dicitur qd' vergit in exitum malum vel minus bonum. ſz tale obligat patet quia tale fuit iuramentum qd' Josue iurauit gabaonitis pacem ꝛ ꝙ non occideret eos Josue. 9°. ꝛ tamen preceptum dei erat in contrarium. Preceperat eniz de⁹ ꝙ occideret omnes habitatores ꝛc. ſicut habet' Deutro. 13. Et obseruauit Josue iuramentum credens se obligatuz. Unde Ambro. li. de officiis 22. q. 4. loquens de iuramento Josue dicit sic. Ihesus tamē pacem quaz dederat reuocandam non censuit. quia firmata erat sacramenti religione. ne dum alienam perfidiam redargueret suā fidem solueret. soluisset ergo suā fidem si non tenuisset quod iurauerat. Similiter ergo videtur ꝙ Herodes iurans se daturum puelle quicquid peteret obligabat' ad soluendum quod iurauerat licet esset contra preceptum dei: sicut fuit illud quod fecit Josue.

¶ In oppositum est canon Isidori. 22. q. 4. In malis promissis rescinde fidem. in turpi voto muta decretuz. quod incaute vouisti non impleas. impia g° promissio que scelere adimplet' non obligat nec tale iuramentum excusat a peccato perpetrato. ¶ Respondeo. Dicendum ꝙ iuramentum Herodis non excusauit euz a nece beati Johannis vt ostendit Augustin⁹ optime in sermone huius festiuitatis. Pro quo notandum iuxta sanctum Thomam in. 4°. ꝙ duplex est iuramētum. vnum assertorium et aliud promissorium. Promissorium iuramentum est de eo quod in futurum a iurante faciendum expectatur vel per se vel per alium. Assertorium vero est quod fit ꝑ confirmationem veritatis etiam presentis ꝛ preterite ꝛ etiam si ipsius causam non scimus. In iuramento autez assertorio est vna tantum obligatio scz qua quis obligatur ad peccatuz si veritas suo iuramento desit. In iuramēto autem promissorio est duplex obligatio. Una qua quis obligatur ad faciendum hoc quod iuramento promisit. Alia qua obligatur ad peccatum si nō fecerit. His igitur visis sciendum ꝙ sicut non omnis assertio ē digna vt iuramēto firmetur ita nec omnis promissio. sed illa tantuz que ad vtilitatem aliquam pertinet. Unde si promissio que est de aliquo quod salutem impediat sine sit contrarium saluti sine vt perfecte in salutez iuramento firmetur. ex hoc ipso iuramentum efficitur indebitum quasi actus

cadens super indebitam materiem. vnde obligat secunda obligatione que est ad peccatum. nec remanet ei virtus obligandi prima obligatione ad faciendum. Prima enim obligatio est ad vitandam secundam obligationē: vnde iuramentum quod de necessitate ad peccatum obligat ipso facto ab alia obligatōne euacuatur. Et ideo licet iuramentum Herodis ꝙ daret puelle saltanti quod peteret potuissz esse a principe licitum intellecta debita cōditione scilicz si peteret quod dare deceret: impletio tamē iuramēti fuit illicita. et ideo non obligabatur in aliquo. Unde Ambrosius in li. de officiis. Est contra officiū nonnunꝙ promissum soluere iuramentuz. sicut Herodes qui necez Johannis prestolauit ne promissuz negaret. ¶ Ad rationem in oppositum respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia iuramentuz Josue non erat de eo qđ secunduz se esset illicitum sicut est adulterium homicidium et similia. sed de eo quod factum erat illicituz quia prohibitum. Unde in hoc sufficiebat seruare intentionem prohibentis. Et ideo dicit Ambro. li. de officiis. Mulctauit eos meliori morte scz obsequio ministerii diuini vt esset clementior sententia sed diuturna. et sic quodāmodo occisi sunt morte legali q̄ est seruitus.

In festo Natiuitatis beatissime Marie virgis est euangelium. Liber generationis et c. Math. 1º Circa quod pċssunt disputari sequētes questiones. ¶ Prima. Utrū Christus descendit secunduz carnem de semine Dauid. ¶ Secūda. Utrum beata Maria fuerit sanctificata ante natiuitatem ex vtero. Tertia. Utrum beata virgo per sanctificationem obtinuerit gratie plenitudinem siue perfectionem.

Ad primam sic

proceditur. Et videtur ꝙ christus non descendit secunduz carnem de semine Dauid. ¶ Primo sic. Matheus in presenti euāgelio. Liber generationis genealogiam christi texens eam ad Joseph perduxit. Joseph autez non fuit pater christi. non ergo videtur ꝙ christus de semine Dauid descenderit licet Joseph sic.

¶ Secundo sic. Aaron fuit de tribu Leui vt patet Exodi sexto. Maria autem mater christi cognata dicitur Elizabeth que est filia Aaron vt patet Luce primo cum ergo Dauid de tribu Juda fuerit vt patz Mathei primo. videtur ꝙ Christus de semine Dauid non descenderit. ¶ Tertio sic. Jeremie. xx. dicitur de Jeconia. Scribe virum illum sterilez nec enīz erit de semine eiꝰ vir qui

sedeat super soliuꝫ Dauid. sed d
xp̄o dicitur Jsaie. 9º. Super soli
um Dauid sedebit. ergo xp̄s n d
fuit de semine Jeconie. nec ꝑ con
sequens de semine Dauid. quia
Matheus a Dauid per Jeconi-
am seriem generationis ꝑducit.
¶ Jn oppositum est euangeliuꝫ
presens. Liber generationis.
¶ Respondeo. Dicendum ꝙ
xp̄us secundum carnem desc̄edit
de semine Dauid. Jsta conclusio
patet per Apostolū ad Roma.
pº. qui de xp̄o loquens ait. Qui
factus est ex semine Dauid secū
dum carneꝫ. Pro quo notandū
ꝙ specialiter xp̄us dicitur filius
esse Abraham ꝛ Dauid vt patet
in principio euangelii. Cuius est
multiplex ratio. Prima quia ad
hos specialis de xp̄o repromissio
facta est. Dictum est enim Abra
he Gen̄. 12. Benedicentur in te
omnes generatiōes. qd' Aposto
lus de xp̄o exponit ad Gal. 3º.
Abrahe dicte sunt remissiones ꝛ
semini eius. non dicit de semini-
bus in multis sed quasi in vno
ꝛ semini tuo quod est xp̄us. Ad
Dauid autem dictuꝫ est. De fruc
tu ventris tui ponam super sed̄e
tuam. Unde ꝛ populi iudeorum
vt regem honorifice suscipientes
xp̄m dicebant Math. 21. Osan-
na filio dauid. Secunda rō est.
quia christus futurus erat rex et
propheta ꝛ sacerdos. Abraham
autem sacerdos fuit dum imple
uit officium sacerdotis offeren-
do hostiam domino. Unde do-
minus ad eum Gen̄. 15. Sume
tibi vaccam triennem ꝛc̄. Fuit
etiam propheta secundum illud
quod dicitur Gen̄. 20. propheta
est ꝛ orabit pro te. Dauid autem
rex fuit ꝛ propheta. Tertia ratio
est. quia in Abraham primo in
cepit circumcisio. in Dauid autē
maxime manifesta est dei electio
secundum illud. 1. Regum trede
cimo. Quesiuit sibi dominus vi
rum iuxta cor suum. Et ideo vtri
usqꝫ filius christus conuenientis
sime est vt ostendatur esse in sa-
lutem circumcisioni et electioni
gentilium. ¶ Ad rationes in
oppositum. Ad primam respon-
detur negando consequentiam.
Et ratio est. quia vt dicit Augu
stinus. Cum euangelista Ma-
theus dicat viruꝫ Marie Joseph
esse. Christum ex semine Dauid
quid restat nisi credere. ꝛ Mari-
am non fuisse extraneam a gene
ratione Dauid. ꝛ eaꝫ Joseph cō
iugem non frustra appellatam
propter animorum confederatio
nem ꝙuis ei non fuerit commix
tus. Et Jeronim⁹ super Mathe
um dicit. Ex vna tribu fuit Jo-
seph ꝛ Maria. Unde etiam secū
dum legem eaꝫ accipere cogeba
tur vt propinquaꝫ. propter quod
ꝛ simul cēsentur in bethleeꝫ qua
si de vna stirpe generati. ¶ Ad
secundam respondetur iuxta sen
tentiam Augustini contra Fau
stuꝫ. ꝙ si Joachim pater Ma-

de stirpe Aaron fuit vt Faustus
per quasdam scripturas apocri-
phas asserebat. credendum est q
mater Joachim fuit de stirpe Da
uid. & sic in xpo fuerunt iuncte re
gnum genus & sacerdotale vt di-
cit Grego. Nazanzenus. oportet
q xpus qui est rex & sacerdos ab
vtroqz nasceretur secundum car
nem. ¶ Ad tertiam respondet
negando co sequentiam Et ra-
tio est. quoniam per illam aucto
ritatem propheticam sicut Am-
bro. dicit super Lucam. non ne-
gant ex semine Jeconie posteros
nascituros. & ideo xpus de semi-
ne eius est. non enim seculari ho
nore regnauit ipse .n. dixit. Reg
num meum nō est de hoc mundo

AD Secundam

questionez sic proceditur
Et videtur q beata Maria non
fuerit sanctificata ante natiuita
tem ex vtero ¶ Primo sic. Dicit
Aplus .1. Cor .15. Non prius qd
spiritale est sed quod animale
deinde quod spirituale est. sed p
gratiam sanctificatam nascitur
homo spiritualiter in filium dei.
s. illud Johan. p°. Ex deo nati
sunt. natiuitas autem ex vtero ē
natiuitas animalis. nō ergo be
ata virgo prius fuit sanctificata
q̄ ex vtero nasceretur. ¶ Secun
do. Sicut dicit Augustinus ad
Dardanum. Sanctificatio qua
efficimur templum dei non nisi
renatorum est. nemo autē renasci
tur nisi prius nascatur. ergo bea
ta virgo non fuit prius sanctifi-
cata q̄ ex vtero nasceretur. Ter
tio sic. Dicit Jero. Non mihi cre
das si aliquid tibi dixero quod
ex veteri & nouo testamento ha-
bere non potes. sed de sanctifica
tione beate Marie in vtero nihil
habetur in aliquo testamentorum.
ergo non est credendum eam fu-
isse sanctificatam. ¶ In oppo
est q ecclesia celebrat natiuitatē
beate virginis non autē celebra
tur festum in ecclesia nisi pro ali
quo sancto. ergo beata Maria
fuit in sua natiuitate sancta. fuit
ergo in vtero sanctificata ¶ Re
spondeo. Dicendum iuxta sanc-
tum Tho. in tertia parte. De sāc
tificatione beate Marie scz q fu
erit sanctificata in vtero nihil in
scriptura canonica traditur. que
nec etiam de eius natiuitate mē
tionem facit. sed sicut beatus Au
gusti. de assumptione ipsius vir-
ginis rationabiliter argumenta
tur q cum corpore assumpta sit ī
celum. qd' tamen scriptura non
tradit ita rationabiliter argumē
tari possumus q fuerit sanctifica-
ta in vtero. Rationabiliter eniz
creditur q illa que genuit vnige
nitum a patre plenum gratie et
veritatis pre omnibus aliis ma
iora gratie priuilegia accepit. vn
de legitur Luce p°. q angelus ei
dixit. Aue gratia plena. Inueni
mus autem quibusdaz aliis hoc
priuilegium esse concessum vt in

vtero sanctificarentur sicut Jere- dictum est. Anteq̃ exires de vulua sanctificaui te. Et sicut Johā ni baptiste de quo dictuȝ est Lu. p°. q̄ spiritu sancto replebitur ex vtero matris sue. Unde rationabiliter credit' q̄ beata virgo sanctificata fuerit anteq̃ ex vtero nasceretur. Unde beatus Bernardus in matutinali officio i suo sermone qui legitur istam orationem complectens ita ait. Beatā virginem omnibus modis constat ab originali contagio priusq̃ nasceretur esse mūdatam. quā nimirum pietas xp̄iana credere prohibet vl' minus a Jeremia in vtero sanctificatam. vel non magis a Johanne spiritu sancto repletam. nec vna festiuis laudib⁹ nascens honoraretur si non sancta nasceretur. Est itaqȝ virgo regia veris honorum titulis cumulata que procul dubio sancta fuit anteq̃ nata. ego puto q̄ copiosi or sanctificationis benedictio in ipsa q̃ in aliis sanctis ab vtero sanctificata descenderit q̄ non solum ipsiȝ ortum sanctificauit sed vitam eius ab omni peccato deinceps immunem conseruaret quod alteri nemini in natis mulierum creditur esse donatuȝ. hec Bernardus. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur q̄ etiam in beata virgine prius fuit animale et post id qd' est spirituale. quia prius fuit secundum carnem concepta ⁊ postea secundum spiritum sanctificata. ¶ Ad secundam respondetur q̄ Augustinus loquitur d' regeneratione que fit secundum legem communem secundū quā per sacramenta non regenerant' aliqui nisi prius nati. sed de⁹ huic legi sacramentorum potentiaȝ suam non alligauit quin aliquibus ex speciali priuilegio gratiā suam conferre possit anteq̃ nascantur ex vtero. ¶ Ad tertiam respondetur q̄ q̃uis sanctificatio beate virginis in vtero expresse in scriptura veteris et noui testamenti non legatur. tamen procerto haberi potest ex his q̄ ibi leguntur. Si enim Jeremias ⁊ Johannes sanctificati sunt qui xp̄ȝ prenunciauerūt multomagis beata virgo que xp̄m genuit. Unde non fallitur ecclesia sanctum reputans sue natiuitatis dieȝ vt inquit Bernardus.

AD tertiaȝ questionem sic proceditur. Et videtur q̄ beata virgo p sanctificationem in vtero non obtinuerit gratie plenitudinem.

¶ Primo sic. Hoc eniȝ videtur pertinere ad priuilegium xp̄i secundum illud Johannis p°. Uidimus eum quasi vnigenituȝ a patre plenum gratie et veritate. sed ea que sunt propria xp̄i non sunt aliis attribuenda. ergo beata virgo plenitudinem gratie non accepit in sanctificatione.

¶ Secundo sic. Ei quod est ple-
nu*m et perfectum non restat ali-
ud addendum. quia perfectum
est cui nihil deest, vt dicit. 3° ph-
sicorum. Postquam autem nata est additi-
onem gratie suscepit quando Christum con-
cepit. dictum est enim ei. Spiritus
sanctus superueniet in te etc. Ite-
rum quando in gloria est assump-
ta. ergo videtur quod non habuerit
in prima sua sanctificatione ple-
nitudinem gratiarum. ¶ Ter-
tio. Deus non facit aliquid fru-
stra. frustra autem habuisset ali-
quas gratias cum earum vsum
nunquam exercuit. non enim legitur
eam docuisse quod est actus sa-
pientie aut miracula fecisse quod est
actus gratie gratis date. non er-
go habuit plenitudinem gratia-
rum in sanctificatione sua prima
¶ In oppositum est quod ange-
lus ad eam dixit. Aue gratia ple-
na. quod exponens Jero. in ser-
mone de assumptione dicit. Be-
ne gratia plena que ceteris per
partes prestatur. Marie vero se
tota simul infudit gratie plenitu-
do. ¶ Respondeo. Dicendum
quod beata virgo in sua sanctifica-
tione recepit siue obtinuit gratie
plenitudinem. Ista conclusio osten-
ditur iuxta sanctum Tho. Quan-
to aliquid magis appropinquat
principio, in quolibet genere tan-
to magis participat effectum illi-
us principii. Unde dicit Dionisius.
4° celestis ierarchie. Quod angeli
deo propinquiores magis partici-
pant de bonis diuinis quam hoies.
Christus est autem principium gratie
secundum diuinitatem quasi auctoritatiue
secundum humanitatem ministerialiter. vnde
et Johan. 1° dicit. Gratia et veri-
tas per Jhesum Christum facta est. bea-
ta autem virgo Maria propinquissi-
ma Christo fuit secundum humanitatem. quia ex
ea accepit humanam naturam. et ideo
pre ceteris maiorem debuit a Christo
plenitudinem gratie obtinere et ita
obtinuit. ¶ Ad rationes in oppositum
Ad primam respondetur negan-
do consequentiam. Et ratio est. quia alia et alia
est plenitudo gratie Christi et beate
Marie. Pro quo notandum quod
vnicuique a deo datur gratia secundum
hoc ad quod eligitur. et quia Christus in quan-
tum homo fuit predestinatus et ele-
ctus vt esset predestinatus filius
dei in virtute sanctificationis. hoc
fuit proprium sibi vt haberet ta-
lem plenitudinem gratie quod redun-
daret in omnes secundum quod dicit Johan.
p° De plenitudine eius omnes ac-
cepimus. sed beata virgo Maria
tantam gratie obtinuit plenitu-
dinem vt esset propinquissima auc-
tori gratie. ita quod eum qui est ple-
nus omni gratia in se reciperet et
eum pariendo quodammodo gra-
tiam ad omnes deriuaret ¶ Ad
secundam respondetur negando
consequentiam. Et ratio est. quia
multiplex est perfectio gratie. Si-
cut enim in naturalibus prima est
perfectio dispositionis puta cum
materia est perfecte ad formam dis-
posita. Secunda est perfectio

forme que est potior natura et ipse calor perfectior est qui prouenit ex forma ignis quam ille qui ad formam disponebat. Tertia autem est perfectio finis. sicut cum ignis habet perfectissime suam qualitatem cum ad locum suum peruenerit. Et similiter in beata virgine fuit triplex perfectio gratie vt ait sanctus Tho. Prima quidem perfectio dispositiua per quam reddebatur ydonea ad hoc quod esset mater xpi. et hec fuit perfectio sanctificationis. Secunda autem perfectio gratie fuit in beata virgine ex presentia filii dei in eius vtero incarnati. Tertia autem perfectio est finis quem habet in gloria. Que autem secunda perfectio sit potior quam prima. et tertia quam secunda. patet quidem. Uno modo per liberationem a malo. nam primo in sua sanctificatione fuit liberata a peccato originali. Secundo in conceptione filii fuit totaliter mundata a fomite. Tertio vero in glorificatione fuit liberata etiam ab omni miseria. Alio modo per ordinem ad bonum. nam primo in sua sanctificatione adepta est gratiam inclinantem eam ad bonum. In conceptione autem filii dei confirmata est ei gratia confirmans eam in bono. In sui vero glorificatione confirmata est gratia perficiens eam in fruitione omnis boni. Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Unde dicimus cum sancto Tho. quod non est dubitandum quin beata virgo acceperit excellenter etiam donum sapientie et gratiam virtutum prophetie sicut habuit xpus. non tamen accepit vt haberet omnes vsus earum et similium gratiarum sicut habuit xpus sed secundum quod conueniebat conditioni ipsius. Habuit enim vsum sapientie in contemplando secundum illud Luc. 2°. Maria autem conseruabat omnia verba hec conferens in corde suo. Non autem habuit vsum sapientie quantum ad docendum. eo quia non conueniebat sexui muliebri secundum illud .1. Thi. 2°. Docere autem mulieri non permitto. Miraculorum autem vsus sibi non competebat dum viueret quia tunc temporis confirmanda erat doctrina xpi miraculis. et ideo soli xpo et eius discipulis qui erant baiuli doctrine xpi conueniebat miracula facere. propter quod etiam de Johanne baptista dicitur Johan. x° quod signum nullum fecit vt scilicet omnes in xpm intenderent. Usum autem prophetie habuit vt patet in cantico quod fecit. Magnificat anima mea dominum.

In festo exaltationis sancte Crucis

In festo exaltationis sancte Crucis est euangelium. In illo tempore. Dixit Ihesus turbis etc. Nunc iudicium est etc. Johan. 12. Circa quod

possunt disputari sequentes questiones. ¶ Primo. Utrum conveniens fuit ut xpus in cruce exaltatus moreretur pro nobis.

¶ Secundo. Utrum sit verum ꝙ christus exaltatus omnia traxit ad se. ¶ Tertio. Utrum xpus per exaltationem crucis que proprie est humiliatio meruit exaltationem sui.

Ad primam questionem.

vide in die parasceue ubi est disputata plene et ibi invenies.

Ad Secundam

questionem sic proceditur Et videtur ꝙ xpus exaltatus in cruce non traxit omnia ad se.

¶ Primo sic. Non omnes conversi sunt ad fidem xpi post exaltationem suam ut patet. quoniam multi sunt infideles. ergo etc.

¶ Secundo sic. Per exaltationem xpi in cruce non est eiectus diabolus. quoniam ita nunc sicut ante et temptat homines quo ad animas et vexat quo ad corpus. ¶ Tertio sic. Per passionem xpi non sumus liberati a peccato. ergo per exaltationem suam non sumus tracti ad ipsum. consequentia videtur bona. antecedens probatur sic. Nullus potest liberari a peccato quod nondum commisit sed quod in posterum est commissurus. cum ergo multa peccata post exaltationem suam sint commissa et continue committuntur. ergo etc. ¶ In oppositum est euangelium presens. Respondeo. Dicendum ꝙ hoc quod xpus dixit. Si exaltatus fuero omnia traham ad me. est verissimum bene intellectum. et est ille intellectus ꝙ ex amore ostenso in cruce ad genus humanum habuit vim attractivam omnium entium. trahit ergo omnia ex caritate ad se ipsum Jere. 31. In caritate perpetua dilexi te. ideo attraxi te miserans. In hoc actu maxime apparet caritas dei ad homines in quantum pro ipsis mori dignatus est ad Roma. 5. Comendat deus scilicet caritatem suam in nobis. quoniam cum adhuc essemus peccatores xpus pro nobis mortuus est Et in hoc complevit ꝙ sponsa petiit Canti. 1. Trahe me post te et curremus in odorem unguentorum tuorum. Unde Bern. super Cantica. Super omnia amabilem te mihi reddit calix quem bibisti o bone Jhesu opus nostre redemptionis nihil allicit blandius nihil exigit utilius nihil affectat vehementius. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est quia textus non dicit. Traham omnes sed omnia scilicet genera hominum scilicet gentiles/iudeos/servos/et liberos/mares/et feminas. vel omnia. i. omnia predestinata. omnes isti finaliter trahentur. ¶ Ad secundam respondetur ꝙ assumptum falsum est. quia euangelium est in

oppositum vbi xpus sic ait. Princeps huius mundi eicietur foras. Ad probationem respondetur quod potestas demonis in duobus consistit in impugnando et detinendo deuictos. Ex eo autem quod quis impugnatur nondum seruus factus est sed ex eo quod victus est vt patet .2. Petri .2º. Deuicerat autem diabolus totum genus humanum in primis parentibus et eis dominabatur dum eos ad hoc secundum suum votum deduxerat vt nullus paradisi ianuam introiret. Deuicerat vnumquemque singulariter dum eum ad peccatum inclinat. quia qui facit peccatum seruus est peccati. potestatem ergo diaboli qua victos detinet xpus per passionem suam amouit quantum ad sufficientiam passionis non quantum ad efficientiam nisi in illis qui vim passionis suscipiunt per fidem et caritatem et sacramenta. Et per hoc dicitur dominium diaboli euacuasse. sed potestatem qua impugnat non ex toto euacuauit sed debilitauit dum ipsum hostem vicit et dum hominibus auxilia multa ad resistendum tribuit sicut sacramenta et alia huiusmodi. ¶ Ad terciam respondetur negando assumptum. quia xpus non liberauit a peccatis causaliter .i. instituens causam nostre liberationis ex qua possent quecunque peccata quorumcunque remitti vel preterita vel presentia vel futura. sicut si medicus facit medicinam ex qua possint quicunque morbosi sanari et etiam in futurum.

Ad terciam sic

proceditur. Et videtur quod per exaltationem crucis xpus non meruit exaltationem. ¶ Primo sic. Ex hoc quod humana natura assumpta fuit exaltata est et nomen deitatis sibi debetur. sed assumptionem non meruit. ergo nec exaltationem. ¶ Secundo sic. Nomen quod est super omne nomen est nomen in quo omne genu flectitur. sed hoc est nomen Ihesus vt dicitur Phil. 2º. cum ergo hoc nomen non meruerit sed ante conceptionem sibi impositum fuerit videtur quod non meruerit nomen quod est super omne nomen si dicatur quod meruerit quantum ad manifestationem. Contra. Ante etiam hoc manefestum erat. Unde demones eum professi erant et pueri et prophete dixerunt. ergo hoc ipse non meruit. ¶ Tertio. Meritum ordinatur ad premium. sed facere aliquid propter estimationem hominum pertinet ad inanem gloriam que in xpo non fuit. ergo exaltationem quantum ad manifestationem hominum non meruit. ¶ In oppositum est illud Lu. 14. Qui se humiliat exaltabitur. Item illud Phil. 2º. Factus est obediens vsque ad mortem. sequitur. Propter quod et deus exaltauit illum etc. ¶ Respondeo.

Dicendum ꝙ xp̄us per exaltatio
nem crucis que fuit humiliatio
magnā meruit exaltatōnē apud
hoīes. Pro cuiꝰ ꝯclusionis am-
plioꝛi noticia notandum ꝙ ali-
quā sunt de substantia beatitu-
dinis sicut dotes anime ꝛ corpo
ris. aliquid autē quod est de be
ne esse ipsius sicut manifestatio
beatitudinis ad alios ī qua eti
am gloria consistit. qꝛ gloria est
clara cum laude noticia vt dicit
glo. Johā. vl. Sic etiā Phūs di
cit ꝙ de bene esse ipsius felicita
tis est vt felix etiam post mortē
viuat in memoriis hominū. Qꝛ
ergo in xp̄o debuit esse completis
sima beatitudo. ideo non solum
in seipso beatus factus est. sꝫ eti
am ad perfectionē beatitudinis
sue sua beatitudo aliis ostensa
fuit. Et secundum hoc dicitur su
am exaltationem meruisse. Que
quidem exaltatio in tribus con-
sistit scꝫ in noticia nois secundū
qđ dicitur nomē super omne no
men accepisse. quia nomen de re
noticiam facit. Item in reueren-
tia corporis quantum ad genu-
flexionem. Item in confessione
oris. Et hoc est qđ dicit Aplus.
ꝛ omnis lingua confiteatur ꝛc.
¶ Ad rationes in oppositum.
Ad primam respondetur negan
do consequentiam. Et ratio est.
qꝛ x̄pus fuerit exaltatꝰ ab initio
sue conceptionis. non tamē sua
exaltatio fuit tunc manifesta sed
post resurrectionem qꝛ ante non
fuit sic nota sua diuinitas. Et res
in sacra scriptura tunc dicitur fie
ri quando innotescit. vnde cum
dicat Aplus. Donauit. exponitur
id est fecit manifestū mundo ꝙ
hoc nomen haberet. Ad secun
dam rn̄detur ꝙ nomen quod est
super omne nomen esse dicitur vł
quantum ad id a quo nomē im
ponitur. ꝛ sic nomen Jhesus ali-
as xp̄us quia vtrunqꝫ imponiť
ex vnione humane nature ad di
uinam sꝫꝰ hoc vnitus dicitur ꝙ
deo est vnitus ꝛ secundum hꝰ eti
am a peccatis saluos potest face
re. vel quantum ad id cui impo
nitur ꝛ sic hoc nomen deus ē su-
pra omne nomen. qꝛ imponitur
sibi sꝫꝰ diuinā naturā. ꝛ hec om
nia x̄pus fuerit in eo sꝫꝰ rei ve
ritatem a principio sue conceptō
nis non tamen erant in noticia
hominum ¶ Ad confirmationē
respondetur negando ꝯn̄am. Et
ratio est. quia sicut ante resurrec
tionem est manifesta xp̄i exalta
tio non tamen omnibus sed sed
paucis. ꝛ etiā non per certitudi
nem sed per quandam coniectu
ram sicut demonibus ꝛ aliquibꝰ
iudeis. sꝫ post resurrectionē alti
tudo toti mundo notuit per cer-
titudinem fidei ¶ Ad tertiā re
spondeť negādo ꝯn̄aꝫ. Et rō est.
qꝛ meritū nō fit propter ꝑmiū.
nisi ad qđ ordinať principaliter
hoc ē illud qđ est de substantia
beatitudinis. Vn̄ etiā x̄pus ho
noꝛ ciuilis sit qꝰ ꝑmiatur virtus.

ciuilis tamen ciues non operan tur propter illum honorem virtu tis opera sed propter bonum ip sius virtutis.

In festo sancti

Mathei apostoli ꝫ euangelium. Cuꝫ transiret Jhesus ꝛc Math. 9º. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. ¶ Prima. Utrꝫ Matheus euangelista conuenienter inter alios euangelistas designatur figura hominis. ¶ Secunda. Utrum conuersio ꝛ sequela Mathei fuit miraculosa. ¶ Tertia. Utrum Matheus fuit imediate de theloneo vocatus siue assumptus ad apostolatum.

Ad primaꝫ questioneꝫ sic proceditur. Et videtur ꝙ beatus Matheus nō conuenienter inter alios euangelistas designat⁹ est in figura hominis. ¶ Primo sic. Matheus non est locutus sapienti⁹ aut nobilius ꝙ ceteri euangeliste. quia eodem spiritu edocti sunt. ergo nō videtur conuenienter ꝙ ipse pl⁹ designatur figura rationalis animalis ꝙ alii. ¶ In oppositū est prophetia Ezechielis que designat eum sic Ezechiel. 1º. ¶ Respondeo. Dicendum ꝙ conuenienter beatus Matheus describitur in figura hominis. Ubi notandum ꝙ per facies quatuor quas vidit Ezech. i. l in animali vno designantur quatuor euangeliste seu quatuor euāgelia ab eis descripta de domino nostro Jhesu xp̄o. Facies autem designantur secundum materiaꝫ principalem cuiuslibet euangelii. quia licet quodlibet euangelium loquatur de omnib⁹ quasi ꝙ alia loquuntur quodlibꝫ tamen principaliter respicit vnam determinatam materiam. Unde sicut in facie aquile euangelium Johannis quod describit precipue eius diuinitatem. In facie bouis euāgelium Luce quod describit sacerdotium. In facie Leonis euāgelium Marci qd' describit regnum. Ita in facie hominis designatur euangeliuꝫ Mathei. quia principaliter de xp̄i humanitate tractat. Designatur etiam Matheus per faciem hominis. quia homo est animal rationale mansuetum ꝛ ciuile. sic Matheus vixit rationabiliter mansuete et ciuiliter non ciuilitate politica sed ciuilitate qua efficiuntur ciues sanctorum ꝛ domestici dei superedificati super fundamentū apostolorum et prophetarum secundum qd' dicit Aplus ad Ephe. 2º. ¶ Ad rationem in oppositū respondetur negando consequentiam. quia alia ratione designatur in figura hominis Matheus ꝙ sit illa. non enim quia rationabilius quia omnes sapiētissime locuti sunt. sꝫ rōe materieꝰ qua principaliter ī euāgelio suo loquitur

AD Secundam questionẽ sic proceditur. Et videtur q̧ eius conuersio nõ fuerit miraculosa. ¶ Primo sic. Ipse Matheus non videtur aliud egisse cum a xp̄o fuerit vocatus q̧ alii apl̄i. audiuit eni voce xp̄i vocantis ꝛ secutus est ita fecerunt alii. sed aliorum conuersiones non dicuntur miraculose ergo nec Mathei. ¶ Secundo sic. Si miraculosa fuisset eius cõuersio celebraretur sicut celebrat᷑ cõuersio sancti Pauli que mirabilis fuit. sed ista non celebratur ergo non videtur dicenda miraculosa ¶ In oppositum videtur dicere glosa quedam. q̧ ideo inter miracula narratur eius conuersio quia videbatur miraculosa. ¶ Respondeo. Dicendũ q̧ cõuersio Mathei fuit mirabilis ex multiplici parte. Primo ex parte xp̄i vocantis. quia xp̄s vocauit eum adhuc a malis non desistentem quia occupatum i theoloneo vocauit ad gratiam. ꝛ hoc ideo vt nullus desperaret. 1. Corinthe. 1°. Vocat ea que nõ sunt vt ea que sunt. ꝛ. 1. Johã. 4°. In hoc est caritas. non quia nos dileximus deum sed quoniam ipse prior dilexit nos ꝛc. Secundo mirabil' fuit ex parte vocati. quoniam ita subito ad vnicum verbum secutus est xp̄m sine viso miraculo aliquo. ꝛ hoc nimirũ q̄niam vt dicit Jero. Fulgor quidam maiestatis diuinitatis in facie ihesus xp̄i facie relucebat cuius virtute omnes ad ipsum trahebant᷑ sicut ferrum ab adamante. psal. Dixit ꝛ facta sunt. Tertio fuit mirabilis ex parte officii de quo vocatus est. naz vocatus est de theoloneo sicut Petrus de piscatione. ꝛ sc᷒ Chriso. sicut piscatore nihil est vtilius. sic theolonei officio nihil est deterius ꝛ periculosius. q2 tale officium vix aut nunq̧ sine peccato exerceri potest sicut dicit beatus Grego. ¶ Ad rões in oppositum. Ad primam respondetur q̧ assumptum ẽ falsum vt patet ex euangelio Johã: 1°. quoniam ad verbum Johannis baptiste dicentis. Ecce agn⁹ dei. Andreas ꝛ Johannes secuti sunt xp̄z. ꝛ postea Andreas vocauit Petruz dicens. Inuenim⁹ messiam. ꝛ sic de aliquibus nullum illorum precessit. In vocatione autem Mathei verbũ xp̄i. Sequere me. ¶ Ad secundaz respondetur negando ꝯñam. Et ratio est. q2 nõ est simile de conuersione Mathei ꝛ Pauli. Tũz primo. q2 Matheus non seuiebat contra ecclesiam sicut Paulus. ꝛ ideo ecclesia propter maximam leticiam quã habuit de ei⁹ conuersione ecclesia celebrat de ea. Tum secundo. q2 Matheus vocat⁹ ẽ a xp̄o anteq̧ celos ascẽderet. Paulus postea.

AD terciaz que

stionem sic proceditur. Et videt ꝙ beatus Matheus non fuerit vocatus statim de theoloneo ad statum apostolatus et perfectionis. Dicit enim Grego. sup Osee Nemo repente fit summus. sꝫ status apostolicus ꝛ pfectionis euāgelice est summus status humane vite. ergo Matheus non fuit vocatus ad statum perfectionis ꝛ apostolatus ¶ In oppᵒ est Jeroni. super euangelium pñs qui ait ꝙ de publicano repente fit apostolꝰ. Et Beda dicit super Lucam. De publicano in apostoluꝫ de theolonario in euangelistam sit mutatus. ꝛ quedaꝫ glo. Luce 5º ꝙ nullus prorsus cogitationem vel respectum hmōi vite sibi reseruauit qđ est perfectionis euangelice. ergo statim vocatus est ad statum apostolatus ꝛ perfectionis ¶ Rñdeo. Dicenduꝫ iuxta sanctuꝫ Tho. in quotlibeto. 5º ꝙ questio ista quodāmodo ex verbis euangelii determinari potest. Si enīꝫ loquimur de apostolatu manifestū est sꝫᵒ narrationem Mathei Marci et Luce. ꝙ dominus post vocationem Mathei aliquanto spacio temporis interiecto ex suis discipulis 12. apostolos elegit. inter quos vnus fuit Matheus. et sic patet ꝙ statim a principio fuit vocatᵒ ad discipulatum xp̄i non aūt ad aplatuꝫ. nisi sꝫᵒ p̄ordinationem xp̄i qui enīꝫ in aplatuꝫ sāmēduꝫ disposuerat. ꝛ sꝫᵒ hoc intelligenda sunt verba Jeronimi ꝛ Bede Si aūt loquimur de perfectione euangelica sic manifestum est ꝙ statim a principio vocatus est ad statum perfectionis. dicitur enīꝫ Luce. 5º ꝙ surgens relictis oībꝰ secutus est euꝫ. qđ etiāꝫ ad discipulatuꝫ xp̄i pertinet sꝫᵒ illud Luce. 14. Nisi quis renunciauerit oībus que possidet non pōt meus esse discipulus. ¶ Ad argumentum in oppᵒ respondetur ꝙ summum in vita humana potest accipi dupliciter. Uno mō secūdum cōparationem ad statū sꝫᵒ ꝙ in humana vita vnꝰ statꝰ maior est alio ꝛ aliquis est summus ꝛ sic nihil prohibet aliquem fieri repente summum. i. attingere ad statuꝫ summū. ꝛ hoc apparet taꝫ in vita spirituali ꝙ̄ seculari. Inueniuntur enīꝫ aliqui a pueritia ad statum religionis qui est status perfectionis auolasse vel proprio arbitrio. sicut Johānes baptista ꝛ beatus Benedictus. Uel etiam deuotione parentum sicut alii qui monasteriis tradūtur a parentibus. Sic enim non oportet ꝙ aliquis exerceatur in seculari vita anteꝙ̄ ad religionē trāseat. sicut non oportet ꝙ aliquis exerceatur in laycali vita anteꝙ̄ clericus fiat. Similiter etiam aliqui repente assumuntur ad regnuꝫ vl' ab ipsa pueritia sicut Salomon ꝛ Josias reges iuda. vel etiam ex v'timo statu sicut Saul Et Ecclesi. 4º dicitur ꝙ de carce

re catenisq; interdū quis ad regnum egreditur. Alio modo potest dici summum secundū comparationem graduum quibus pficitur perfectio vnius hominis ꝛ sic intelligit Gregori⁹ ꝙ nemo repente fit summ⁹. Dicit enī Augustinus super canonica Johannis. ꝙ caritas non mox vt nascitur perfecta est. nam vt perficiat' nascitur. cū fuerit nata nutritur cum fuerit nutrita roboratur. cū fuerit roborata perficitur.

In festo sancti

Michaelis est euangelium. In illo tempore. Accesserūt discipuli ꝛc. Mathei. 18. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. ¶ Primo. Utrū angeli sint a deo custodie hominū deputati. ¶ Secūdo. Utrū angeli per executionē ministerii a contemplatione diuina retardentur. ¶ Tertio. Utrum angeli ad custodiam hominum deputati quādoq; relinquant homines quibus ad custodiam deputantur.

Ad primā questionē sic proceditur. Et videtur ꝙ angeli non sint deputati custodie hominum ¶ Primō sic. Deus est custos hominū Job. 7. ꝰsufficientissimus. ipse ergo nullū aliū ad custodiam hominum deputauit. ¶ Secundo sic. Custodia ꝛ cōseruatio hominum est per gratiam. sed gratiam deus anime immediate infundit et non per angelos. ergo ꝛ cetera ¶ Tertio. Custos ponitur alicui aut propter imbecillitatem vt iuuetur ꝛ defendat'. aut propter ignorantiam vt instruatur. sꝫ homo potest per se cognoscere ea que sunt sibi faciēda per legem naturalē corde impressā ꝛ potest etiam exequi per arbitrii libertatem. ergo videtur ꝙ custodia angelica non indigeat. ¶ Quarto. Custodis est retrahere custoditum ab his que sunt sibi nociua. sed angeli non retrahūt homines a peccatis cū multociens in peccata precipitari videamus. ergo videtur ꝙ angeli hominum custodes non sunt. ¶ In oppositū est euangelium presens in quo dicitur ꝙ angeli eorum scilicet custodes. quia aliter non sunt hominum. ¶ Secundo est illud psal. Angelis suis deus mandauit de te ꝛ cetera ¶ Respondeo. Dicendū ꝙ angeli deputati sunt ex diuina prouidentia ad custodiam hominū Patet primo conclusio. quia deus pronior est ad miserendū ꝙ ad puniendum. sed deus hominibus dedit demones ad exercitium vt habetur ad Ephe. vlti. Non est nobis colluctatio ꝛ cetera. ergo videtur ꝙ multo fortius dedit angelos ad custodiendum. Secundo sic. secundum Leonem in libro de conse. Deus

prouidentiam suam quã de om
nibus rebus habet mediantib⁹
aliquib⁹ causis exequitur. Quis
autem deus omnium prouiden-
tiam habet speciali tamen mo-
do substantie rationales sue pro
uidentie subduntur in quantum
ditiori modo⁹ pre ceteris finez di
uine bonitatis nate sunt ꝯsequi
ꝛ per aliud principium quod est
voluntas. qꝛ ergo inter deum et
hominez media est natura ange
lica, ꝛ secundum legem sapientie
sue hoc est ordinatum vt inferio
ribus per superiora prouideatur
ideo ipsi angeli exequuntur diui
nam prouidentiam circa salutez
hominum adiuuando ad tendẽ
dum in finem ꝛ liberandum ab
his que processuz in finem impe
diunt. ꝛ hec executio diuine pro-
uidentie per angelos de homini
bus vocatur custodia angeloꝝ.

¶ Ad rationes in oppositum.
Ad primam respondetur negan
do consequentiam. Et ratio est.
qꝛ deus est custos primus ꝛ prin
cipalis apud quez summa proui
dentia residet. nec est propter ipsi
us insufficientiam ꝙ suaz proui
dentiaz de hominibus per ange
los exequitur. sed tuz propter or
dinem sue sapientie. tum qꝛ con
gruit angelis vt scz eis hec digni
tas nõ negetur ꝙ sint duces ho
minum reductionis. ꝛ in hoc de
um quodammodo imitentur in
quantum cooperantur deo in re
ductione hoim in finez. Item qꝛ
ꝯgruit hoibus qui sunt in statu
perfectionis quem pueritie Apo
stolus cõparat. 1. Cor. 13. Unde
eis custodes tanꝗ pueris desig-
nantur donec veniente qđ perfec
tum est euacuetur quod ex parte
est. ¶ Ad secundam resondetur
negando consequentiam. Et rõ
est. qꝛ conseruatio que fit a deo
sicut a principali agente est infũ
dendo gratiam. sed custodia an
gelorum non est per infusionem
gratie. sed eorum ẽ preparare ho
mines ad susceptionem gratie ꝑ
illuminationes ꝛ alia hmõi per-
tinentia ad eorum custodiam.

¶ Ad tertiam respondetur ne-
gando ꝯñam. Et ratio est. quia
lumen naturalis cognitionis in
homine est imperfectum ꝛ preci-
pue ad dirigẽduz in illa que na
turam excedunt. potestas etiam
liberi arbitrii eius potest ad ma
lum inclinare multis occasioni-
bus. ꝛ ideo prouidet deus homi
nibus angelorũ presidio ¶ Ad
quartam respondetur negando
ꝯñam. Et ratio est. qꝛ sicut proui
dẽtie diuine est sic impedire ma
la vt tamen saluetur nature con
ditio. ita etiam ꝛ angelorum cu
stodie. ꝛ ideo ad angelos non ꝑ
tinet ꝙ homines custodiẽdo ad
virtutem cogant ꝛ a viciis retra
hant. quia sic periret liberum ar
bitrium ꝛ ratio meriti.

AD Secundam
questionez sic procedit

Et videtur ꝙ angeli per executionem miniſterii circa hominuz cuſtodiam a contemplatione diuina retardētur ¶ Primo ſic. Angelus in miniſterio exiſtens dixit Thob. 12. Tempus eſt ꝙ reuertar ad eum qui me miſit. ſed nō reuertitur niſi per contemplationem. ergo videtur ꝙ per miniſterium a contemplatione dei abceſſerat. ¶ Secundo ſic. Una potentia finita non poteſt ſimul in plures operationes eſſe. ſꝫ potentia angeli eſt finita. ergo videtur ꝙ non poſſit ſimul ꝯtemplari ⁊ miniſtrare. ¶ Tertio ſic. Intellectus creat⁹ non poteſt ſimul plura intelligere. ſed qñ miſtrant angeli intellectu cōſiderant ea q̄ agunt. ergo videtur ꝙ tunc diuina ſimul ꝯtemplari non poſſunt ¶ In oppoſitum eſt euangeliuꝫ pñs. in quo dicitur ꝙ angeli eorum ſemper vident faciem patris ergo per miniſterium a ꝯtemplatione et viſione faciei dei non retardantur ¶ Rñdeo. Dicēduꝫ ꝙ angeli per executionem miniſterii a contemplatione nō retardantur. Iſta concluſio patꝫ. Primo per illud Grego. qui a't. Sic ad exteriora prodeunt ꝙ ab intimis nunq̄ recedant. Item ſecundo ſic beatitudo angelorum nō minuitur ex eorum miniſterio. ſꝫ eoꝝ beatitudo tota eſt in ꝯtemplatione diuinitatis. ergo in nullo per miniſterium eoꝝ ꝯtēplatō retardatur ¶ Ad rōes in opp⁹

Ad primaꝫ respondetur negādo ꝯñaꝫ. Et rō eſt. qꝛ angelus dicit diſcedere a deo non per intermiſſionem ꝯtemplationis aut ꝑ locum. qꝛ vt dicit Beda deus vbiqꝫ eſt. ſed per hoc ꝙ ab inuiſibilitate recedens viſibilis apparet ſicut filius exiuit a patre ⁊ venit in mundum viſibilis hominib⁹ factus Joban. 16. Et ſimiliter dicuntur reuerti ad deuꝫ qñ depoſita viſibili ſpecie in priſtinam inuiſibilitatem deo ſimilem reuertuntur ¶ Ad ſecundam reſpondetur negando ꝯñam. Et rō eſt. qꝛ contemplatio angelorum magis ſe habet per modum receptionis q̄ actionis. et ſicut luna ſimul recipit lumen a ſole ⁊ illuminat inferiora corpora. ita ⁊ angeli ſimul illuminantur in diuina contemplatione ⁊ illuminant inferiores vel miniſtrant circa eos ¶ Ad tertiaꝫ reſpondetur ꝙ aſſumptum eſt verum quando intellectus ea que cogooſcit diuerſis rationibus cognoſcit. tūc enī non poteſt ſimul plura conſiderare. qꝛ non poteſt intellectus effigiari diuerſis figuris. ſed ea que cognoſcuntur vna ratione vel quorum vnum eſt ratio alterius nihil prohibet ſimul intell'gi.

AD terciam queſtionē ſic proceditur. Et videtur ꝙ angelus quandoqꝫ derelinquat hominem cui deputatus eſt cuſtos. ¶ Primo ſic.

Habetur Iere. 5°. Curauim° babilonem et non est curata derelinquamus ergo eam. sed hoc dicit ex persona angelorum. dicit glossa. ergo videtur q angelus hominem derelinquat quando a peccato non corrigitur. Itez Isa. 5° dicitur. Auferam sepem eius et erit in direptionem. glosa. i. ad custodiam angelorum. ¶ Secundo sic. Angeli sunt quandoqz in celo empirreo. sed cum sunt ibi nō sunt circa nos sz° Damasum. ergo videtur q aliquando nos relinquant. ¶ Tertio sic. Sapiens medicus infirmum desperatum relinquit. sed angeli custodes possunt scire aliquem esse prescitum per reuelationem et videre aliquem in peccatis obstinatum. talis autem est quasi infirmus desperatus. ergo videtur q angelus qui est quasi medic° spiritualis talem reliquat. ¶ In oppositum arguitur sic. De nemine est desperandus q̄diu est i statu vie. sed infirmus nō relinquitur a medico nisi propter desperationem. ergo videtur q angelus non relinquat quemcunqz peccatorem. ¶ Respondeo. Dicendum q angelus in custodiaz hominis deputat° nunq̄ q̄diu viuit in toto eū dereliquit. Pro huius conclusionis intellectu est notandum. q cum custodia angelorum sit quedam executio diuine prouidentie oportz idem esse iudiciū de vtroqz. diuina autem prudentia non relinquit hominem ex toto. quia omnino in nihilum redigeretur. sed verum est q magis et minus prouidz vniuersis secundum eorum conditionem. et ideo oculi domini super iustos esse dicuntur et aures eius in preces eorum quibus a deo perfecte prouidetur vt omnia eis cooperentur in bonum vt dicit ad Roma. 8°. Sed malos secūdū aliquid derelinquit inquantum permittit eos subiacere tribulationibus et qd' grauius est etiaz in peccatis mori. Unde dicitur ad Roma. 1°. Propterea tradidit illos deus in reprobum sensū et c. Similiter etiam angeli dicuntur aliquos derelinquere secundum quid inquantuz exponunt tribulationibus vel etiaz iusto dei iudicio ab aliquo peccato non retrahunt. nunq̄ tamē ita derelinquunt quin sit aliquis effectus custodie inquātum aliquod malum prohibetur et aliqd' bonum promouetur. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur q illud intelligitur de voce angelorū discedentium ab homine peccatore in hora mortis. Vel dicendum q derelinquerūt sz° quid vt dictum est sicut deus ¶ Ad secundaz respondetur negando oñaz. Et rō est. qr licz angelus pñs non sit ex actione tamen relinquit in homine forme impressionez et dispositionem bonam in homine sicut apparet in

motibus violentibus. ⁊ ista quã
uis non semper sit presens potest
tamen custodire inquantum effec
tus eius manet post actionem su
am. vt patet quando aliquis de
uote orat ad plures dies manet
in deuotione. ¶ Ad tertiam re
spondetur negando consequenti
am. Et ratio est. Tum quia nul
lus in statu vie adeo est obstina
tus quin possit per penitentiam
conuerti. vnde nõ est de eo ↄ spe
randum. Tum secundo quia ⁊ si
angelus sciret eum prescitum pos
set tamen multa mala in eo im-
pedire sicut de antichristo dicit
qui etiam habebit angelum cu-
stodem.

IN festo beati

Jeronimi doctoris exi-
mii est euangelium. Nemo accen
dit ⁊c. Luce. xi. Circa quod pos
sunt disputari sequentes questio
nes. ¶ Primo. Utrum lucerna
incensa Jeronimi id est doctrina
meruerit super candelabrum ec-
clesie poni. ¶ Secundo. Utrum
Jeronimus fuerit cardinalis.

AD primam que

stionem. Utrum lucerna
accensa Jeronimi .i. doctrina me
ruerit super candelabrum ecclesie
poni. Et videtur ꝙ non. quia eius
doctrina in aliquibus non fuit
bona nec tenetur. ergo ⁊ cetera:
assumptum patet in materia biga
mie de qua in capitulo Acutius
distinc. 26. Item in materia le-
galium de qua ad Gal. 2° ⁊ Lu
ce quinto. ¶ In oppositum est
euangelium presens vbi dicitur
ꝙ nemo accendit lucernam ⁊c.
¶ Respondeo. Dicendum ꝙ
doctrina beati Jeronimi pre me
rito est super candelabrum posi-
ta id est accepta laudata ⁊ per ec
clesiam vniuersalem approbata
in capitulo. Si a romana eccle-
sia. distinc. 25. Huius autem ap
probationis causa fuit multiplex
Primo. quia eius doctrina fuit
sana ⁊ pulchra. Unde Jeronimus
interpretatur visio pulchritudi-
nis. Eius enim doctrina nil con
tinet nisi pulchrum et ab omni
macula falsitatis errorum alie-
num. vnde Augustinus de eo ait
Jeronimus presbiter greco lati-
no ⁊ hebreo eloquio eruditus in
locis sanctis at in litteris sãctis
vsque ad decrepitam vixit etatem
cuius nobilitas eloquii ab orien
te in occidentem instar solis lam
pas resplendet. Item secundo.
quia incensa fuit ardore carita-
tis ad vtilitatem ecclesie. Unde
Prosper in suis cronicis ↄ eo sic
ait. Jeronimus presbiter in beth
leem toto iam mundo clarus ha
bitabat egregio ingenio et stu-
dio vniuerse ecclesie seruiens.
Tertio. quia eius interpretatio
melior est habita. Unde Isido-
rus sic ait. Jeronimus trium lin
guarum extitit expertus cuius in-
terpretatio ceteris antefertur. quo

niam ꝛ verborum tenacior eſt et
perſpicuitate ſciētie clarior atq̃
vtpote a xpiano interpretatore ve
rior. Quarto. quia ei⁹ doctrina
eſt plena omni religione ꝛ ſancti
tate. Unde Seuer⁹ ita dicit. Je
ronimus preter fidei meritū do
temq̃ virtutum non ſolum lati
nis atq̃ grecis ſed etiam in he
breis litteris inſtructus eſt vt ſe ei
in omni ſcientia nemo audeat ꝯ
parare. Quinto. quia erat arma
tura fortis contra hereticos. Un
de Seuerus de eo dicit. Jeroni
mus erat iugis aduerſus malos
pugna perpetuumq̃ certamen.
oderant eum heretici quia eos
impugnare non deſinit. ¶ Ad
rationem in oppoſitū responde
tur negando conſequentiam. Et
ratio ē. quia varietas opinionis
inter doctores in his que ad fi
dem non pertinent non obuiat
quin ei⁹ doctrina in his que fi
dei ꝛ morū ſunt ſuper eccleſie cā
delabrum ponatur.

AD Secundam
queſtionem ſic procedit.
Et videtur ꝙ beatus Jeronim⁹
non fuerit cardinalis. quia dicit
Huguitio ꝛ multi alii ꝙ Jeroni
mus non fuerit cardinalis ¶ In
oppoſitum arguitur ex multis.
¶ Primo ex hiſtoria ſua que cā
tatur per vniuerſam eccleſiam et
acceptat' ꝛ recipitur ab omnibus
eccleſiis in qua ſic habetur. Cū
annorum eſſet. 39. romane eccle
ſie Cardinalis pſbiter' ordinat⁹
eſt. non eſt autem dubium quin
hiſtoria iſta preferenda ſit aucto
ritati dicti Huguitionis ¶ Se
cundo idem arguitur ex cronicis
vbi legitur ordinat⁹ in cardina
em a Liberio papa ſub titulo
ſancte Anaſtaſie. Item Johan
nes an. in Jeronimiana i. z. par
te capi. ſecundo ¶ Tertio colli
gitur ex picturis. cōmuniter enī
per omnem chriſtianam regionē
depingitur Jeronimus cum cā
pello cardinalatus ¶ Quarto
arguitur ex capitulo eccleſia. 16.
q. vbi ait Jeronim⁹. Eccleſia ſe
natum habet. vbi dicit Archidi
acon⁹. Hoc quidā intelligūt d'
eccleſia romana que dicitur ha
bere ſenatum id eſt collegiū car
dinalium quod dicitur habere
auctoritatem ſenatorum ar. 99.
diſtincti. Conſtantinus. Et hanc
ſententiā tenet Innocentius ꝯ
tra de re. iudi. capi. Cum te. Cū
autem verbum illud fuerit bea
ti Jeronimi et dicat ita nos ſena
tum habemus. videtur clarum
ꝙ connumeret ſe in numero car
dinalium ¶ Quinto hoc vide
tur haberi clariſſimum cum ab
omnibus videatur et confitea
tur ordinatus preſbiter eccleſie
Romane. preſbiteri autem eccle
ſie romane ſūt preſbiteri cardina
les vt videtur colligi ex capitulo
Conſtantin⁹. vbi ait imperator.
Reuerendiſſimis clericis ſancte
romane eccleſie ſeruientib⁹ illud

culmen singulis ponere ꝫ. vbi cla
rissime patet nomine reuerendis
simorum intellexisse dominos car
dinales. quod nomen non con-
uenit nisi viris constitutis in dig
nitate vt patet in. c. In nomine
domini. dis. 23. Item in. c. Nullā
2. q. 4. super glosam de clericis
romane ecclesie. Idem videtur col
ligi non respondendo variis quo
rundam argumentis qui nō ob
aliud Jeronimum cardinalem ne
gasse videntur. nisi quia in eorum
codicibus nō legerunt. aut quia
stulti sunt vt ꝙ Uirgilius aut
Tullius non dixit aut proprio sen
su visum non fuerit nullius auc
toritatis esse putent.

IN festo beati
Francisci est euangelium
Confiteor tibi ꝛc. Mathei. 11.
Circa quod possunt disputari se-
quentes questiones. ¶ Prima
Utrum conueniens fuerit secre-
ta fidei non reuelari sapientibus
⁊ prudentibus ⁊ reuelari paruu-
lis. ¶ Secunda. Utrum beatus
Franciscus fuit de numero par-
uulorum quibus reuelata sūt se-
creta celestia.

AD primam que
stionem sic proceditur. Et
videtur ꝙ non fuit conueniens
secreta fidei non reuelari sapien
tibus et prudentibus et reuelari
paruulis. ¶ Primo sic. Illis sunt
reuelanda secreta fidei in quibus
magis fructificare possūt. Sicut
semen melius seminatur in terra
culta ⁊ bene preparata. sed magis
hoc fit cum sapientibus et prudē
tibus secreta reuelantur ꝙ cum
paruulis reuelantur. Scribitur
enim prouerbiorum primo. Au-
diens sapiens sapientior erit. ergo
secreta cōuenientius reuelantur
sapientibus ꝙ paruulis simplici
bus. ¶ Secundo sic. Si miste-
ria fidei absconduntur a sapien-
tibus non erunt sapientes culpā
di si ea non credunt. fides enim
ex auditu est ad Romanos. 10.
¶ Tertio. Quid est ꝙ gratias
reddit ꝙ hec a sapientibus sint
absconsa. quia videtur gaudere
de cecitate illorum ⁊ querit cau-
sa diuisionis hominum. ¶ In op
positum est euangelium. ¶ Re
spondeo. Dicendum. Hic viden
dum ē qui sint isti sapientes qui
bus abscōsa sunt misteria christi
et qui paruuli quibus reuelata
sunt. Primo enim sapientes qui
bus abscōsa fuerūt misteria xp̄i
sunt philosophi propter superbie
tumiditatem in sapientia huma
na confidentibus. Et isti fuerunt
sapientes in oculis suis. de qui-
bus Augustinus dicit ꝙ illi pre
cipui gentilium philosophi qui
per illa que facta sunt cognosce-
re potuerunt tamē quia sine xp̄o
philosophi facti sūt eo ꝙ nec eum
venturum prophetis nec venisse
apostolis crediderūt tumida eo
rum superbia obscuratum est in-

sipiens cor eorum dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt. vt dicitur ad Romanos primo Paruuli quibus reuelata sunt misteria dei fuerunt abiecti piscatores qui facti sunt doctores orbis z lux. Unde Apostol⁹. De specta nanqz elegit vt fortia que qz confundat. Unde Augustinus exponit Paruulis id est humilibus non de se presumentib⁹

¶ Secundo absconsa sunt fidei misteria sapientibus phariseis ꝓpter fidei incredulitatem. qꝛ nec ipsi voluerũt credere in xp̃m nec alios credere permiserunt. Unde eis dictum est Luce. 11. Ue vobis phariseis et legisperitis qui tulistis clauez sciencie id est scripturas loquentes de xp̃o falsis interpretationibus corrumpentes ipsi non introistis credendo i xp̃z z eis qui intelligerent prohibuistis. Paruuli vero quibus reuelata secreta fidei sunt homines simplices parua de se sentientes vnde dominus. Nisi conuersi fueritis z efficiamini sicut paruul⁹ isti non intrabitis in regnum celorum Mathei. 18. Tertio absconsa sunt misteria fidei sapientibus sapientia mundana. z prudentibus prudentia carnis propter eorum vanitatem. quia quãuis multi eorum videantur multa scire de deo z moribus z virtutibus hominū tamen quia xp̃m non constituunt sibi finez nec eorum sapientiaz ordinant ad dei laudem. Talibus vero sapiẽtia dei occultatur. quia in maliuolam animam non introibit sapientia nec habitabit in corpe subdito peccatis vt dicitur Sapien. p°. Paruuli autem econtra quibus reuelant᷑ celestia sacramẽta sunt humiles. quia vbi humilitas ibi sapientia Prouerbio. 11. Unde ibi exponit glosa ꝺ humilibus qui in simplicitate querũt dominum.

¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia paruuli nõ habentes aliquod impedimentum erant habiliores ad receptionez influxus diuine sapientie ꝙ sapientes illi de quibus dictum est. qui aut propter tumiditatez animi aut propter incredulitatem cordis aut propter vanitatẽ carnalis amoris erãt indispositi ad reuelationez celestis sapientie suscipiendam.

¶ Ad secundaz respondetur negando consequentiam. Et ratio ē. quia si non credant culpa eorum est qui ponũt obicem gratie diuine per quam voluntas hominis preparatur ad hoc ꝙ eleuetur in ea que sũt supra terram.

¶ Ad tertiam respondetur ꝙ non ideo Christus gratias refert patri quia gaudeat ꝺ cecitate eoꝝ sed iudicio dei qui ita sapiẽter ordinauit. Et cũ q̃ritur causa hui⁹ dubitationis z diuersitatis ꝯstat ꝙ ex parte credentiuz fuit eoꝝ humilitas que

ad sapientiam disponit vt dicit Prouerbi. xi. Ubi humilitas ibi sapientia. Ex parte non credentium fuit eorum superbia que est intellectus excecatiua. sed ex parte dei causa fuit sua simplex voluntas. Et hoc est quod sequitur. Quoniam sic fuit beneplacitum ante te. Quod enim aliqui sunt electi aliqui reprobi bene potest assignari causa in generali etiam ex parte dei vt in electis apparet dei misericordia in aliis autem eius iusticia. Quia sicut ad gloriam regis terreni et decorem sui regni non solum pertinet aula in qua strenui milites honorantur sed etiam patibulum in quo malefactores puniuntur. Sic ad gloriam dei non solum pertinet premiatio bonorum sed etiam punitio malorum. In speciali tamen non potest assignari ratio ex parte dei quare illum eligat et illum dimittat nisi simplex eius voluntas. Unde dicit Augustinus super Johannem. Quare illum trahat et illum dimittat noli iudicare si non vis errare.

Ad Secundam questionem qua queritur Utrum beatus Franciscus fuit de numero paruulorum quibus reuelata sunt secreta celestia. Respondetur quod sic. Nam ipse humilimus et paruulus in oculis suis plus quam dici possit fuit. et columbina simplicitate plenus modo a patre celesti plurima secreta reuelata sunt que sapientibus huius seculi sunt abscondita. in primis reuelata sunt sibi multa futura per donum prophetie quod sepe habuit. Secundo reuelata sunt sibi secreta cordium fratrum suorum et aliorum. Tertio donatum est sibi miraculose donum linguarum quo intelligere extraneos homines posset et eis predicare. Quarto reuelata sunt ei multa secreta diuine sapientie et celestis doctrine qua miro feruore ciuitates et castella circuiens in populis seminauit. Quinto reuelata sunt et secreta specialissima scilicet diuine passionis stigmata non modo reuelata sed miraculose impressa. nam semel in visione seruus dei contra se seraphin crucifixum aspexit qui crucifixionis sue signa ei euidenter impressit vt crucifixus videretur. et ipsi mira certe reuelata sunt et multa humili et paruulo beato Francisco. Sexto in signum et testimonium sanctitatis eius innumera a deo patre sunt reuelata siue ostensa miracula. de quibus omnibus in eius legenda patent.

In festo beati Luce est euangelium. Designauit dominus et cetera. Luce decimo. Circa quod possunt disputari sequentes questiones.

¶ Prima. Utrum post electionem

duodecim apostolorum conuenienter electi sunt. 72. discipuli inter quos Lucas vnus dicitur fuisse. ¶ Secunda. Utrum beat⁹ Lucas inter euāgelistas in figura bouis fuerit conuenienter designatus.

Ad primaz questionez sic proceditur. Et videtur ꝙ post electionez apostolorum. 12. non conuenienter alii scilicet. 72. discipuli electi sunt. ¶ Primo sic. Frustra fit ꝑ plura quod potest fieri per pauciora sed per duodecim apostolos sufficienter euangelium seminādū z predicandum erat per vniuersum orbem. Unde Apostol⁹ ad Roma. 10. Fides ex auditu est. auditus per verbum dei. z statim subdit. Nunquid non audierint equidem in omnem terraz exiuit sonus eorum. et glo. exponit de predicatione apostolorum ¶ Secundo. Officiorum siue statuum diuersitas vnitati repugnat. sed fideles xpi ad vnitatem vocantur secundum illud Johan. 17. Ut sint vnū in nobis sicut z nos sumus. ergo in ecclesia non debz esse ista varietas officiorum siue statuum. ¶ Tertio sic. Bonum ecclesie in pace consistere videtur secundū illud. 2. Cor. vlti. Pacem habete z deus pacis erit vobiscuz. sed diuersitas est impeditiua pacis. Unī Philo dicit. 7⁹ politi. ꝙ modica differētia facit in ciuitate dissidium. ergo videt ꝙ talis differentia aut varietas in ecclesia institui non debuit.

¶ In opp⁹ est euangelium pñs

¶ Respondeo. Dicendum ꝙ cōuenientissime xp̄s post duodecim apostolos elegit ad predicationis officium etiam. 72. discipulos. Et hoc rōne multiplici. Primo ratione quaz xp̄us in littera assignat. Quoniam messis quidem multa est operarii pauci. Multitudo eniz gentium ad suscipiendū verba xp̄i parata erat per predicationem apostolorum respectu cuius multitudinis conuertende operarii scz apostoli et etiam discipuli erant pauci. vnde subditur. Rogate dominum messis vt mittat operarios i messem. qz nullus fit aptus ad p̄dicationez verbi diuini nisi per gratiam dei z nisi ab eo missus mediate vel imediate. Electi autem sunt in illo numero in signum ꝙ post xp̄i resurrectionem z ascensionem in celum predicaturi erant fidem xp̄i gentibus. 72. linguarum. vnde designati sunt in. 72. viris quibus dominus dedit spiritum prophetandi Numeri. 11. vbi dñs dicitur locut⁹ esse Moysi auferens de spiritu qui erat in Moyse z dans. 72. viris qui ꝓphetarunt nec vltra cessarunt. remanserunt autem duo viri in castris super quos requieuit spiritus domini z ipsi descripti fuerūt in quo hi expresse designati sunt

¶ Secundo. quia varietas ista officiorum et statuum pertinet ad perfectionem ipsius ecclesie. sicut enim in rerum naturalium ordine perfectio que in deo simpliciter et vniformiter inuenitur. in vniuersitate creaturarum inueniri non potuit nisi difformiter et multipliciter. ita etiam plenitudo gracie in christo sicut in capite ordinato ad membra eius diuersimode redundat ad hoc quod corpus ecclesie sit perfectum. Et hoc est quod apostolus dicit ad Eph. 4º. Ipse dedit quosdam quidem apostolos. alios vero euangelistas. alios autem pastores etc. ad consummationem sanctorum. ¶ Tercio huiusmodi varietas pertinet ad necessitatem actionum que sunt in ecclesia. oportet autem ad diuersas operationes diuersos homines deputari ad hoc quod diligentius et sine confusione omnia peragantur. Hinc est quod apostolus dicit ad Roma. 12. sicut in vno corpore multa membra non eundem actum habent. ita multi vnum corpus sumus in christo. ¶ Quarto hoc pertinet ad dignitatem et pulchritudinem ecclesie que in quodam ordine consistit. Unde dicitur. 3º Regum 10. quod videns regina saba omnem sapientiam salomonis et habitacula seruorum et ordines ministrantium non habebat vltra spiritum. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam partem responsio ex dictis negando quod soli apostoli erant pro tanta messe sufficientes. euangelium enim dicit quod erant pauci. quod autem dicitur de apostolis intelligendum est non exclusis discipulis. ¶ Ad secundam respondetur negando assumptum. Dicimus enim quod diuersitas statuum et officiorum non impedit ecclesie vnitatem que perficitur per vnitatem fidei et caritatis et mutue subministrationis secundum illud apostoli ad Ephe. 4. Ex quo totum corpus est compactum. s. per fidem et connexum. s. per caritatem per omnem iuncturam subministrationis. dum scilicet vnus seruit alteri. ¶ Ad terciam respondetur negando minorem. Et ratio est. quia sicut in corpore naturali membra diuersa continentur in vnitate per virtutem spiritus viuificantis. quo abscedente membra corporis separantur. ita etiam in corpore ecclesie conseruatur vnitas diuersorum membrorum virtute spiritus sancti qui corpus ecclesie viuificat. vt habetur Johan. 6º. Unde apostolus dicit ad Eph. 4º. Solliciti seruate vnitatem spiritus in vinculo pacis. Discedit autem aliquis ab vnitate spiritus dum querit que sibi sunt propria. sicut etiam in terrena ciuitate pax tollitur ex hoc quod ciues singuli que sua sunt querunt. alioquin per officiorum et statuum declinationem iam mentis quam etiam in ciuitate terrena magis pax afer-

uatur inquantum per hoc plures fuit qui communicant actib⁹ publicis. Un̄ ⁊ apl's dicit. 1ᵃ Cor. 12. Dominus sic temperauit vt nō sit scisma in corpore. sed pro inuicem sollicita sint membra.

HD Secundam questionem sic proceditur. Et videtur ꝙ sanctus Lucas nō sit conuenienter in figura bouis designatus. quia Lucas principaliter versatur circa passionē ⁊ mortem xp̄i. ⁊ ita videtur figurari plus deberi per agnum quā per vitulum siue bouem. qr agn⁹ proprie figurabat christum immolatum pro nobis. Un̄ Johan. 1ᵒ Ecce agnus dei ⁊c. ergo ⁊c. In oppositum est illud Ezech. 1ᵒ Facies bouis a sinistris. Respōdeo dicendum ꝙ sicut alias diximus Ezechieli prophete in visione aīalis quatuor facies habentis designatum fuit christi euangelium quadra facie describendum. videlicet a matheo in facie humana. a Marco in facie leonina. a Luca in facie bouina. a Johanne in facie aquilina. Licet autē Lucas euangelista describat totum cursum euangelii. incipiens a xp̄i miraculosa conceptione pertransiens per eius natiuitatem/ conuersationem/ mortem/ ⁊ resurrectionem/ terminans euangelium suum in ascensione. Un̄ ei⁹ principalis intentio est circa christi mortem ⁊ passionem describēdā propter qd' ipse Lucas designat' in facie bouis qui est aīal immolaticium secundum traditōem legis. propter qd' euāgelium suum īcipit a sacerdotio Zacharie. ad quod officium expectat īmolare ⁊ ideo materia principalis libri designat' conueniēter in facie bouis. Preterea merito ī figura bouis designatus est. bos enim vngulam findit. in qua virtus discretionis exprimitur. ⁊ beat⁹ Lucas discretus fuit p moderatōē. Item bos aīal est imolaticium. et beatus Lucas crucis mortificationē iugiter in suo corpore pro christi nomine portauit. vt dicit' in oratione ecclesie. Item est aīal fructuosum. ⁊ beatus Lucas est fructuosus per edificationem. a deo quippe fuit fructuosus ꝙ ab omnibus carissimus habebatur. Un̄ aplus ad Coll'. 4. Salutat vos inquit Lucas medicus carissimus. ¶ Ad rationes in oppositum respondetur ꝙ ratio nō procedit. quia ad designandum euangelium sufficiens erat figura vituli. cum esset aīal īmolaticium. tñ ad designandum christū immolatum expressior figura esse debuit. Unde nota ꝙ licet aīalia alia immolarentur vt vitul⁹/ bos/ capra/ ⁊ huiusmodi. tamen christus magis dictus est agnus quam cetera animalia immolaticia. quia inter omnes figuras veteris testamenti agnus pascalis expressius figurabat passionem

christi q̄ ille agnus erat sine macula. ⁊ per eius imolationem filii israel liberati sunt a seruitute egiptiaca. sicut per passionem christi qui peccatum non fecit sumus liberati a seruitute diaboli. Secūda cā est. quia iuge seruitium qđ figurabat perpetuitatem beatitudinis fiebat de agno sicut xp̄us est nostra beatitudo.

In festo vndecim milium virginum

In festo vndecim milium virginum est euangelium. Simile est regnū celorum. Mathei. 25. Circa quod potest disputari sequens questio

¶ Utrum prudentibus virginibus facientibus quod in se fuit. necesse fuit vt deus oleum gratie sue vasis conscientiarum suarum infunderet. ⁊ videtur q̄ non.

¶ Primo. Deus dat gratiam sola liberalitate ⁊ misericordia. q̄ dat ipsam gratis. ergo potest dare ⁊ non dare. ergo quamuis virgines prudentes fecerint quod in se erat. deus potuit eis non dare oleum gratie. ¶ Secundo sic. Necessarium ⁊ liberum opponuntur. si ergo deus ex liberalitate dat gratiam. ergo nulla necessitate dat alicui gratiam. ¶ Tercio. Recte operari est facere quod inest. nam ille qui facit qđ in se est facit recte. sed quicunq̄ facit recte ex rectitudine operatur quam habet. ergo si aliquis facit quod in se ē habet rectitudinem. aut ergo illa rectitudo est acquisita aut innata aut data. sed non videtur acquisita vel innata. quia sic semper esset. Constat ergo q̄ est data ergo donum gratuitum. ergo hec rectitudo est ex gratia. nullus ergo pōt facere qđ in se est ad hoc q̄ sit gratus deo nisi ex gratia.

¶ In oppositum est euangelium p̄ns vbi dicitur q̄ prudentes virgines acceperunt oleum qđ non potest intelligi q̄ ipsi habuissent aliquam causalitatem respectu olei gratie. qr primam gratiam nec mereri possunt sed tantum dispositiuam. s. facientes id qđ in se est habilitantes se ad eius receptionem. secūdum illud psal. Dilata os tuum ⁊ implebo id. Et illud in alio psal. Dilexisti iusticiam ⁊ odisti iniquitatem: propterea vnxit te oleo iusticie. ¶ Respondeo dicendum q̄ prudentibus virginibus facientibus qđ in se est necessarium fuit. non necessitate coactionis aut prohibitionis. sed necessitate immutabilitatis: deum infundere oleū gratie vasis suis. Ista conclusio probatur multipliciter. Primo sic. Dicit Augustinus super illud. 2° Thimoth. 2° Negare seipsum non potest ⁊c. cum sit iustus non potest negare suam iusticiam. ergo cum sit bonus ⁊ misericors non potest negare suam misericordiam ⁊ bonitatem. quia pronior est ad largiendum quam ad puniendū. si ergo n̄ pōt iusticiā suā negare facientibus malū multo-

magis non potest negare suã bonitatem ⁊ misericordiaȝ illis qui requirunt eã. sed qui facit quod in se est vt eius habeat graciaȝ requirit bonitateȝ eius ⁊ misericordiam. ergo deus non potest ei negare qui facit q̄d in se est suã bonitatem ⁊ misericordiam. dat ergo ei ⁊ hoc est infundere graciam

¶ Secundo sic. Aug⁹ super illud ad Roma. 5º Iustificati ex fide pacem habeamus ⁊c. dicit deus recipit confugiẽtes ad se. aliter in eo esset iniquitas. sed impossibile est q in eo sit iniquitas ergo impossibile est q non recipiat fugientes ad se sed faciens q̄d in se est fugit ad ipsum. ergo necesse est q ipsum recipiat. sed ipsum recipere est per infusionem gracie. ergo ⁊c. ¶ Tercio sic. Apocal. 4. dicitur. Siquis aperierit mihi introibo ⁊ cenabo cum illo. hoc est delectabor. Item Zach. 1º Conuertimini ad me ⁊ ego conuertar ad vos Ex his sic arguitur. Impossible est summam veritatem mentiri sed necesse habet verum dicere ⁊ impleri illud. sȝ dicit conuertimini ad ipsaȝ ⁊ ꝯuertat se et q aperienti ei intrabit. cum ergo faciens quod in est. ꝯuertit se ad veritatem primam ⁊ ei aperit ad hoc q intret ergo necesse est q dominus conuertatur ad illum. sed hoc non est nisi per graciam ergo virginibus prudentibus facientibus quod in se erat etiaȝ necesse dominus infundit oleum gracie in vasis suis vt possunt intrare ad nupcias beatitudinis eterne.

¶ Ad rationes in oppositum. Ad primaȝ respondetur negando ꝯñam. Et ratio est. quia non sequitur. sola libertate dat. ergo se habet ad dandum ⁊ ad non dandum facienti q̄d in se est. sȝ bene sequitur. q sola libertate dat. ergo non dat ex meritis vel per actionem vel prohibitionem. quia hoc ex sola liberalitate excludit coactioneȝ ⁊ prohibitionem. ⁊ nõ immutabilitatem. ¶ Ad secundam respondetur q assumptum est falsum si necessarium dicatur immutabile. talia enim non opponuntur. si autem dicatur necessarium coactum vel prohibitum sic verum est q opponuntur.

¶ Primo modo est necessitas in deo. ⁊ ꝓpter hoc non opponuntur sue liberalitati. ymmo ex hoc est laus sua q ipsa est immutabilis. ⁊ immutabiliter libera. ¶ Ad terciam respondetur. Cum queritur quid sit facere q̄d in se est Dicimus q facit homo q̄d in se est qñ ex libertate arbitrii homo auertit se a malo ⁊ conuertitur ad bonum recurrens ad deum queȝ scit suum esse principium. ⁊ queȝ scit esse orandum sibi. ⁊ petat ab eo lumen cognitionis fidei et boni. ¶ Ad rationem ipsam respondetur q certitudo illa est naturalis. ⁊ est que semper contradicit pctõ. Vñ secundum illã mouetur synderesis q̃ semꝑ murmurat

contra peccatum .sed arbitrium non semper dirigit͛ sz⁹ illam nec semp̱ sequit͛ eā arbitriū. ꝛ iō rō non procedit. ꝛ sic patet q͛d' bomo faciēdo q͛d' in se ē consequit͛ graciam a deo.

In festo Simonis et Jude est euangelium. Hoc ē p̄ceptū ꝛc. Johan. 15.

¶ Circa q̄ꝑ p̄nt disputari sequētia. Primo Utrū christo adueniente ꝛ p̄dicante nō tn̄ faciēte visibilia miracula iudei ei credere tenebantur. ¶ Scd̄o Utrꝫ argumentū illud christi sit sufficiens q° ait. Si opa nō fecissez i eis q̄ nemo ali⁹ fecit pctm̄ nō haberēt

Ad primam questionē qua querit͛ Utrum christo adueniēte et p̄dicante nō tn̄ faciente visibilia miracula iudei ei credere tenebāt͛. ꝛ videtur ꝙ nō. ꝛ p̄ ꝯn̄s erāt excusati Primo sic Quicūqꝫ nō facit h° ad q͛d' tenet͛ peccat. sꝫ si hoīes non crederent christo miracula nō facientē nō peccauerunt. dicit enī ip̄e infra in eodē euangelio. Si opa non fecissem qui null⁹ ali⁹ fecit peccatū nō haberēt. ꝛ loq̄tur de pctō infidelitatis sꝫ⁹ Augustinū. g° christus si nō fecisset miracl'a homines credere nō tenebant͛ ¶ Scd̄o sic. Nullus p̄ōt mutare legē nisi lator legis vel eo superior. sꝫ christ⁹ p̄dicabat q̄dā q̄ videbant͛ ꝑtinere ad veteris legis abolitōꝫ. sicut ꝙ cibi nō coinquinarēt hoīem. ꝛ ꝙ licet i sabbato opari. g° si nō ꝓbasset se esse legislatorem nō esset ei credendum. sꝫ h° fieri nō potuisset nisi per miracula. g° christo nō erat credendū nisi miracl'a fecissꝫ. g° illud nō videt͛ sufficiēs argumētum ad ꝓbandum iudeos inexcusabiles esse. ꝙ ait. Si nō venissem et locutus eis fuissem peccatū nō haberēt ¶ Tercio argruit͛ ex illo ꝙ inquit apl's Petr⁹ Act. 3° iudeis loquēs. Scio ꝙ per ignorātiā fecistis sicut et principes vestri. sꝫ ignorātia excusat. g° ꝛc.

¶ In oppositū est euāgeliū p̄ns Rn̄deo dicendū iuxta sanctum Thomā quotlibeto. 2° ꝛ super Johan. ꝙ christo predicāte etiā si nulla visibilia miracula fecissꝫ iudei audiētes eum credere tenebantur. ꝛ iō nō credentes inexcusabiles sunt a pctō infidelitatis Ista cōclusio ꝓbatur sic. Magis obligabantur hoīes ad credēdū prime veritati. quā ad credēdū visibilib⁹ signis. sed licet christ⁹ miracula visibilia nō fecisset. tn̄ verus deus existens. prima veritas erat. ergo etiā si nō miracl'a fecisset adhuc erat ei credendum Probat͛ aūt et declaratur cōclusio sic. Nullus tenetur ad h° q̄d est supra vires suas nisi per eum modūꝫ quo sit sibi possibile. credere aūt est super potentiā naturalem hominis. Unde ex dono

D.2.

dei puenit s3ᵒ illō apl'i ad Ephe. 2º Gratia saluati estis p fidē. ⁊ hº nō ē ex vobis. dei em̄ donū ē. et ad Phil'. 1. dicit. Vobis datū est non solum vt in ipm̄ credatis. sed vt pro ipo patiamini. hō igit' tenet' credere s3ᵒ hº ꝙ iuuat' a deo ad credēdū. Adiuuat' aūt a deo aliquis ad credendu3 tripliciter Primo quide3 p interiorem intē tionem de qua dicit' Johan. 6º Oīs qui audit a patre3 didicit p interiorem vocatione3 venit ad me. ⁊ ad Roma. 8º. Quos pde stinauit hoc ⁊ vocauit. Secūdo per doctrinam et pdicatōem exte riorē s3ᵒ apl'i ad Roma. 10. Fides ex auditu est. auditus aute3 per verbū dei. Tercio per exterio ra miracula. Vñ dicit' 1. ad Corꝫ 14. ꝙ signa data sunt infidelibꝰ vt sc3 p ea ꝓuocent' ad fidem. si aūt christꝰ visibilia miracła nō fecisset. adhuc remanebant alii modi subtrahendi ad fidem qui bus homines acquiescere tenerē tur. tenebantur aūt hoīes credere auctori legis et ꝓphetaꝝ. que3 se esse christꝰ p auctoritatē sacre scripture demōstrabat tenebatur etiā īteriori vocationi nō resistere sicut Esa. de se dicit. Dñs aūt aperuit mihi aurē. ego aūt non ꝯtradico nec retrorsum abii. Esaie. 5. Sicut ecōtrario de quibusda3 dicitur Actu. 7º Vos semp spiritui sancto resistitis ꝯ ideo optime dicit christus. Si ego pson aliter nō venisse3 sicut p ꝓphetas fuit predictum. ⁊ locutus docēs eos per legem et prophetas ostēdens me esse messiam in lege promissum peccatum nō haberent: ꝙ autem ipsi cognouerūt christū patet Mathei. 21. Hic est heres venite occidamus eum.

¶ Ad rationes in oppositum: Ad primam respondetur negando minorem: et ad ꝓbationem respondetur ꝙ per illa opera que christus in eis fecit annumerari etia3 debet vocatio interior que quosdā attraxit. sicut Gregoriꝰ dicit in quadam Omelia. ꝙ christus Mariam magdalenam traxit interius. qui etiam per clemē ciam suscepit foras. annumerari etiam debet eius doctrina. cum etiam ipse dicat. Si non venisse3 et locutus eis fuissem peccatum non haberent. ¶ Ad Secundam respondetur negando minorem. Dicimus enim ꝙ christus poterat se ostendere et ostendit legislatorem non solum faciendo visibilia miracula. sed etiam per auctoritatem scripture ⁊ per interiorem instinctum.

AD Secundam

questionem qua queritur Utrum argumentum illud christi sufficiēs sit quo ait. Si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit: peccatum non haberēt sic proceditur et videtur ꝙ non. ¶ Primo sic. Hoc contrariatur superiori ꝯclusioni. ergo non va

let. consequentia est bona. antecedens probatur. quia in superiori dictum est quod etiam si christus fecisset miracula: adhuc peccatum haberent non recipientes eum.

¶ Secundo sic. Christus nõ fecit in eis alia que alii non fecerunt. nam si suscitauit mortuos hoc Helias et Helizeus fecerũt si christus ambulauit supra mare. et Moyses mare diuisit. et Josue qd' maius est fecit solez stare Josue. 10. ergo nõ videtur argumentum illud christi sufficiens.

¶ Tercio sic. Aliqui fecerunt maiora miracula quam christus Dicitur eniz Johan. 14. Qui credit in me opera que ego facio et ipse faciet et maiora horũ faciet

¶ Quarto sic. Miracula non sufficiunt ad probandum gratiã gratum facientem in aliquo ergo nec ad probandum diuinitatem in aliquo ergo argumentuz illud non videtur sufficiens.

¶ In oppositum est verbũ christi in euangelio. Respondeo dicendum quod miracula que christus fecit sufficienter probant christũ deum esse. et per cõns argumentuz christi fuit sufficiens ad probandum. Patet conclusio ex illo Johan. 5°. Opera que dedit mihi pater vt faciam ipsa testimoniuz perhibet de me. Patet et ratione Primo quidem secundum ipsaz speciem rerum que transcendant omnem potestatem create virtutis et ideo non poterant fieri nisi virtute diuina

¶ Secundo propter modũ faciendi. quia propria virtute siue potestate faciebat miracula. non autem orando sicut alii. Unde dicitur Luce. 6°. Uirtus de illo exibat et sanabat omnes ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando assũptum. Et ad probationem respondetur sicut dictum est prius ĩ superiori q̃stione. per opera que christus fecit intelligendum est non solũz de visibilibus. sed etiam de inuisibilibus scilicet ĩterioris instinctu et attractu doctrine. que quidem si in eis non fecisset peccatuz nõ haberent.

¶ Ad secundam respondetur secundum Augustinum quod dominus nõ loquitur de quibuscũqz miraculis factis in eis. id est in conspectu eorum. sed de factis in eis id est personis eorum. naz in curatione infirmorum nullus tantum in eis fecit quantum christus quia etiam in aliis similiter quia nullus alius homo factus ẽ deus et nullus natus est de virgine nisi christus. Fecit ergo in eis opera que nemo alius fecit In curatõe etiam infirmorum. Et hoc in tribus. Primo quidem in magnitudine. qr mortuũ quatriduanũ suscitauit cecũ natũ illiauit qd' a seclo nõ est auditũ. Scd'o in multitudine qr oẽs quotquot male habebãt curabat vt dicit' Math 15. qd' nullus alius fecit. Tercio

in modo. q2 sicut diximus alii fa ciebant orando inuocando o ostē dentes se nō propria virtute face re. sȝ christus faciebat imperando quasi ppria virtute. sic g° licet ꝙ a lii mortuos suscitarent ꝛ alia mi racula facerent que christus fecit nō tamē codeȝ modo nec ppria virtute vt christus. Silr qd̄ dicit de statione solis minus est eo ꝙ christus moriēs lunā retrocedere fecit. ꝛ totum cursum firmamenti mutauit. g°. ratio non pcedit.

¶ Ad terciaȝ rñdetur negando ꝯñaȝ Et rō est quia alii licȝ quo ad substantiam aliqua maiora facerent sicut vmbra Petri sana bāt infirmos. nō tñ maiora erāt quo ad modum. immo illi non faciebant sine christo. vnde chri stuȝ innocando illa operabātur.

¶ Ad quartam rñdetur negan do ꝯñam. Et ratio est. q2 miracu la fiūt virtute diuina ad ꝯfirma tionē veritatis fidei. Unde dicit Marci vlti. d̄ apostolis ꝙ predi cauerunt vbiqȝ dn̄o cooperante et sermonem confirmante sequē tibus signis. non aūt fiunt mira cula semp ad demonstrādū gra tiam eius per quē miracula fiūt ꝛ ideo potest cōtingere ꝙ aliquis gratiam gratum facientem non babens miracula faciet. sed hoc contingere non potest ꝙ aliquis falsam doctrinam annūcians ve ra miracula faciet que nō nisi v tute diuina fieri possunt sic enim deus esset falsitatis testis. quod est impossibile. cūȝ g° christus se filiuȝ dei diceret equalē deo hāc eius doctrinam comprobāt mi raculo que faciebat. ꝛ ideo osten debatur christus per miracula q̄ faciebat esse deus. Petrus auteȝ licet ea vel maiora miracula fa ceret non pbatur esse deus. sȝ per ea etiā pbatur ꝙ christ⁹ esset d̄s quia Petrus non predicabat se ipsum sed iesum christū esse deū

In festo omnium sanctoruȝ est euange liū Uidēs iesus turbas ꝛc. Ma thei. 5°.

¶ Circa qd̄ possunt di sputari sequētes questiones. Pri ma. Utrum beatitudo sanctorū consistat in visione dei per essen tiam ¶ Secunda. Utrum bea ti videntes deum per essentiā vi deant oīa que deus videt. Ter cia Utrum beati in gloria prius ferantur ad contemplandū chri sti diuinitatem quaȝ eius huma nitatem.

Ad primaȝ questionem sic proceditur. et videtur ꝙ beatitudo sanctorum non consistit in visione dei per es sentiam. ¶ Primo sic. Beatitu do in bonis corporis consistit. er go non in visione dei ꝛc. ꝯñaȝ est bona. assumptuȝ probatur. quia quod a pluribus dicitur impossi bile est esse falsuȝ totaliter. vt cō mentator dicit. I. de aīa ꝛ Phūs

7° Ethi. ꝙ opinio non perditur
quam populi multi famant. sed
maioꝛ hominum multitudo in-
clinatur ad querẽdum delectatõ
nes corporales ⁊ corporalia bo-
na quasi finem. ergo finis huma
ne nature in corporalibus bonis
ↄsistit. sꝫ finẽ humane nature di-
cimus beatitudinem. g° homis
beatitudo in bonis corpis que-
renda est ¶ Secundo sic. Intel
lectus nõ põt ad hoc ꝑtingere ꝙ
videat deum per essentiã. g° san
ctorũ beatitudo nõ ↄsistit in vi
sione dei per essentiam. ↄsequen
tia est bona. probat᷑ assumptum
Primo sic. Cuꝫ intelligibile sit ꝑ
fectio intellectus oportet esse pro
portionem inter intelligibile ⁊ in
tellectum. ⁊ visibile et visum. sed
nõ possumus accipere proportio
nem aliquam inter intellectũ no
strum et diuinam essentiam cum
in infinituꝫ distent. g° intellect⁹
noster non põt ꝑtingere ad essen
tiam diuinã videndã. ¶ Tercio
sic. Plus distat sensus ab intelle
ctu nostro quam intelligibile cre
atũ a sensu. sꝫ sensibile nullo mo
do põt cõtingere ad creaturam
rationalẽ spiritualẽ. g° nec intel
lectus noster ad diuinam essenti
am ¶ Quarto sic. Qñ cũqꝫ in-
tellect⁹ intelligit aliquid in actu
oportet ꝙ informetur per simili-
tudinem intellecta. qd᷑ est prin-
cipium intellectualis opatõis in
tale obiectum terminare. si g° in
tellectus noster deum intelligat.

oportet ꝙ fiat ꝑ aliq̃ similitudi-
nem informante ipm intellectuꝫ
Hoc aũt nõ potest esse diuina es
sentia. q2 forma ⁊ formate opor-
tet esse vnũ aliqd᷑. diuina aũt es
sentia ab intellectu nostro differt
sꝫ᷑ essentiam ⁊ esse. ergo oportet
ꝙ forma qua informatur intelle
ctus noster in intelligendo deuꝫ
sit aliqua similitudo impressa a
deo intellectui nostro. sed simili-
tudo illa cũ sit quid creatum nõ
potest ducere in dei visionem ni
si sicut effectus in causam. ergo
possibile est ꝙ intellectus videa
deum per essentiam ¶ Quinto
principaliter arguitur. Beati in
patria videbunt deum per medi
um. q2 per lumẽ glorie. sꝫ᷑ illud
psal. In lumine videbimus lu-
men ergo non videbunt deuꝫ ꝑ
essentiam ¶ Sexto sic. Sancti
in patria videbunt deũ facie ad
faciem. vt dicitur. 1. Coꝛ. 13. sed
qñ videmus facie ad faciem vi
demus per similitudinem. g° de
us in patria videbitur per simili
tudinem. et sic non per essentiaꝫ
¶ In oppositum est euangeliuꝫ
pñs. vbi dicit᷑. Beati mũdo cor
de quoniam ipsi videbunt deuꝫ
Secundo. 1. Coꝛ. 15. super illud
Cum tradiderit regnũ deo patri
dicit glo. Vbi. s. in patria essenti
am patris et filii et spũssancti vi
debunt ꝙ solis mundis cordib⁹
dabit᷑ q̃ est sũma beatitudo. g°
sancti deũ per essentiã videbunt
Respondeo dicendũ ꝙ secũduꝫ

fidem catholicã firmiter creden
dũ est q̃ beatitudo sanctorum
cõsistit in visione dei per essentiã
Ista cõclusio pbat᷑. Primo ex illo
Joh. 17. Hec est vita eterna vt co
gnoscant te solum deũ ⁊c̃. Se
cũdo sic. Sanctorũ desideriũ nõ
põt omnino frustrari. sz sanctorũ
desiderium cõmune est vt videãt
deũ p essentiam vt patz Exodi.
33. Ostende mihi gloriã tuã. ⁊ in
psal. Ostende faciẽ tuã ⁊ salui eri
mus. Et Joh. 14. Ostẽde nob̃ pa
trem ⁊ sufficit nobis. g° sancti de
um p essentiã videbũt ¶ Ter
cio sic. Beatitudo enĩ est vltima
pfectio rõnalis creature nihil au
tẽ est finaliter psecutũ: nisi attĩ
gat ad suũ principiũ sz° modũ
suũ. ⁊ ideo dico sz° modũ suũ
q2 ad principiũ qđ est deus at
tingit aliquis dupliciter. Uno
modo p similitudinem qđ est cõ
mune omni creature. que. s. tãtũ
hz de pfectione q̃tum cõsequit᷑ de
diuina similitudine. Alio mõ p
opatõem vt pternitat᷑ ille mo
dꝰ qui est xp̃o singularis. s. ĩ vni
tate psone. Dico aũt p opatõem
inquãtum rõnalis creatura co
noscit ⁊ amat deũ. ⁊ q2 aĩa ime
diate facta est a deo btã esse non
poterit nisi ĩmediate videat deũ
.i. absq3 medio q̃ sit similitudo
rei cognite. sicut species visibilis
ĩ pupilla vel in speculo. nõ est tñ
absq3 medio qđ est lumen cõfor
tans intellectũ. qđ est lumen glo
rie de quo in psal. In lumiẽ tuo
videbimus lumen. Hoc aũt est
p essentiam deũ videre. vñ i hoc
ponimus beatitudinem rõnalis
creature q̃ deũ sup essentiã vide
bimus. sicut phi. qui posuerunt
animas nostras fluere ab intelli
gẽtia agẽte felicitatem ponebant
in cõtinua cõiunctione intellectus
nostri ad ipsam. ¶ Ad rõnes ĩ
oppositum. Ad primã responde
tur negãdo assumptũ. ⁊ ad pba
tõem respondetur q̃ multorũ opi
nionem nõ est necessariũ esse ve
ram simpliciter. sz sz° ptem multi
tudo aũt hoĩm in bonis corpo
ris ponentium btĩtudinem q̃tũ
ad hoc veram opinionem habẽt
q̃ illud qđ optimũ sibi existimãt
hoc suã btĩtudinem esse putant.
⁊ q̃tum ad hoc eorũ opinio vera
est. s. q̃ optimum hominis est btĩtu
do. non aũt oportet q̃ sit vera q̃
tum ad hoc q̃ posuũt eam in bo
nis corporis. q2 hec opinio proce
dit ex falsa radice qua. s. existi
mãt se esse principaliter id qđ sũt
secũdũ corpꝰ ¶ Ad secũdã re
spondet᷑ negãdo assumptũ. et ad
pbatõem dicimꝰ q̃ pportio dici
tur tripliciter. Uno mõ pprie sz°
qđ iportat quẽdam determina
tum excessũ. ⁊ sic pportio requi
ritur inter intellectũ ⁊ inter intelli
gibile ad hoc q̃ sit cognitio cum
cõprehensione. qualiter diuina es
sentia nunq̃ videbitur ab intel
lectu creato. Alio mõ accipit᷑ cõ
muniter pro qualibet habitudiẽ
⁊ sic infinitum potest habere pro

portionem ad finitum sicut eius perfectio vel aliā hmōi habitudinem hȝ ad ipsum. et talis proportō sufficit ad hoc ꝙ itellectꝰ noster videat essentiam diuinaȝ attingendo nō ꝯphendendo.

¶ Ad terciam ꝓbationem rñdetur distinguēdo de duplici differentia. vna est sȝꝰ continentiaȝ in natura. ⁊ sic conceditur ꝙ magis distat deus ab intellectu creato quam intelligibile creatum a sensu. Alia est sȝꝰ proportionalitatem. ⁊ sic econuerso qꝛ sensus non est proportionatꝰ ad cognoscendum aliquod materiale. sed intellectꝰ est ꝓportionatus ad cognoscendum quodcūqȝ inmateriale. ⁊ ita rō nō ꝓcedit. ¶ Ad quartam ꝓbationem rñdetur negādo ꝯñam. ⁊ dicimꝰ ꝙ in visione qua beati deum p essentiā vident ipsa essentia diuina est quasi forma intellectus qua intelligit nec oportet ꝙ efficiatur vnuȝ simpliciter cuȝ intellectu. sȝ soluȝ ꝙ fiat vnum quātum ad actum intelligendi. ¶ Ad quintā pricipalem rōnem respōdetr negando ꝯñam. Et ratio est quia lumē glorie nō est mediū quo sicut specie intelligibili videatur deus.

¶ Pro quo notandum ꝙ in visione corpali ⁊ intellectuali inuenitr triplex medium. Primū ē medium sub quo videtr hꝰ ē qd' perficit visum ad videndū ⁊ in generali non determinās visum ad aliqd' speciale obiectuȝ. sicut se habet lumen corporale ad visū corporalem ⁊ intellectus agens ad intellectum possibilem. Secūdū medium quo videtur ē forma visibilis qua determinatur vterqȝ visus ad speciale obiectum. sicut per formam lapidis ad cognoscēdum lapidem. Tercia est mediū in quo videtur et hoc est illud p cuius inspectionem ducitur visus ad aliam rem. sicut inspiciendo ducitur in ea que in speculo representantur: et videndo ymaginem ducitur ad ymaginatum. ⁊ sic etiaȝ intellectus per cognitionem effectus ducitur i causam et econuerso. In visione ergo patrie non erit terciuȝ mediū vt scilicet deus per species aliorꝫ cognoscatur. sicut nunc cognoscitur ratione cuius dicimus nunc videre in speculo. Nec erit ibi secundum medium. quia ipsa essentia diuina erit qua intellectꝰ noster videbit deum vt ex dictis patet. Sed erit ibi tantum primum medium qd' eleuabit intellectum nostrum ad hoc ꝙ possit coniungi essentie increate modo predicto. sed ab hoc modo nō tꝫ citur cognitio mediata qꝛ nō cadit inter cognoscentem et rem cognitam. sed est illud qd' dat modum cognoscendi. ¶ Ad sextaȝ respondetur negando ꝯsequētiam. Et ratio est. quia non est simile. qꝛ creature corporales non dicūtur immediate videri nisi qā id quod in eis cognoscibile est

visui ei coniungitur. nō sunt aūt cōiungibiles per essentiam suaꝫ rōne materialitatis. ꝛ iō tūc immediate videntur qñ eoꝝ similitudo intellectui coniungitur Uñ non videretur immediate nisi essentia sua cōiūgeretur intellectui et hec visio immediate dicitur visio faciei.

AD Secundam questionem sic ꝓceditur Et videtur ꝙ videntes deū per essentiam: videāt oīa que deus in scipso videt ¶ Primo sic Gregor. 4º dialogoꝝ dicit. Illic oēs cōmuni caritate deum conspiciunt. quid est ꝙ nesciant vbi sciētem omnia sciunt. loquitur autē de beatis qui vident deum p essentiam. ergo videtur ꝙ qui videt deum per essentiā oīa cognoscet ¶ Secundo sic. Quicunqꝫ videt speculum videt ea que in speculo resultant. sꝫ in verbo dei omnia sicut in speculo resultant qꝛ ipsum est rō et similitudo omnium. gº sancti qui vident verbum per essentiā vident oīa creata ¶ Tercio sic dꝛ puer. 10. Desiderium suum iustis dabitur. sꝫ sancti desiderant omnia scireꝫ. qꝛ omnes homines natura scire desiderant. 1. methaphisice. nec natura per gloriaꝫ auferet. ergo dabitur eis a deo ꝙ omnia cognoscant ¶ Quarto sic Ignorantia est quedam penalitas vite p̄sentis. sed omnis penalitas per gloriam a sanctis auferetur. ergo et omnis ignorantia ꝛ ita omīa cognoscent. Quinto sic. Sicut sensus ita et intellectꝰ cognoscit omne illud cuius similitudine informatur. sed diuina essentia expressius indicat quālibet rem quam aliqua similitudo alia rei. ergo ī illa beata visione cuꝫ essentia diuina fiat quasi forma intellectꝰ nostri. videtur ꝙ sancti videntes deum omnia videant. ¶ In oppositū dicit Dionisius. 6º celest. iherar. ꝙ angeli superiores inferiores a nescientia purgant. sed angeli inferiores vident diuinaꝫ essentiam. ergo angelus videns diuinā essentiam potest aliqua nescire. sed anima nō perfectius videt deum quam angelus. gº sancti videntes deum nō oportet ꝙ videant omnia. Respondeo dicenduꝫ. ꝙ duplex dicitur diuina cognitio. Una vocatur noticia visionis qua cognoscit omnia q̄ sunt vel fuerunt. ꝛ hec noticia dicitur visionis. quia per similitudinem visionis corporalis cognoscit ea quasi presentia. Secunda cognitio que dicitur simplex intelligentia est qua cognoscit videndo suam essentiam omnia q̄ potest facere ꝗuis nunquam fecerit nec facturus sit. alias non perfecte cognosceret potentiam suam non enim potest cognosci potentia nisi sciātur potentie obiecta. Et hoc dicitur cognoscere noticia simplicis intelligētie. hº

notato sit prima conclusio. Impossibile est quod aliquis intellectus creatus cognoscat omnia videndo diuinam essentiam que deus potest facere. Patet conclusio. quia tunc esset comprehendere diuinam essentiam quod est impossibile. Patet sic. Quanto aliquod principium perfectius cognoscitur. tanto plura sciuntur in ipso. sicut in vno demonstrationis principio ille qui est perspicacioris ingenii plures conclusiones videt quam alius qui est tardioris. cum ergo quantitas diuine potentie attendatur secundum ea in qua potest si aliquis intellectus videret in diuina essentia omnia que deus potest facere eadem esset quantitas perfectionis intelligendo que est quantitas diuine potentie in producendo effectus. et ita comprehenderet diuinam essentiam quod est impossibile omni intellectui creato. Secunda conclusio loquendo de scientia visionis. Possibile est quod aliquis intellectus creatus vt anima christi cognoscat omnia illa que scit noticia visionis. De aliis autem sanctis vtrum videant omnia que deus videt scientia visionis est duplex opinio. Quidam dicunt quod sic. sed hoc repugnat sanctorum dictis qui ponunt angelos aliquos ignorare quamuis constat secundum fidem omnes deum per essentiam videre. Alii dicunt oppositum secundum quos sit illa tercia conclusio. Sancti videntes diuinam essentiam non vident omnia que deus videt. Ista conclusio probatur primo sic. Solus christus habet spiritum non ad mensuram vt dicitur Joh. 3. sed christus in quantum habet spiritum non ad mensuram competit quod omnia in verbo cognoscit. vnde ibidem dicitur. quod pater dedit omnia in manu eius. ergo nulli alii sanctorum competit omnia cognoscere in verbo quam christo. ¶ Secundo sic. Quanto aliquod principium perfectius cognoscitur. tanto plures effectus eius cognoscuntur per ipsum. sed quidam videntium deum per essentiam perfectius aliis cognoscunt deum qui rerum omnium principium est. ergo quidam aliis plura cognoscunt. et sic non omnes sciunt omnia. et inde est quod vnus potest alium illuminare. et sic scientia angelorum et animarum sanctarum potest augeri vsque ad diem iudicii. sed vlterius non proficiet quia tunc erit vltimus status rerum. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ad dictum Gregorii respondet sanctus thomas quod ex verbo illo Gregorii ostenditur quod in illa beata visione est sufficientia ad omnia intuendum ex parte diuine essentie per quam deus omnia videt. et quod non omnia videantur est ex defectu intellectus creati qui diuinam essentiam non comprehendit. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia speculum [illegible]

sus est voluntarium. et sicut se ostendet cui vult. ita in se ostendit que vult. nec est simile de speculo materiali in cuius potestate non est quod videatur vel non videatur ¶ Ad terciam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia desiderium sanctorum quo omnia scire desiderant implebitur ex hoc solum quod deum videbunt. sicut desiderium eorum quo omnia bona habere cupiunt implebitur in hoc quod deum habebunt sicut enim deus in hoc quod habet perfectam bonitatem sufficit affectui. et eo habito omnia bona quodammodo habebunt. ita eius visio sufficit intellectui. Joh. 14. Domine ostende nobis patrem et sufficit nobis. ¶ Ad quartam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia ignorantia dupliciter accipitur. Uno modo proprie accepta in privationem sonat. et sic est pena. sic enim ignorantia est nescientia aliquorum que scire debent. vel que necesse est scire. et hoc modo ignorantia non ponitur in sanctis quia nullius hominis scientia sanctis deerit in patria. Alio modo ignorantia accipitur communiter pro omni nescientia. et sic angeli et sancti in patria quedam ignorant. Unde Dionisius dicit quod angeli a nescientia purgantur. sic autem ignorantia non est penalitas. sed defectus quidam. nec est necesse quod omnis talis defectus ad gloriam

auferatur. sic etiam posset dici quod defectus est in uno quia non pervenit ad gloriam alterius. Ad quintam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia quamvis divina essentia sit ratio omnium cognoscibilium. non tamen coniungitur cuilibet intellectui creato secundum quod est ratio omnium. et ideo ratio non sequitur.

Ad terciam questionem sic proceditur. Et videtur quod beati prius ferantur ad contemplandum christi humanitatem quam ad contemplandum christi divinitatem ¶ Primo sic Ad extremum non pervenitur nisi per medium. sed medium inter deum et homines est christi humanitas. 1. Thimoth. 2º Mediator dei et hominum christus ihesus. ergo sancti non pervenient ad contemplandam christi divinitatem nisi prius contemplando humanitatem eius. ¶ In oppositum est evangelium presens ubi dicitur. Gaudete et exultate quoniam merces vestra multa est in celo. et sic constitui debent in potissimo et altissimo statu. ex quo sic arguitur. Altissimo enim statui altissimus actus principaliter et primo competit sed beati sunt in altissimo statu. cum ergo actus intellectus qui est potentia altissima cuius est ferri in deum sit actus altissimus. videtur quod hic actus primo beatis competat ut deum contem

plentur. Respondeo dicendum: ꝙ sancti in gloria prius feruntur ad contemplandam christi diuinitatem. quam eius humanitatem. Ista conclusio probatur primo sic. Hoc ad perfectionem vie pertinet ꝙ oportet nos ab inferioribus ad superiora contemplanda ascendere. sed in beatis erit ꝑfectio contraria perfectioni vie. ergo ipsi econuerso per prius altiora contemplantur. ergo beati existentes supra in patria primo xpi diuinitatem contemplantur quã eius humanitatem. Secundo sic vnusquisqz considerat regulam operis prius quam secundum regulam operetur. beati autez deo sunt coniuncti vt ipse sit eis ratio cuiuslibet cognitionis ꝛ operis. aliter enim actus beatitudinis ꝑ alias cognitiones ꝛ operatões impediretur. ꝛ ideo id quod primo attendunt est ipse deus. ꝛ ipsum habent medium cuiuslibz cognitionis ꝛ regulam cuiuslibet operationis. ꝛ sic per prius contemplãtur christi diuinitatem quam eius humanitatem. In vtraqz tamen contemplatione delectationem inueniunt. vñ dicitur Joh. 10. Ingredientur. s. beati ad contemplandum diuinitatem. ꝛ egredientur ad contemplandum humanitatem ꝛ vtrobiqz pascua inuenient. id est delectationem. vt exponit in li. de spiritu ꝛ anima. Ad rationem in oppositum respondetur ꝙ ratio illa procedit quantum ad statum vie in qua nondum sumus deo perfecte coniuncti. sed oportet nos per xpm ad deum ascendere. sed cum iam deo in beatitudine coniuncti erimus: tũc prius intendemus christi diuinitatem quaz huãnitatez

In die omnium

mortuorum est euangeliũ Dixit Jhesus turbis ꝛc. Joh. 5º

¶ Circa quod possunt disputari sequentes questiones ¶ Prima. Utrum iudiciaria potestas qua iudicandi sunt mortui in futuro iudicio conuenienter conueniat christo secundum qd' homo ¶ Secunda. Utrum suffragia fidelium viuorꝫ prosint defunctis ¶ Tercia. Utrum suffragia facta ꝑ malos siue ꝑ peccatores ꝓsint ¶ Quarta. Utrum vox christi quam audient mortui erit causa resurrectionis omnium eorum.

Ad primaz que

stionem sic proceditur. Et videt' ꝙ iudiciaria potestas qua iudicandi sunt mortui in futuro generali iudicio non conueniet christo secũdum qd' hõ ¶ Primo sic. Dicit Aug' li. de vera religione. ꝙ iudicium attribuitur filio inquantũz est ipse lex prime veritatis. sz hoc pertinet ad christum secũdum qd' est deus. g' iudiciaria potestas nõ cõuenit xpo secundum qd' hõ ¶ Secũdo sic Judicium auctoritatem requirit

sed auctoritas super vivos et mortuos est in christo secundum quod deus. sic enim est deus et creator omnium. ergo potestas et cetera. ¶ Tercio sic. Ad iudiciariam potestatem pertinet premiare bene agentes. sicut punire malos. sed premium bonorum est beatitudo eterna que non datur nisi a deo. dicit enim Augustinus sup Johannem. quod participatione dei fit anima beata. ergo videtur quod iudiciaria potestas non. ergo etc. ¶ Quarto ad iudiciariam potestatem christi pertinet iudicare occulta cordium. secundum illud. i. ad Cor. 4º Nolite ante tempus iudicare quousque veniat dominus qui illuminabit abscondita tenebrarum. et manifestabit consilia cordium. sed hoc pertinet ad solam virtutem diuinam vt patet. ergo etc. ¶ In oppositum est euangelium presens vbi dicitur. Potestatem ei dedit iudicium facere. quia filius hominis est. Respondeo dicendum quod iudiciaria potestas conuenit christo. et secundum quod deus et secundum quod homo. Ista conclusio declaratur sic. Quamuis apud deum maneat primaria auctoritas iudicandi. hominibus tamen committitur a deo iudiciaria potestas respectu eorum qui eorum iurisdictioni subiiciuntur. vt dicitur Deutro. 1º. Quod iustum est iudicate. et postea subdit. quia dei est iudicium cuius .s. auctoritate vos iudicatis.

Cum autem xps in humana natura sit caput totius ecclesie. et quod sub eius pedibus deus omnia subiecit sequitur quod ad eum pertinet etiam secundum humanam naturam habere iudiciariam potestatem. Et hoc quidem propter tria. Primo propter conuenientiam et affinitatem ipsius ad homines. sicut enim deus per causas medias tanquam propinquiores effectibus operatur. ita iudicat per hominem xpm homines vt sit suauius iudicium hominibus. Unde apostolus dicit ad Hebre. 4º Non habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris etc. ¶ Secundo. quia in finali iudicio. vt Augustinus dicit. erit resurrectio corporum mortuorum que suscitat deus per filium hominis sicut per eundem xpm suscitat animas inquantum est filius dei. ¶ Tercio quia vt Aug. dicit in li. de verbis domini. rectum erit vt iudicandi videant iudicem. Judicandi enim erunt boni et mali. restat vt in iudicio forma serui bonis et etiam malis ostendatur. forma autem dei solum bonis seruetur. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est quia licet iudicium pertineat ad veritatem sicut ad regulam iudicii. pertinet tamen etiam ad hominem qui est imbutus veritate secundum quod est vnum quodammodo cum ipsa veritate quasi quedam lex et quedam iusticia animata. omnia autem xpi preceteris creaturis

ceteris creaturis magis fuit vni
ta veritati ⁊ magis ea repleta se
cundu; illud Joban. i°. Uidim⁹
eum plenum gratia ⁊ veritate. er
go ad aīa; xp̄i maxime pertinet
oīa iudicare. ¶ Ad secundam
respondetur negando ꝯñam. Et
ratio est. q2 sicut in xp̄o s; divi/
nam naturam est auctoritas do
mini respectu vniuersalis creatu
re ex iure creationis. ita in ip̄a se
cundum humanam naturam est
auctoritas domini quā prome/
ruit per passiones ⁊ est quasi auc
toritas secūdaria ⁊ acquisita. s;
prima est naturalis ⁊ eterna.

¶ Ad tertiam respondetur ne/
gando ꝯñā;. Et rō est. q2 licet so
lius dei sit participatiōe aīas be
atas facere. nihilominus addu/
cere homines ad beatitudinē in
quantum est caput et auctor sa/
lutis eorum est xp̄i. s;⁹ illud ad
Hebre. z°. Qui multos filios in
gloriam adduxerat auctorem sa
lutis eorum per passionem cōsu
mari. ¶ Ad quartam responde
tur negando minorem. Dicim⁹
eni; q cognoscere occulta cordi
um ⁊ diiudicare per se ptinet ad
solum deum. sed ex influentia di
uinitatis ad aīam xp̄i conuenit
etiam ei cognoscere ⁊ diiudicare
occulta cordium. et ideo dicitur
ad Roma. z°. In die cum iudi/
cabit deus occulta hominu; per
Jhesum xp̄m. et ita compilando
omnes rationes iudiciaria pote
stas c̄onuenit xp̄o.

AD Secundam

questione; sic proceditur.
Et videtur q suffragia viuorum
non prosunt defunctis. ¶ Pri/
mo sic. Suffragia per vnum fac
ta non possunt alii prodesse. g°
zc. assumptum probatur sic. Di/
citur ad Gal. 6°. Que seminaue
rit homo hec ⁊ metet. ⁊ si vn⁹ ex
suffragiis alterius fructum con/
sequeretur meteret ab aliis semi
nata. ¶ Secundo sic. Ad iusti/
ciam dei pertinet vt vnicuiq; tri
buatur pro meritis. Unde psal.
Tu reddis vnicuiq; s;⁹ opera
sua. sed iusticiam dei deficere est
impossibile. ergo impossibile ē q
vnus ex operibus alterius iuuet
¶ Tertio sic. Dicitur in euange
lio presenti. Qui bona egerunt
ibunt in resurrectionem vite. qui
vero mala in resurrectionem iu/
dicii. i. ꝯdemnationis. ¶ Quar
to sic. Proficere ex opere aliquo
est in via existentis. sed homines
post mortem non sunt viatores.
ergo mortui non possunt viuor;
suffragiis adiuuari. ¶ Quinto
Nullus iuuatur ex opere alteri⁹
nisi sit aliqua vite communica/
tio inter eos. sed nulla est cōmu/
nicatio mortuoru; ad viuos s;⁹
philosophum. i°. Ethi. g°. suffra
gia viuoru; non prosunt defunc
tis. ¶ In opp⁹ est qd' habet'. z.
Macha. iz. Sancta ⁊ salubris ē
cogitatio pro defunctis exorare.
¶ Rndeo. Dicendum sub dua

bus ↄclusionib⁹. Prima ē. Suffragia per viuum facta prodesse possunt aliis. Ista ↄclusio patet primo ex illo psal. Participes me fac omnium timentium te. Rō est sic. Oēs fideles caritate uniti sūt vnius corpis mēbra. sȝ vnū mēbroꝝ iuuatur ꝑ alterū. g⁹ vnus homo ex alterius meritis pōt iuuari. Secunda ↄclusio. Mortui pñt iuuari ex operibus viuorum. Ista ↄclusio pꝫ ex consuetudine laudabili ecclesie que orat ꝓ defunctis. si g⁹ ecclesia non decipit᷑ ergo suffragia viuoꝝ valent defunctis. Item dicit Augusti. li. d̄ cura agenda pro mortuis. Officia ⁊ sacrificia que offerunt᷑ pro non valde malis sunt propiciationes. Rō est sic. Sicut se habēt orationes sanctoꝝ ad viuos sic viuoꝝ ad mortuos. sȝ sācti mortui impetrant nobis bona ⁊ nos adiuuant: g⁹ et viui pñt bonis operibus suis iuuare mortuos. Confirmatur. Caritas q̄ est vinculum vniens mēbra ecclesie nō solum ad viuos se extendit sed etiam ad mortuos qui in caritate decedunt. caritas enīȝ vita corporis non finitur. i. Cor. 13. Caritas nūꝙ̄ excidit. Similiter mortui in memoriis hominum viuētium viuunt. ⁊ ideo intentio viuentiuȝ ad eos dirigi pōt. Et sic suffragia viuoꝝ dupliciter mortuis prosunt sicut ⁊ viuis ⁊ propter caritatis vnionē ⁊ propter intentionem ad eos directam. Nec tamē eis sic valere credenda sūt viuorum suffragia vt status eorum mutetur de miseria ad felicitatem vel econuerso. sed valent ad diminutionem pene vel aliquid huiusmodi quod statum mortui non transmutat. Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiaȝ. Et ratō est. quia mercedem est perceptio vite eterne sicut habetur Johan. 4⁹. Qui metet fructum congregat in vitam eternam. fructus autem vite eterne non datur alicui nisi pro operibus propriis. quia si aliquis alteri impetret vt ad vitam perueniat nunꝙ̄ tamen hoc fit nisi mediantibus operibus propriis tū scilicet precibus alicuius gratia alicui datur per quaȝ meretur vitam eternam. Ad secundaȝ respondetur negādo consequentiam. Et ratio est. quia opus qd᷑ pro aliquo fit efficit᷑ ei⁹ pro q⁹ fit. ⁊ similiter opus eius qui mecum est vnuȝ est quodammodo ⁊ meum. vnde non est contra diuinam iusticiam si vnus fructuȝ percipit de operib⁹ factis ab eo qui est secum in caritate vel ab operibus pro se factis. hoc etiaȝ secundum humanam iusticiam conuēit vt satisfactio pro alio necipitur. Ad tertiaȝ respondetur ꝙ presens euangelium in nullo ↄtradicit suffragiis. hū tū innuit ꝙ suffragia non valent ad mutationem stat⁹ sicut dictuȝ ē.

¶ Ad quartaȝ respondetur negando ꝯñam. Et rõ est. q꞉ ꝯñis aïe separate non sunt simpliciter in statu vie sed quantum ad aliquid adhuc sunt in via inq̃tum scȝ eoꝝ progressus adhuc retardatur ab vltima retributione. et ideo simpliciter eoꝝ via est circumsepta vt non possint vlterius per aliqua opera transmutari secundum statum felicitatis ꝛ miserie. sed quantum ad hoc non ẽ circumsepta quin quantum ad hoc ꝙ detinentur ab vltima retributione possint ab aliis iuuari quia secunduȝ hoc adhuc sunt in via. ¶ Ad quintam respondetur negando consequentiam. Et ratio ẽ. q꞉ ꝯñis cõmunicatio ciuiliȝ operum de qua phũs loquitur non possit esse mortuoꝝ ad viuos quia mortui extra vitam ciuilem sunt: potest tamẽ eorum esse communicatio quãtuȝ ad opera spiritualis vite que est per caritatem ad deum cui mortuorum spiritus viuunt.

AD terciaȝ questioneȝ sic proceditur. Et videtur ꝙ suffragia per peccatores siue per malos facta nõ prosunt illis pro quibꝯ fiunt. ¶ Primo sic. Johan. 9°. Scđꝯ quia peccatores deus non exaudit. si ꝰo oratiões eoꝝ ꝓdessent illis pro quibus orant exaudirentur a deo. ergo suffragia eoꝝ ꝛc. ¶ Secundo sic. Dicit Gregoriꝯ Cum is qui displicet ad intercedendum mittitur irati animꝯ ad deteriora prouocatur. sȝ quilibȝ peccator deo displicet. g° per peccatoꝝ suffragia deus ad misericordiaȝ nõ flectitur. ꝛ ita talium suffragia non prosunt. ¶ Tertio. Nullum opus est satisfactorium nisi qđ fit ex radice caritatis sed illud nõ fit sic. q꞉ fit a malo g° non satisfacit. ¶ Quarto sic Iste peccator nõ est mẽbꝝ eccľie g° nullam habet ꝯnexionem cuȝ illo qui mortuus est. g° opꝯ eius est oĩo alienum ab ipso defũcto g° nihil ei prodest. ¶ In opp° arguitur sic. Nullꝯ põt scire pro certo vtrum sit in statu gratie vľ culpe. si ergo illa tantum suffragia ꝓsunt que fiunt per eos qui sunt in gratia non posset homo scire per quos suffragia conquireret suis defunctis. ꝛ ita multi a suffragiis faciendis retraherentur. ¶ Secundo sic. Dicit Augustinus. Secundum hoc iuuat aliquis mortuꝯ suffragiis ꝙ dũ viueret meruit vt iuuaretur post mortem. ergo valor suffragioꝝ mensuratur secunduȝ ꝯditioneȝ eius pro quo fiunt. nõ g° differt vtꝝ per malos vel bonos fiant. ¶ Rńdeo. Dicenduȝ ꝙ suffragia facta per malos si sint facta per opera sacramentalia vt est celebratio miss̃/aut sint facta in ꝑsona ecclesie/aut ex ordinatione mortui decedẽtis in caritate prosunt ilľ pro quibꝯ fiũt. Pro qua

conclusione notandum q in suf
fragiis que fiunt per malos duo
possunt considerari. Primo ipm
opatum sicut sacrificium altaris
et qr nostra sacramenta ex seipis
efficaciam habent absq3 opera
opeantis q equaliter explentur
per quoscumq3 fiant quantu3 ad
hec suffragia per malos facta a
defunctis prosunt. Alio mo pos
sunt osiderari qtu3 ad op9 ope-
rans. et sic distinguendu3 e. qr ope
ratio peccatoris suffragia facien
tis pot vno mo osiderari vt est
ei9 et sic nullo mo meritoria esse
pot nec sibi nec aliis. Alio mo
inqtum est alteri9 qd dupliciter
conuenit. Uno mo inqtum pec
cator suffragia faciens gerit per
sonam ecclesie totius sicut vt sa-
cerdos du3 dicit in eccl'ia exequi
as mortuo2. et qr ille itelligitur
facere cui9 noie vel vice fit vt pa
tet p Dionisiu3. 13. celestis ierarc
hie. Inde est q suffragia talis sa
cerdotis qtuis sit peccator defunc
tis prosint. Alio mo qn agit ve
instrumentu3 alteri9. opus enim instrumenti e magl principalis agen-
tis. Un qmis ille qui agit vt in
strumentu alteri9 no sit in statu
merendi actio tn eius pot esse me
ritoria toe principalis agentis. si
cut si seruus in peccato existens
quodcuq3 opus misericordie fa
cit ex pcepto domini sui caritate
habentis. Unde si aliquis in ca
ritate decedens precipiat sibi suf
fragia fieri vel alius pcipiat ca

ritatem habens illa suffragia va
lent defuncto qtuis illa per quos
fiant in peccato existant magl ta
men valerent si in caritate essent
qr tunc ex duab9 partibus opa
illa meritoria essent. ¶ Ad rati
ones in oppositum. Ad primam
respondetur negando onam. Et
ratio est multiplex. Primo. quia
oratio per peccatores facta quan
doq3 non est peccatoris sed alte
rius. et ideo s3 hoc digna est vt
a deo exaudiatur. Tum secudo
qr quandoq3 de9 peccatores au
dit scilic3 qn peccatores aliquid
deo acceptum petunt. non enim
solis iustis sed etia3 peccatorib9
deus bona sua prouidet vt pat3
Math. 5º non autem ex meritis
eo2 sed ex sua clementia. et ideo
Johan. 9º super illud. Peccato-
res non audit. dicit glo. q loqui
tur vt inunctus. i. non plene illu
minatus siue adhuc no plene vi
dens. ¶ Ad secundam respon
detur negando onam. Et ratio
est. qr qtuis ex parte eius displice3
oratio peccatoris no est accepta
tamen ratione alterius cuius vi
ce vel imperio agitur potest deo
esse accepta. ¶ Ad tertiam re-
spondetur negando consequenti
am. qr opus illud ex parte ei9 cu
ius vice vel imperio fit ex radice
caritatis procedit ¶ Ad quar
tam respondetur eodem mo q il
le cuius vice stant mandato fiunt
suffragia est membru3 ecclesie ex
caritate viuum eis pro quibus

suffragia fiunt ꝛ hoc sufficit licet minister sit a corpore ecclesie caritate separatus.

Ad quartaꝫ questionem sic proceditur. Et videtur ꝙ vox filii dei non sit cā resurrectionis mortuorum. Primo sic. Resurrectio fiet subito cum dicat Damascen⁹ ꝙ diuina virtute fiet que ē infinita. sꝫ vox illa mensuratur tempore nec est potentie infinite. ergo resurrectionis causa esse non potest. ¶ Secūdo sic. Vocē illā quā dicitur audituri mortui aut audient antequā resurgent aut post. si ante ergo antequā viuent audient. si aūt post vox illa non fuit causa resurrectionis. ¶ Tertio sic. Quando datur potentia siue virtus alicui quꝫ miraculose datur opus tamen egrediens ab illa erit naturale sicut patet in ceco illuminato. si g° dicatur ꝙ voci illi sit data aliqua virtus sequitur ꝙ resurrectio erit naturalis quod falsum est. ¶ In oppositum ē euāgelium presens vbi dicitur. Mortui audient voceꝫ filii dei. ¶ Respondeo. Dicendum ꝙ vox ministerialiter erit causa resurrectiōis corporuꝫ mortuoꝝ. Unde Apostolus. 1. Thessal. 4° Dominus in tuba dei descendet de celo et mortui qui in xp̄o sunt resurgent Ratione sic potest probari. Illō est causa excitationis in dormiēte quo audito excitatur. sed mortui in monumentis excitabuntur audita voce filii dei vt patꝫ in euangelio presenti. ergo vox illa erit causa resurrectionis. Pro cuius conclusionis pleniori intelligentia notandum iuxta sanctuꝫ Tho. ꝙ oportet causam effectui aliquo modo coniungi. qꝛ mouens ꝛ motum faciens et factuꝫ sunt simul vt probatur. 7° phisicorum. xp̄us auteꝫ resurgens ē causa vniuoca nostre resurrectionis. Unde oportet ꝙ in resurrectione corporum communi aliq° signo corporali dato xp̄us resurgens operetur. quod quidem signum vt quidam dicunt ad litteram est vox xp̄i resurrectionē operantis sicut imperauit mari ꝛ cessauit tempestas. Math. 8° Quidam auteꝫ dicunt ꝙ hoc signuꝫ aliud est quā ipsa presentia euidēs filii dei in mundo. sed nobis melior videtur prior sententia ꝛ littere magis conformis. ꝛ hec vox quecunqꝫ sit quandoqꝫ dicitur clamor quasi preconis ad iudicium ciuitatis. quandoqꝫ autem dicitur son⁹ tube vel propter euidentiam vel propter conuenientiam ad vsus tube que erant in veteri testamento. tuba eniꝫ congregabantur ad concilium/commouebantur ad bellum/ꝛ vocabantur ad festum. resurgētes autem congregabuntur ad concilium iudicii. ad preliuꝫ q:o orbis terrarum pugnabit contra insensatos vt dicitur Sapien. 5° ꝛ ad

p.z.

festum eterne solēnitatis. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. q2 licet sonus mensuretur tempore nihilominus sicut dicitur de formis sacramentorum in vltimo instanti prolationis effectum suum habet. z sic resurrectio fiet subito ꝗ̄tum ad id quod in ea fiet virtute diuina licet quo ad id qd' fiet ministerio angelorū non fiet in instanti si instans dicat indiuisibile temporis z tamen in instanti prout dicit inperceptibile tempus. ¶ Ad secundam respondetur vno mō ꝙ ibi audire dicitur id est obedire. quia audient id ē obedient voci filii dei. vox enim expressiua est intertoris concept⁹ tota aut natura ad nutum obedit voluntati diuine z conceptioni. sicut audiuit Lazarus quando dictum est ei. Ueni foras z reuixit vt dicitur Johan. 11. Alio modo respondetur iuxta sanctuz Tho. quia sicut forme sacramētorum habent virtutem sanctificandi non ex hoc ꝙ audiuntur sed ex hoc ꝙ proferuntur. ita illa vox quicquid sit habebit efficaciam instrumentalem ad resuscitandum non ex hoc ꝙ sentitur sz ex hoc ꝙ profertur. sicut etiā vox ex ipsa impulsione aeris excitat dormientem soluendo organum sentiendi non ex hº ꝙ cognoscatur. quia indicium de voce proueniente ad aures sequitur excitationem z non est causa eius. et ita vt dicit dominus Bonauentura in. 4º Uox illa audictur simul tempore quando mortui resurgent. prius tamē natura resurgunt ꝗ̄ audiunt ratione iam dicta ¶ Ad tertiaz respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia virtus illa data voci n̄ est ens perfectum in natura sz est talis qualis est in formis sacramentorum. Assumptum autem esset verum quando potentia sine virtus que datur esset eis cōplenum in natura sicut est potentia data ceco illuminato.

In festo beati

Martini est euangelium Sint lumbi vestri zc. Luce. 12. de quo disputatur sicut in festo beati Nicolai. Nunc queritur.

